UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ Dicatvm

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

Notæ Et Qvaestiones Chronoligicæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-64340

Visual Library

# NOTÆ ET QVAESTIONES CHRONOLOGICÆ IN LIBRVM TOBIÆ,

## CAPVT I. v. 2.

1. *CVm captus eſſet in diebus Salmanaſar.* Hæc captiuitas accidit anno 6. Ezechiæ, Oſee regis Iſrael 9. vt ſcribitur 4. Regum 18. v. 10. qui Serario eſt annus m. 3402. Petauio 3263. Torniello 3315. mihi 3317. ante Chr. 724. aut 723. nempe 300. annis ante mortem Alexandri Magni. *Quando captus Tobias ſenior.*

2. Hinc colligimus, non omnes omnino, qui erant è tribu Nephthali tranſ-ntatos fuiſſe à Theglathphalaſar, quamuis ipſe 4. Reg. 15. v. 29. dicatur *in* *bus Phacee*, inter cætera loca, *cepiſſe vniuerſam terram Nephthali, & tranſtuliſſe in* *ſyrios.* Phacee autem regnum occupauerat Iſraelis, anno triceſimo ante ca-ram à Salmanaſare Samariam, & Tobiam cum 10. tribubus abductum. *Captiuitas tribus Nephthali*

V. 24. *Poſt dies vero quadraginta quinq; occiderunt regem filij ipſius.* Græca Sixti habent: *& non tranſierunt dies quinquaginta, donec interficerent eum duo filij eius.* Quæ lectio vulgatæ editioni minimè aduerſatur, vt bene in hunc locum aduer-it Serarius: alia Græca quæ habent; *non tranſierunt dies quadraginta quinq;*, tametſi um Latinis conciliari poſſint; ea tamen ſuſpicor eſſe mendoſa. *Interitus Sennacherib.*

### QVÆSTIO I.

### *Vnde computentur hi 45. dies?*

1. SErarius eos putat ab regni Sennacherib, vel cladis potius per Angelum inflictæ principio: quia Hebræorum exemplarium vnum habet Tobiam dies tantum 19. delituiſſe. Verùm, nullo modo hi 45 dies à primordio regni Sennacheribi ſupputari debent. Hic enim anno 14. Ezechiæ Iudæam inuaſit, vrbesq; plurimas expugnauit, tum regi Tharacæ obuia arma ferre coactus eſt, nec parum temporis circa Peluſium impendit ac amiſſis in Iudæa cétum octoginta quinq; millibus armatorum, turpem tandem fugam arripuit, vt annota- *Non ab initio Regni Sennacherib.*

ui 4. Reg. 19. Quæ omnia, nulla ratione 45. dierum anguſtijs [illegible]
queunt: imò Torniellus, Genebrardus ac alij nonnulli, Sennacherib[illegible]
annos regnaſſe autumant. Ioannes Lucidus decennium.

*Neq; à caſis per Angelum Aſſyriis.*

2. Neque iſti 45. dies à plaga quam Angelus exercitui Aſſyriorum [illegible]
commodè numerari poſſunt: poſt eam enim cladem Sennacherib [illegible]
reuerſus eſt Niniuen, *cumq; multos occideret ex filiis Iſrael, Tobias ſepeliebat* [illegible]
*rum.* Tob. 1. v. 21. Quod eum aliquanto tempore factitaſſe, priuſq[illegible]
ſpoliatus ad necem quæreretur, veriſimile eſt.

*Sed ex quo Tobias latebat.*

3. Quare exiſtimo impium regem à nefarijs filijs interfectum p[illegible]
quàm Tobias latitare cœperat. Cum enim hoc loco, ſacer author [illegible]
Tobiæ latebris hiſtoriam perſtrinxiſſet; mox Tyranni cædem [illegible]
Tornielli & Saliani ad an. m. 3325. Petauij lib. 10. cap 14.

IN CAP. VIII.

QVÆSTIO II.

## *Quantum temporis Tobias iunior in ſuam pe[illegible] nationem impenderit.*

*Scriptura ad hanc q. ſpectantia loca.*

1. HVc ſpectat, quod legimus cap. 8. v. 23. *Et adiurauit Raguel Tobiam* [illegible]
*hebdomadas moraretur apud ſe.* Qua de re Tobias ad Angelum [illegible]
*quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſpernere non poſſum* [illegible]
v. 5. Et cap. 11. v. 1. *Cumq; reuerterentur, peruenerunt in Charan, quæ eſt in medio* [illegible]
*contra Niniuen, vndecimo die.* Et ibidem v. 18. *Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem* [illegible]
*vxor filij eius, & omnis familia ſana.*

*1. opinio ſex hebdomadas ponit.*

2. Quibus ex locis Serarius in cap. 8. Tobiæ, q. 4. colligit, hoc [illegible]
hebdomadarum aut circiter. Nam in reditu ab Ecbatanis, vbi Ragu[illegible]
bat, vſque Haran, conſumpti ſunt dies vndecim: hinc vſque Niniuen [illegible]
rarius expeditis peditibus, tres dies ſatis eſſe. Totum igitur tempus [illegible]
rit 14. dierum. Eundo totidem fermè dies Raphaël & Tobias conſu[illegible]
[illegible]ntur. Itaque itio & reditio ſimul ſumpta 28. circiter dies tenuerunt [illegible]
[illegible] moræ apud Raguelem duæ hebdomades ſiue dies 14. Sic totum [illegible]
gantur dies 42. hebdomades videlicet ſex; quibus ſi accedant ſeptem [illegible]
quibus expectata eſt Sara, rectè incidet in quinquageſimam diem, [illegible]
hebdomadis initium, de qua cap. 11. extremo: *& per ſeptem dies epulantes*

*Corollariũ*

*cum gaudio magno gauiſi ſunt.* Vnde concludit iſta ſupputatione illu[illegible]
illum quidem, ſed prima fronte valde obſcurum S. Auguſtini locum [illegible]

contra Fauſtum cap. 87. *In Canticis Canticorum ſponſa illa Eccleſia eſt, quæ vocatur puteus aquæ vitæ, & huic puteo ſeptuarij numeri nomen, in Spiritus ſancti ſignificatione coniungitur, propter rationem Pentecoſtes, quo die de cœlo miſſus Spiritus ſanctus venit. De ſeptimanis enim conſtare eundem feſtum diem, Tobiæ quoque Scriptura teſtatur.*

3. Hæc opinio mihi non multum arridet, cum merito poſſimus ambigere, num à Tobia expedito tantum temporis inter Charan, & domicilium Raguelis inſumptum fuerit eundo, quantum cum familia & impedimentis redeundo. Sanctum Auguſtinum crediderim reſpexiſſe ad textum Græcum, qui cap. .. v. 2. ſic habet: *In Pentecoſte feſtiuitate, quæ eſt ſancta ſeptem hebdomadarum, factum eſt prandium bonum.*

*Non fuerunt ſex hebdomades.*

4. Torniellus ad annum m. 3329. nu. 3. iuniorem Tobiam 38. circiter dierũ ſpatio iter iſtud abſoluiſſe contendit: nimirum octiduo ab vrbe Niniue, ad Raguelem perueniſſe, ibi dies 15. moratum, inde vndecim diebus reuertentem dimidium viæ cum familia confeciſſe, reliquum autem cum Angelo diebus quatuor. Salianus ad an. mundi 3335. num. 51. peregrinationem iſtam 34. dierum interuallo concludit. Niniue Charras triduum ſupputat, tantundem Charris Ecbatanam; ſiquidem Charræ dicuntur in medio itinere fuiſſe, Tob. 11. v. 1. Itaque Tobias ſexto die, quam à parentibus diſceſſerat, peruenit ad Raguelem, apud quem dierum 14. moram traxit. In reditu cum impedimentis vſque Charras vndecim dies impendit: inde tandem domum triduo attigit, die vtique 34. quam profectus erat.

*2. opinio dat 38. dies.*

*3. opinio dies 34. ſupputat.*

5. Hæ duæ poſtremæ ſupputationes, hoc fundamento nituntur, quod totius iſtius itineris dimidium, in Charan conſtituatur; ex vſu autem Scripturæ, id in medio eſſe dicitur, quod inter extrema interiacet, quamuis diſpari interuallo hinc inde à terminis remotum ſit. Imò Ioannes Mariana Tob. 11. v. 1. ait Haran eſſe in medio itinere, hoc eſt, interiectum quidem inter Ecbatana, & Niniuen, ſed diſtantia inæquali. Hinc in Grȩco, nulla medij itineris facta mentione, dicitur: *& ibat, quouſque appropinquarent ipſi in Niniuen.* Sic Tyrus, licet non procul à littore diſtet, ſcribitur tamen de ea Ezech. 27. v. 32. *obmutuit in medio maris.* Simile eſt illud 1. Reg. 17. v. 34. *tollebat arietem de medio gregis.* & 4. Reg. 4. v. 13. *in medio populi mei habito.*

*Explicatur 2. & 3. opin.*

6. Valde nihilominus probabile eſt, Niniuen Charris tridui, aut quatridui tantum abfuiſſe. Si Tobias in reditu hoc interuallum quatriduo tranſmiſit; Sara, quæ 7. diebus tardius aduenit, idem ſpatium diebus xi. confecit, quot nimirum Ecbatanis Charras venerat. Sic autem Haran pari ſpatio inter Ecbatana, & Niniuen intercederet, diciq; poſſet Tobias à domo paterna 37. aut 38. diebus abfuiſſe. Sin autem Tobias triduo Charris domum peruenit, fatendũ erit eum in reditu dies 14. poſuiſſe: nimirum à Soceri digreſſu vſque Haran xi. tum

*Concluſio.*

vſque Niniuen 3. quibus adde 14. dies manſionis apud Raguelem, ...
itu conſumptos. Sic colliges in hanc peregrinationem 34. dies ...
cum Saliano valde probabile exiſtimo.

---

IN CAPVT XIV. v. 1. 2. 3.

*Aetas Tobiæ ſenioris.*

POſtquam illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadraginta duo... dit filios nepotum ſuorum. Completis itaque annis centum ... pultus eſt honorificè in Niniue. Quinquaginta namq; & ſex anno... oculorum amiſit, ſexagenarius verò recepit, Ita Vulgatus, In Græc... Erat annorum quinquaginta octo, quando amiſit viſum: & poſt ... recuperauit viſum. Tum v. 13. Defecit anima eius ſuper lectum: ... norum centum quinquaginta octo, & ſepelierunt eum glorioſe.

## QVÆSTIO III.

## *De annis Tobiæ ſenioris.*

*Textus Latinus à Græco differt.*

1. MVltiplex eſt textuum Latini & Græci de hiſce annis diſcrep... tinus cum Hebræo ſignificat, Tobiam quatuor tantum ... cum fuiſſe: Græcus octennium, Latinus cæcitatis initium ... num Tobiæ 56. Græcus ad 58. Iuxta Latinum, viſu recuperato ... iuxta Græcum 92. Deniq; in Latino vita ſenioris Tobiæ annis ... 158. definitur.

*Notandũ ex Hebræo.*

2. His addit Serarius cap. 14. q. 7. ex Hebræo cap. 5. Tobiam ... eum in Mediam mitteret, hæc dixiſſe. *Ex quo argentum in manu ... anni ſunt.* Quibus Serarius vnum ſaltem annum adiungi poſſe ... ante acquiſitam iſtam pecuniam, regis animum varijs officijs ... ac proinde prius annos 21. in captiuitate fuiſſe, quàm ei viſus ... ſi ad eos apponantur, quos viſu recepto traduxit; conſient anni ... tranſacti 63 ſecundum codices Latinos, ſecundum Græcos 111. Qu... captiuitatem venerit annos natus 39. ſecundum Latinos; ſecundum ...

*Obiit Tobias ante cladem Ieroſolym.*

3. Addit ſecundo Serarius, Tobiam exceſſiſſe, ante Ieroſolym... ſionem annis 70. ſecundum Latinos; ſecundum Græcos 16. ... à captiuitate 10. tribuum, vſque ad excidium Ieroſolymitanum ... 127. computar. Hoc autem non probo: decem tribus enim tranſ... anno 6. Ezechiæ, qui deinceps alios 23. annos regnauit, Manaſſes ... Ioſias 31. Ioakim 11. & totidem Sedecias. Omitto illos menſes, ... & Iechonias principatum delibarunt. Templum autem cum ...

eſt, anno 19. Nabuchodonoſoris ineunte, ab enthroniſmo Sedeciæ duodecimo vel inſtante, vel iam incepto, vt ſuo loco declaraui. Vnde S. Hieronymus ab exciſo regno Iſrael, vſq; ad caſum Templi enumerat annos 135. nempe incluſiuè; ego 133. terminis vtrimque excluſis.

*Supputatio ex Hebræo & Latino.*

4. Non eſt ratio cur textus Hebræus reijciatur, dum indicat, à depoſita apud Gabelum pecunia, vſque ad iunioris Tobiæ peregrinationem annos 20. effluxiſſe. Hoc autem admiſſo, duplex inſtitui poteſt de annis Tobiæ ſenioris ſupputatio, altera è Latino, altera è Græco textu deſumpta. E Latino expreſsè habemus eum excœcatum exacto ætatis ſuæ anno 56. cæcitatem eius, quadriennium tenuiſſe, viſum recuperaſſe, cum eſſet annorum 60. inde vixiſſe annos 42. vniuersè vitã ad annũ 102. proroga ſſe. Per ratiocinationem vero, Hebræo textu opitulante colligimus eum abductum cum eſſet circiter 29. annorum, & in captiuitate annos 63. vixiſſe.

5. Græcus verò textus diſertè ſignificat ei cæcitatem accidiſſe, cum eſſet annorum 58. cœcum manſiſſe annos 8. vixiſſe vniuersè 158. Per diſcurſum verò, accedente Hebræi textus adminiculo deducimus eum veniſſe in captiuitatem annos natum circiter 37. in ea tranſegiſſe annos 121. viſum recuperaſſe, cum eſſet 66. annorum, tum in viuis egiſſe annos 92.

*Textus Latinus Græco præponitur.*

6. Sed quæſtio eſt, vter textus numeros veriùs repræſentet, Græcusnè an Latinus? Hanc q. in vtramque partem ſuccinctè diſcutit Serarius, & primas Latino defert. 1. quia ſæpius in Græcorum numeris alibi erratum videmus, quam Latinorum. 2. Minor conſtantia & maior varietas reperitur in Græcis Codicibus quam Latinis. 3. In annis cæcitatis Tobiæ Hebræi à Græcis non autem à Latinis diſcrepant. 4. Valde prouectæ ætatis fuiſſent ij, qui Tobiæ ſenioris ſuperſtites fuiſſe leguntur, nempe vxor eius Anna, Raguel & Sara ipſius filia, quæ priuſquam Tobiæ iuniori in manum veniret, ſeptimum iam matrimonium contraxerat. Idem ſentit Mariana in hoc cap. Conſentiunt Torniel. & Salianus, dum non niſi centum & duos Tobiæ ſenioris in Annales referunt.

*Chronotaxis vitæ ſenioris Tobiæ.*

7. Petauius lib. 10. cum dixiſſet Latinis tantum codicibus catholicã tribui auctoritatẽ, ac in ſimplici eorũ narratione ſe acquieſcere, addit ad calcẽ cap. 4. Tobiam patrẽ natum anno circiter 3965. Periodi Iulianæ (ante Chriſtũ 749.) abductum in ſeruitutem anno Periodi 3994. (ante Chr. 721.) anno ætatis circa 30. cum biennio antè natus eſſet ei Tobias iunior, captũ oculis anno Periodi 4020. (antè Chr. 694. cum ageret annum 56. viſum recuperaſſe anno Periodi 4024. (ante Chr. 690) deniq; mortuum anno Periodi 4066. (ante Chr. 648.) Ego natalem eius refero, ad annum ante Chriſti epocham circiter 752. tranſportationem ad 723. excæcationem 696. viſus recuperationem 692. mortem 650. ita vt ſi de annis Vrbis conditæ tollatur vnitas, annus à natali Tobię ſenioris ferè habeatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Phil
Chron
vet: Tes
A 1
17



## CAPVT XIV. v. 16.

ET *completis annis nonaginta nouem, in timore Domini, cum gaudio*
*eum.* Ita Latinus: Hebræus vero v. 15. *mortuus eſt annorum* 127.

## QVÆSTIO IV.

### *De annis Tobiæ iunioris.*

*Tobias iunior natus ante captas 10. tribus.*

1. CVm Salmanaſar anno ſexto Ezechiæ, exciſo Iſraelis regno,
bus abduceret, Tobias iunior iam natus fuiſſe videtur:
Tobias dicitur *per captiuitatem cum vxore ſua & filio in ciuitatem*
*deueniſſe.* Tob. 1. v. 11. licet enim ſuſpicari quis poſſet, Tobiam patrem
quot prius in captiuitate fuiſſe, quam ei filius naſceretur, & tamen
ſeſe transferret: planior tamen eſt ſenſus, quo plerique intelligunt. To
Niniuen tranſportatum, vt nuſquam alibi prius domicilium figere
perueniret. Itaque ſi Tobias iunior non niſi 59. annos in viuis fuit,
Ioſiæ viceſimum non pertigit: quandoquidem ab anno ſexto Ezechiæ
vſque ad mortem eiuſdem, ſunt anni 24. quibus ſi 55. Manaſſe, Amon
ex annis Ioſiæ 18. addideris, conficies 99. Quanto verò ante annum
zechiæ natalem iunioris Tobiæ poſueris, tanto citiùs ante annum Ioſiæ
tus illius tibi ſignandus erit, ſi Latinum textum, de tota vita Tobiæ
Sin eſt autem vt Græco fidem habeamus, mors Tobiæ iunioris, in aliud
terius differenda erit, nempe ad tertium circiter annum Sedeciæ
Iuda, vt ex quæſt. præcedenti colligere licet.

*mortuus ante 20. annum Ioſiæ.*

*Vixit annos 99. aut 127.*

2. Nonnulli, vt Serarius hic, q. 8. annos iſtos 99. textu Latino expreſſos
nioris Tobiæ ſepultura euocant, rati iuniorem Tobiam, quando
traxit fuiſſe 23 aut 24. annorum, vixiſſe cum parente annos 65. aut 66.
vita functo 99. in totum 164. aut 165. Quæ interpretatio detorta
Petauio videtur. Cum enim Scriptura hoc capite omnes annos
Tobiæ vnam in ſummam contulerit; idem de iunioris ætate Latinus
feciſſe videtur. Nec apparet ratio, cur potius à morte patris hi 99. an
putentur Tobiæ iuniori, quàm ab obitu matris, aut ſocerum
mentio proximè antecedit: idem enim incommodum ſequeretur,
falſum eſſe in Græcis numerum 127. annorum Tobiæ iunioris.
*ab ſententia diſcedere eſſet animus*, inquit Petauius, *mallem 99. iſtos annos*
*trimonij numerare. Nimirum ætatis anno 28. dicerem in Meſopotamiam*
*ſum iuniorem Tobiam, ac deinde 99. annos vixiſſe. Ita Græcis ſuffragantibus*
*pleret.* Hæc ille, nec ſine ratione. Sic enim tacitè Latinus de annis Tobiæ
inſinuaret, quod diſertè Græcus affirmat, nec adeo mirum foret,
*quintam generationem filios filiorum ſuorum* c. 14. v. 15. & *audiuiſſe antequam*
*perditionem Niniues*, vt ibidem in Græco memoratur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Obſcuritas & difficultas huius Chronographiæ ex eo potiſſimum capite oritur, quod in Græcis codicibus Tobias antequã moreretur, dicatur audiuiſſe ἀπώλειαν ſiue interitum Niniues, *quam*, inquiunt, ἠχμαλώτισε, *captiuauit Nabuchodonoſor & Aſueros.* Nabuchodonoſor enim regnum adijt anno 4. Ioakim, cũ à captiuitate vtriuſq; Tobiæ anni centum & quatuor circiter effluxiſſent, vt ex dictis facile eſt intelligere. Ergo Tobias iunior prius obijt, quam de euerſa Niniue certior fieret, ſi nonaginta ſolum & nouem annos in viuis fuit. Cui obſcuritati plerią; auctores vt lucem aliquã afferant, Ninum ſępius expugnatã notãt.

*Græcus monet difficultatem Latino.*

4. Torniellus ad an. m. 3371. n. 3. monet *primò*, Niniuen à Medis deſtructam regnante Semiramide, vt tradit Diodorus Siculus lib. 3. de Antiquorum geſtis. *Secundò* ſub Sardanapalo euerſam ab Arbace Medorum Duce, & Beloſo Babylonorum Satrapa, vt refert idem Diodorus, Iuſtinus lib. 1. Euſeb. in Chronico, Oroſius lib. 1. c. 19. & lib. 2. c. 2. S. Hieron. initio Com. in Amos, Beda de 6. ætatibus &c. *Tertiò*, captam à Merodach anno regis Aſarhaddon vltimo, regnante 1.
Ieruſalem Ezechia. Quam ſententiã ait eſſe Ioſephi lib. 10. Antiq c. 3 Gene- 2.
brardi lib. 1. Chron. *Quartò*, deletam rurſus à Ben-Merodach, tẽpore Manaſſę. 3.
*Quintò*, deniq; ſubuerſam ab illo Nabuchodonoſore, qui an. 4. Ioakim regnare 4.
cœpit: quod etiã tradunt S. Hieron. & Rupertus Nahum 2. Theodoret. ibidem 5.
in Prologo. Hebræi in Seder cap. 14. Addit Torniellus Ninum etiam deſtru- 6.
ctam fuiſſe à Perſeo Iouis & Danaës filio, rurſusq; à Cyaxare Medo, ex Herodoto, & Euſebio, quibus alij plerique aſſentiuntur.

*Quidam putant Ninum quinquies deſtructam,*

5. Petauius lib. 10. cap. 3. ait Niniuen ſæpius quidem bello captam, & in hoſtium poteſtatem redactam; euerſam tamen & dirutam bis tantummodo ſuſpicatur, quatenus ex ſacræ prophanæq; hiſtoriæ comparatione colligi poteſt: primum eius excidium contigiſſe potito rerũ Arbace, quando teſte Diodoro, ferro & incẽdio vaſtata eſt; poſterius à Cyaxare vel Nabuchodonoſore illatũ.

*Quidam ſæpius captam, bis dirutam.*

6. At quam ex his Niniues vaſtationẽ præſenſit Tobias ſenior & iunior ante ſuum obitũ audiuit? Reſpondet Torniel. illo an. m. 3371. n. 5. non poſſe auctorẽ huius interitus Niniues alium probabilius poni, quã Ben-Merodach. Id autem Petauius explodit, & ait illorum Annalium hiſtoriã multis cõmentis ac diuinationibus refertã eſſe, nullo authore fingi, Ninũ à Merodach Babylonis rege expugnatã, & Aſſyriorũ imperio potitũ. Imò Aſſyrios per illud tẽpus dominatos Chaldæis, tantũ abeſſe, vt Chaldęis parerẽt Aſſyrij. Enimuero ex ijs quę ſuis locis de Nabopolaſſaro, & Nabuchodonoſore in medium attuli, exiſtimo ſatis liquere Merodach & Ben-Merodach, à Mardokempado, & cæteris in Canone Mathematico recenſitis non diſtingui.

*Ben Merodach eam non euertit tempore Tobiæ.*

7. Reſpondet 2. Salianus ad ann. m. 3377. nu. 19. Aſſuerum illum, qui Niniuen expugnaſſe dicitur fuiſſe Phraortem Cyaxaris parentem: ego verò non video, qua ratione id probari poſſit. Nam præterquam quod cum temporibus

*Neq; Phraortes.*

hæc aſſertio non congruat; Phraortes cum magna parte copiarum ad N
extinctus eſt: tantum abeſt, vt eam expugnarit.

*Neq; Nabuchodonoſor. A. 1. regni ſui.*

8. Reſpondent quidam *tertiò* hanc Niniues euerſionem Nabuchodo
ri adſcribendam: quorum nonnulli, in quibus Beda Ninum delera
anno primo Nabuchodonoſoris, alij vt Serarius, Ribera, Cornelius,
tertio aut viceſimo quarto.

*Opinio Petauii.*

9. Petauius hac quæſtione egregiè ventilatâ, tandem concludit,
Ninum à Cyaxare ſolum captam, ferro & incendio in ciues & tecta
hancq; perditionem à Tobia iuniore auditam: poſtea vero à Nabucho
ſore dirutam, idq; tanto ante Nahum vaticinatum eſſe, & poſt illum T

*Opinio Autoris.*

10. Equidem omnibus perpenſis opinor in primis probabilem eſſe
computum, qui 99. annos Latino textu ſignatos putant eſſe totius vi
Tobiæ. A depoſita apud Gabelum pecunia vſque ad iunioris Tobi
gium ex Hebræa lectione anni 20. enumerantur, nec improbabile
cum ſponſus eſſet, fuiſſe annorum circiter 24. ita vt ante decem tribu
ductionem, biennio propè natus fuerit. Qua ratione vita illius ad an
tum decimum Ioſiæ prorogabitur, quo tempore Cyaxares rerum
dos potiebatur. Nam Aſtyagem filium & ſucceſſorem eius annos
ſummum 38. regnaſſe conſtat, quem regno exuit Cyrus anno 1. Olym
te Chriſti æram 550. vt alibi declaratum eſt. His adde annos 35. Aſty
aſcendes ad annum ante Chr. 594. in quem mihi incidit annus octa
ciæ, vltimus Cyaxaris, qui cum vltra annos 30. principatum tenuerit,
rodoto, Cteſia, Diodoro conſtat, facile ante annum 16. Ioſiæ regn
Ninum viuente adhuc Tobia iuniore, cœperit euertere.

*Obiectio.*

11. Dices: annus primus Nabuchodonoſoris in quartum Ioakimi
quomodo igitur ſub Ioſia dici poteſt, Nabuchodonoſor cum Cyaxa

*Reſp. 1.*

non expugnaſſe? Reſpondet Petauius Ninum à Cyaxare captam ſolum
ſtatam, viuente & inaudiente Tobia iuniore; eo mortuo poſtea e

*Reſp. 2.*

ditus à Nabuchodonoſore, vt paulo ante referebam. *Reſpondeo*
commilitonem Cyaxaris, & in expugnanda Niniues ſocium fuiſſe N
donoſorem, ſeniorem ſiue Nabopolaſſarum, qui annos viginti
ab antiquis traditur. Verum id non conuenit illi calamitati, quam Cya
tulit Nino, poſt annos 28. quibus Aſiam Scythæ ſibi ſubiectam hab
forte deerit qui dicat, Nabuchodonoſorem Magnum à parente m
auxilijs Cyaxari præſto fuiſſe, annis aliquot prius quam mortuo p
regnũ anno 4. Ioakim adiret, & ſic fieri potuiſſe, vt iunior Tobias
tionis nuncium acciperet. Sed hæc etiam ſuſpicio imbecillis eſt;
prius Cyaxares Scythis debellatis, Ninum deſtruxit, quam Nabop
ta functo Chaldæis Magnus Nabuchodonoſor imperaret.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

12. Ioſephus illo lib. 10. cap. 3. cum de morbo & curatione regis Ezechiæ ageret, *circa*, inquit, *eadem fermè tempora imperium Aſſyriorum per Medos diſſolui contigit, de quo dicemus alibi*. Capite autem ſexto, acturus de pugna, qua Ioſias vulneratus occubuit, *Nechaos*, ait, *Ægypti rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphratem duxit, contra Medos & Babylonios, qui Aſſyriorum imperium euerterant*. Quibus verbis nonnulli exiſtimant, Ioſephum ad Diodori hiſtoriam reſpexiſſe, qui Niniuen ab Arbace, & Beloſo Babylonio expugnatam tradit, ante annos ferè 150. quam Ezechias regnaret, vt vult Petauius, & ſimul ad Cyaxarem alluſiſſe, qui cum Nabuchodonoſore, eandem Niniuen vtcumque reſtauratam ſimili calamitate attriuit: ſed Ioſephum vnam è duabus cladem conflaſſe, ac magnum proinde parachroniſmum admiſiſſe. Quicquid ſit, non videtur Ezechiæ tempore Aſſyriorum imperium à Medis & Babylonijs euerſum: fieri tamen potuit, regnante Ioſia prius à Cyaxare & Babylonijs vincerentur Aſſyrij, quam poſtea ſub Nabuchodonoſore extremam cladem ſentirent Niniuitæ. Sicut enim Strabo ſub initium lib. 16. narrat, *poſt euerſos* (ab Arbace) *Syros, Ninum extemplo deletam*; ita tempore Cyaxaris, citius ijdem Aſſyrij rurſus de principatus faſtigio deturbari potuerunt, quam rediuiua Ninus penitus deleretur.

*Caſtigatur Ioſephus.*

13. Si Nabuchodonoſor circa annum 24. regni ſui Niniuen euertit; id inaudire nõ potuit iunior Tobias, ſiue 99. tantum, ſiue 127. annos inter mortales fuerit: neque enim tunc Cyaxares, ſed filius eius Aſtyages Medis imperitabat, Cyaxare iam pridem mortuo.

*Anno 24. Nabuchodonoſoris iã obierat Tobias Iunior.*

14. Quæ omnia vt clarius pateſcant, aliquid lucis ex Herodoto, de Medorum regibus petendum eſt. Is autem libro 1. tradit Phraortem, cùm Niniuen obſideret, ibi cum magna copiarum parte obrutum interijſſe, Cyaxarem paternam cladem vlturum bello Aſſyrios petijſſe, ij'que ingenti prælio ſuperatis, rurſus Ninum obſidione cinxiſſe, ſed à Scythis longè lateque effuſis, oppreſſum ac deuictum fuiſſe, tum poſt annos duodetriginta, quibus Scythæ Aſiam imperio preſſerant, priſtinum recuperaſſe principatum, Niniuen vaſtaſſe, Aſiamque vniuerſam præter Babylonem, in ſuam poteſtatem redegiſſe.

15. Vnde patet bis cæſos à Cyaxare Aſſyrios. 1. quando ab illo necem paternam vlciſcente, ſuperati ſunt, eo ferè tempore, quo Scythæ Aſiam inuaſerunt, regnante apud Babylonios Nabuchodonoſore ſeniore. 2. quãdo poſt 28. annos pulſis ex Aſia Scythis, Cyaxares Niniuen vaſtauit, cum Magnus Nabuchodonoſor Nabopolaſſaro ſucceſſiſſet, & fortè Aſtyages à parente ſuo in imperij conſortium adſcitus eſſet. Quo reſpexiſſe videtur S. Hieronymus præfatione in Ionam, dum ait: Et reuera, quantum ad hiſtorias tam Hebræas, quam Græcas pertinet, & maximè Herodotum, legimus Niniuen regnante apud Hebræos Ioſia, & Aſtyage rege Medorum fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus primo

*Aſſyrij à Cyaxare bis cæſi.*

*„ Quomodo ab „ Aſtyage „ Ninus „ capta di„ catur.*

tempore ad Ionæ prædicationem, acta pœnitentia, Niniuitas ven…
tos: poſtea verò in priſtinis vitijs perſeuerantes, Dei in ſe pronū…
tiam. Hæc ille. Quæ ſic accipi poſſunt, vt Ioſia regnante ſubuerſi …
niuitæ à Cyaxare, adeo vt licet Cyaxares cum Scythis per annos …
tur: Aſſyrij tamen vires ſuas non reſtaurauerint, ſed tandem elapſ…
Aſtyage vel pro, vel cum parente rem gerente, Magnoque Nabucho…
re, auxiliante, Ninus euerteretur.

*Eclipſis ſolis notabilis.* 16. Nec abs re fuerit, oculum ad eam Solis eclipſin conuertere, qu…
lete prænunciata, ſub Cyaxare viſa eſt, anno 6. belli inter ipſum &…
Lydium Cræſi parentem geſti. Dicitur ea Solis defectio repentina…
ductione, tantum terrorem copijs dimicantibus inieciſſe, vt a pugn…
rent, pacem inirent, fœduſque noua regiarum nuptiarum affinitate…
Ariene Aliattis filia, Aſtyagi Cyaxaris filio nuptui data, idque ope…
Cilicis, & Labiniti Babylonij, ſiue Nabuchodonoſoris, vt puto …
Magni, ſed necdum imperantis. Hanc eclipſin magna ſolertia ve…
ſtri temporis Mathematici, vt præter alios latè explicat Petauius lib…
Vbi bene notat *primo*, hoc (aut ſimile) Solis deliquium à Plinio lib…
ferri quidem ad annum 4. Olymp. 48. Vrbis verò 170. eos tamen …
niſi ex parte inter ſe congruere: ſiquidem deſinente iſto anno 4. Ol…
inijt annus Vrbis 170. vt noſtræ tabulæ oſtendunt. Quo tempore …
tuo Cyaxare regnabat Aſtyages. Notat *ſecundò*, vitium irrepſiſſe …
Chronicon ad Olymp. 48. & 49. vbi prius Solis defectio, deinde …
Aliatten & Cyaxarem diuerſo anno ſignantur, cum tamen eclipſi…
nam diremerit.

*Quoto anno ante Chriſtum acciderit.* 17. Omiſſis autem cæteris, quæ accuratè ex varijs authoribus re…
minat ibidem Petauius, probabilis mihi videtur ipſius calculatio, qu…
larem defectum reuocat ad annum ante æram Chriſti 597. Iulij …
anni 4. Olymp. 45. Tunc enim & Cyaxares Medis, & Aliattes Lydi…
Cyaxari ſucceſſit Aſtyages poſt triennium, anno ante Chr. 594. …
35. ante primordia Cyri.

*Caluiſius refutatur.* 18. Caluiſius in prima editione hanc eclipſin notat, ſub initium …
lymp. 43. die 30 Iulij, feria 4. fluente anno ante Chriſti epocham 60…
editione deterius calculos repoſuit, dum eodem anno, quo …
defectio, ait actam Olympiadem 43. Iulij 26, feria 7. Nam in …
quamlibet Olympiadem ſemper incidere in cyclum Solis, vel 2. vel …
14. vel 18. vel 22. vel 26. Iſta vero eclipſis facta eſt currente cyclo Sol…
itaque præcedenti Olympias 43. celebrata eſt cyclo Solis 18. quo …
in feriam 6. incurrit, anno ante Chriſtum 608.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

19. Ex hac porrò eclipſi ſolum colligimus circa hæc tempora, Cyaxarem floruiſſe, & cladem, quam teſte Herodoto idem Cyaxares ante Scytharum in Aſiam irruptionem Aſſyrijs intulit, potuiſſe à iuniore Tobia inaudiri, quamuis vitæ illius Periodus 99. annis circumſcripta fuerit.

*Quando Cyaxares floruerit.*

20. Quod autem noſtra hac tempeſtate, annus quo Sardanapalus interierit non habeatur compertus; mirum non eſt, cum ante tot ſæcula viſus fuerit Ariſtoteles dubitare, num reuera caſus ille, qui de Sardanapalo memoratur, unquam contigerit. Sic enim de eo ſcripſit 5. Polit. 10. *Videns quidem Sardanapalum inter mulieres penſa diuidentem: ſi modo hæc fabula vera fuit. Et ſi non in illo; attamen hoc in alio verum eſſet.*

*De Sardanapalo dubitauit Ariſtoteles.*

21. Denique, vt quæ hactenus late diſputata ſunt, in pauca conferam; Arbitror *primò*, fieri potuiſſe vt Tobias iunior ante ſuum obitum audiret eam victoriam, quam Cyaxares de Aſſyrijs retulit ſub Ioſia ante irruptionem Scytharum in Aſiam, quamuis ipſe Tobias non niſi annos 99. vixerit, & hanc victoriam dici poſſe interitum Niniues inchoatè, vt aduertit Cornelius in Nahum 2. & iam dicebam num. 15. Itaque probabile eſt, quod Serarius, Salianus, Petauius docent, videri Tobiam iſtum, biennio ante captiuitatem 10. tribuum ſiue anno 4. Ezechiæ natum: obijſſe circa annum Ioſiæ 16. aut 17. putant Serarius & Salianus. Sic natalis huius Tobiæ mihi incideret circa annum 726. ante æram Chriſti, obitus circa 627. Petauius eum natum arbitratur anno Periodi Iulianæ 3991. qui fuit ante Chriſtum 723. mortuum anno Periodi 4092. nempe ante Chriſtum 622. Opinor *ſecundò* etiam probabile eſſe 99. annos textu Latino collectos ſupputari, à nuptijs Tobiæ, quas celebrauerit annos 28. natus, & audire potuiſſe interitum Niniues, non tantum inceptum, ſed etiam completum ante annum octauum Sedeciæ. Qua ratione textus Latinus cum Græco, ſalua vtriuſque veritate conciliatur. Sed tunc ortum Tobiæ referrem ad annum circiter 730. mortem ad 603. Vtra harum opinionum alteri præferenda ſit, Lectoris iudicio relinquo.

*Chronotaxis vitæ Iunioris Tobiæ.*

*Vide quæſtiones in Prophetiam Ionæ.*

P. H. Phil
Chron vet: Tes
A 1
17



NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

# IN LIBRVM IVDITH.

## CAPVT I. v. 1.

*Arphaxad itaque rex Medorum ſubiugauerat multas gentes imperio ſu…*

## QVÆSTIO I.

## *De ordine & annis regum Medorum.*

*Variæ opiniones.* 1. HAnc quæſtionem præmitto, vt cautius inquiram, quiſnam fu… Arphaxad, de quo hic eſt ſermo. De regibus autem Medor… annis quibus regnaſſe dicuntur, quadruplex habetur catalo… mus ex Herodoto quatuor tantum reges continet, ſecundu… ſia, aſſentiente Diodoro nouem principes repræſentat; tertius octo e… Chronico: quartus totidem è Græcis excerptis Gregorij Monachi, vt… cet apud Salianum ad an. m. 3345. & Petauium. l. 9. c. 34. hoc modo.

*Ex Herodoto.*

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Deioces regnauit annos | 53 |
| 2. | Phraortes | 22 |
| 3. | Cyaxares | 40 |
| 4. | Aſtyages | 35 |
| | *Hinc exurgunt anni* | 150 |

*Ex Cteſia & Diodoro.*

| | | |
|---|---|---|
| 1. | Arbaces | 28 |
| 2. | Mandauces | 50 |
| 3. | Soſarmus, ſiue Seſormenes | 30 |
| 4. | Artycas ſiue Artycarmin. | 50 |
| 5 | Arbianes, qui & Cardiceas | 22 |
| 6. | Arſæs, ſiue Arcæus qui & Deioces | 40 |
| 7. | Artynes, qui & Phraortes | 22 |
| 8. | Artabanus qui & Aſtibaras, Cyaxares | 40 |
| 9. | Apandas, qui & Aſtyages. | |
| | Huic ſi tribuantur ex Herodoto annni | 35 |
| | *conſient in totum* | 317 |

*Ex Euſebij Chronico.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Arbaces | 28 | 3. | Medidus | 40 |
| 2. | Soſarmus | 30 | 4. | Cardiceas | 13 |
| | | | 5. | Deioces | 54 |

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 6. | Phraortes | 24 | 3. | Soſarmus | 30 |
| 7. | Cyaxares | 32 | 4. | Artycas | 30 |
| 8. | Aſtyages | 38 | 5. | Deioces | 52 |
| *Summa* | | 259 | 6. | Aphradartes | 51 |
| *E Græcis excerptis.* | | | 7. | Cyaxares | 32 |
| 1. | Arbaces | 28 | 8. | Aſtyages. Si ei dentur | 35 |
| 2. | Mandauces | 20 | | *conſurget ſumma an.* 258. | |

2. Cum autem ſuo loco probatum ſit, Cyrum euerſo Aſtyage regnare cœpiſſe anno 1. Olymp. 55. hoc eſt, ante Chriſti epocham 560. vel iuxta eam, quam probabiliorem exiſtimo ſententiam anno 559. facilè eſt deducere ex Herodoti hiſtoria, Deiocem apud Medos regnum adijſſe anno ante Chr. circiter 209. Phraortem 656. Cyaxarem 634. Aſtyagem 594. Ex ſententia verò Cteſiæ & Diodori, regnare cœperit Deioces anno ante Chr. ferè 696. Phraortes 656. Cyaxares 634. Aſtyages 594. Ex Euſebij Chronico, initium principatus Deiocis inſcribendum eſſet anno ante Chr. propè 707. Phraortis 653. Aſtyagis 597. E Græcis excerptis Deioces regnum inijſſet anno ante Chr. 709. Phraortes 677. Cyaxares 626. Aſtyages 594. *Quando ſinguli regnare cœperint.*

## QVÆSTIO II.

## *Quis fuerit iſte Arphaxad.*

1. NOn fuit Arbaces Medorum princeps, quicquid velit Carion. Nam vt Diodorus lib. 2. & alij tradunt, Arbaces vicit Sardanapalum, & Niniuen expugnauit: hic autem Arphaxad à Nabuchodonoſore rege Aſſyriorum qui habitabat in Niniue, ſuperatus eſt, Iudith 1. v. 5. Arbaces ante Cyrum adeptus eſt principatum annis fere 317. ex Diodori & Cteſiæ ratiocinijs, ex Euſebij & Gregorij Monachi circiter 258. multo autem tardius floruit Juditha, & ipſi coæuus Eliacim ſummus ſacerdos. *Non fuit Arbaces.*

2. Hugo in hunc locum, & Bellarminus, tum in Chronologia, tum lib. 1. de verbo Dei, cap. 12. hunc Arphaxad Dioclem nominant, alij Deiocem Medorum regem, vt Petauius lib. 12. cap. 26. Salianus ad annum m. 3345. num 4. Hoc difficile eſt cum prophana hiſtoria conciliare: Deioces etenim ſi Herodoti & Excerptorum Græcorum rationibus credimus, principatum inijt anno ante Chr. 709. ſi Diodori & Cteſiæ computum accipimus anno ante Chriſti epocham 696. Hoc autẽ modo Hugonis doctrina ſibi non conſtat, dum hoc cap. lit. l. ait Nabuchodonoſorem illum, qui hunc Arphaxadum vicit, fuiſſe Cambyſen, cum dubium non ſit, quin Deioci, ordine ſucceſſerint, Phraortes, Cyaxares, Aſtyages, Cyrus, Cambyſes. *Non Deioces.* *Prob. 1.*

3. Ex eorum autem ſenſu, qui ſub Manaſſe Holofernem à Juditha peremptũ *Prob. 2.*

 ad-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adſtruunt, vix apparet, quomodo hic Arphaxad idem fuerit, cum De[illegible]
do, cuius res geſtæ, à priſcis auctoribus celebrantur. Nam in prim[illegible]
num. 6. ait, Arphaxad ex ſacra Scriptura videri illo anno, hoc eſt, [illegible]
æram 709. occiſum, quo Deioces ex Herodoti, & Gregorij Mon[illegible]
tatione, regni gubernacula ſuſcepit: ex Euſebij verò, Cteſiæ, Diodor[illegible]
graphia necdum regnabat. Hoc autem inde prouenit, quod Sal[illegible]
dio Ieroſolymitano, vſque ad annum primum Monarchiæ Cyri, [illegible]
computet, quo interuallo non niſi 52. contineri, alibi probatum eſt.

*Prob. 3.* 4. Iuxta Bellarmini & Petauij opinionem, Manaſſes iam aliqu[illegible]
regnauerat, quando Deioces apud Medos regnum adijt, & hunc [illegible]
naſſe fatentur. Hoc autem modo, vſque ad Ioſiam regnaſſet Deioces, [illegible]
men noſter Arphaxad à Nabuchodonoſore occiſus videatur pri[illegible]
lofernem ſuſtuliſſet Iuditha, vt habet textus Græcus hic cap. 1. v. vltim[illegible]
dit Serarius in hunc locum, q. 5. & concludit 1. *Si Deiocæ, inquit, temp[illegible]*
*naſſen inchoaretur, itemque Phraortæ; vel certè pauciores ipſi Deiocæ anni tribu[illegible]*
*inter hos, vltimumque Cyaxarem plures cum Cteſia collocarentur; cor[illegible]*
*fore Arphaxadum.* 2. Vterlibet fuerit, eum vocatum Arbacem. [illegible]
rò non aſſequor, quanam ratione Deioces ita Manaſſæ p[illegible]
ſit, vt longæ paci, quæ mortem Holofernis ſecuta eſt, loc[illegible]
nem Ioſiæ relinquatur, aut aliqui de annis qui Deiocæ [illegible]
quis tribuuntur, ſpreta omnium priſcorum auctoritate [illegible]
ferri.

*Conluſio.* 5. Probabilius eſſe puto ſub Xerxe hanc hiſtoriam contigiſſe, [illegible]
hunc Arphaxadum fuiſſe tyrannum aliquem, aut regem, qui Ecbata[illegible]
ruta inſtaurauerit, & ſuum dilatauerit principatum. Eſt Suidæ V. [illegible]
hanc ſententiam Iulio Africano refert acceptam, Riberæ in cap. [illegible]
Tornielli ad an. m. 3553. & 3572. Quæ opinio hiſce coniecturis p[illegible]
ſuaderi poteſt. *Primò*. Regnante Xerxe, Pontifex Ieroſolymis era[illegible]
filius Ieſu teſte Ioſepho, lib. 11. Antiq. capit. 5. qui etſi taceret, id [illegible]
temerè ex libris Eſdræ colligi poteſt. Nam Eliaſib Ioachimi ſucceſſ[illegible]
Sacerdos Magnus Nehem. 3. v. 1. nempe ſub Artaxerxe Longima[illegible]
*tem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliaſib.* Nehem. 12 verſ. 10. Nec [illegible]
quin Ioſue ſummo ſacerdotio functus ſit, ſub Dario Hyſtaſpis. [illegible]
pore intermedio, nimirum Xerxe imperante, Summus Pontifex e[illegible]
filius Ioſue, pater Eliaſib, vt bene declarat Torniellus ad annum m. [illegible]
2. mer. 3. nec video, quo iure id negari poſſit. 2. Stabili & diu[illegible]
dæi ſub Xerxe, & poſt Xerxem fruiti ſunt, vt inter omnes pro con[illegible]
3. tur. 3. Xerxis temporibus apprimè conueniunt, quæ narrat A[illegible]

P. H. Phil
Chron
Vet: Tes
A 1
17

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*verſ.22. Et ante hos annos &c. exterminati ſunt prælijs, à multis nationibus, & plurimi eorum abducti ſunt in terram non ſuam: nuper autem conuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, ex diſperſione, qua diſperſi fuerant, adunati ſunt, & aſcenderunt montana hæc omnia, & iterum poſsident Ieruſalem, vbi ſunt Sancta eorum.* Græcus habet, *& habitarunt in montana, quoniam erant deſerta.* Quæ ſi ad tempora Manaſſæ accommodentur, dicendum erit, eos qui tum in montanis, tum Ieroſolymis habitabant, cum Manaſſe abductos fuiſſe, & poſtliminio reuerſos *iterum Vrbem poſſediſſe*, & ad montana, quæ deſeruerant, redijſſe, antequam Holofernes Bethuliam obſideret. Mirum autem foret; huius tam notabilis Iudæorum diſperſionis, nullum in libris Regum, aut Paralipomenis extare veſtigium. In Græco Achior ait, eos non ſolum captiuitatis incommoda ſubiuiſſe, ſed & templum Dei ipſorum, inquit, factum eſt in pauimentum, & ciuitates eorum captæ ſunt ab aduerſarijs.

6. Ex quibus, ſine temeritate in eam opinionem induci poſſumus, vt hunc Arphaxad, atque adeo ipſam Iudithæ hiſtoriam, non niſi poſt Iudæorum è captiuitate Babylonica reditum fuiſſe arbitremur. Quod autem hæc, non Cyri, non Cambyſis, non vllius alterius regum Perſarum temporibus conuenant, præterquam Xerxis, infra diſputabitur, q.5.num.5.& 6. Xerxe autem imperante, tanta Iudæam incolebat populi multitudo, vt ſpe bona in Deum concepta, Holoferni ſeſe opponere potuerit. Nam Cyrus initio ſui imperij, in patriam remiſit Iudæorum, *quadraginta duo millia trecentos ſexaginta, exceptis ſeruis eorum & ancillis, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem.* 1. Eſdræ 2. v. 65. ex quibus ſine dubio numeroſa creuit ſoboles, per 50. & amplius annos, qui à reditu ſub Cyro, vſque ad 6. circiter annum Xerxis effluxerunt. Anno deinde 2. Darij Hyſtaſpis, teſte Ioſepho illo lib. 11. cap. 4. redierunt pubertatem egreſſorum, quater mille millia & ſexcenta viginti octo millia, ex tribu Iuda duntaxat & Beniamin, præter alia aliquot millia promiſcuæ multitudinis puerorum, mulierum &c. quæ ibi numerat Ioſephus. Et hi ſpatio 40. circiter annorum prolem ſuſceperant: quod Deus promiſerat per Iſaiam cap. 31. verſ. 2. *Seminabo domum Iſrael, & domum Iuda.* Et Baruch 2. verſ. 34. *Reuocabo eos in terram, quam iuraui patribus eorum Abraham, Iſaac, & Iacob, & dominabuntur eis, & multiplicabo eos, & non minorabuntur.* Nec improbabile eſt, quod monet Ribera, Xerxe cum Græcis occupato, aliquarum nationum reges ſiue gubernatores, de imperio inter ſe dimicaſſe, cùm tradat Iuſtinus lib. 3. Xerxem cum ſæpe à Græcis victus eſſet, cœpiſſe ſuis eſſe contemptui. Potuit igitur fieri, vt Arphaxad in Media, Nabuchodonoſor

*Quando Iuditha floruerit.*

in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Phil
Chron
Vet: Tes.
A 1
17



in Aſſyria iugum abſentis Imperatoris excutere, & vterque regi
tare præſumeret, donec occiſo Holoferne, eiuſque copijs diſſip
Medos & Aſſyrios rurſus ad officium compelleret, & longæ
cis fundamenta locaret.

---

IN CAP. I. v. 5.

*Græcus latino conciliatur.*

A*Nno igitur duodecimo regni ſui, Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui*
*niue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum.* Græ
v. 1. huius belli initium refert ad annum 12. Nabuchodonoſoris;
tem anno 17. commiſſam tradit. Verum hæc ita accipi poſſunt,
regnandi initijs cõputentur anni, vel Latina editio Græcæ antepo
doquidem Latina ſingularem habet ab Eccleſiæ auctoritate præro

## QVÆSTIO III.

## *Quis iſte Nabuchodonoſor.*

*Non fuit euerſor Ieroſolymæ.*

1. NOn fuit Magnus ille, qui capto Sedecia, Ieruſalem euertit. Q
Nabuchodonoſoris annus 13. ferè in 6. Sedeciæ omnium
dit: anno autem 13. huius Nabuchodonoſoris, occiſus eſt Holofern
multorum annorum pace frui cœperunt. Quod Sedeciæ tempo
conuenit.

*Neque Nabopolaſſar.*

2. Neque Nabopolaſſar, ſiue Nabuchodonoſor ſenior, eſt iſte,
diſputamus, ob eandem ratione: quia Nabopolaſſar, Ioſiæ tempore
vnde oriri non potuit pax illa diuturna, quæ à cæde Holofernis
*Non Merodach.*

3. *Supponimus*, inquit Salianus an. m. 3344. n. 9. *cum Bellarmino*
*Iuditham ad Manaſſem referunt, hunc Nabuchodonoſorem eſſe eundem*
*Babylonis*. Huic dat ann. regni 52. cum Genebrardo, Gordono, T
merio, Mercatore: Funccio item & Buntingo, & addit hunc eſſe M
padum, eumque debellato Aſſarhaddone, Vrbe Nino, & Aſſyrio
potitum. Quod latius explicat ad an. m. 3333. num. 3 & 4. Probat
bylonium, quia nomen ipſum Nabuchodonoſor, id præ ſe fert
de, quia eius principes dicuntur cepiſſe Manaſſen, & vinctum
compedibus duxiſſe Babylonem. 2. Paralip. 33. v. 11.

*Non fuit Merodach prob. latius*

4. Contra hanc opinionem occurrit mihi 1. annum primum M
padi eſſe 27. Nabonaſſari, & inijſſe anno ante Chriſti epocham
omnes fatentur Chronographi, teſtibus etiam Aſtronomorum
Lunæ defectionem à Ptolemæo relatam, ac anno primo Mard
ſcriptam, anno illo 721. repræſentant. Annus autem 12. Mard
ritur anno ante Chriſtum 710. nec pluribus annis regnauit, vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plurium varietate indicat Canon Mathematicus apud Ptolemæum, quem tranſcripſi 4. Reg. q. 17. Occurrit 2. quod non omnes qui Iuditham ad Manaſſen reducunt, adſtipulentur dicentibus hunc Nabuchodonoſorem fuiſſe Merodachum: illud enim aiunt Serarius & Petauius; hoc negant, arbitrantes probabilius eſſe, Nabuchodonoſorem iſtum, vnum fuiſſe ex poſteris Aſſarhaddonis, cuius iuſſu, aut ſaltem diſſimulatione rex Babylonius Aſſyrio adhuc ſubiectus Manaſſen in poteſtatem redactum Babylonem abduxerit. Neque verò nomen Nabuchodonoſor ita Babylonijs proprium fuit, quin cum alterius etiam ditionis principibus communicari potuerit.

5. Merodackus ſiue Mardokempadus regnum inijt, vt reor, circa annum Ezechiæ 9. eique ſucceſſit Arcianus anno Nabonaſſari 29. Ezechiæ 21. ante Chr. 709. Arciano Canon Mathematicus annos 5. impertit, tum interiecto Anarchiæ biennio, ſubrogat Belithum, per tres annos, Belitho Apronadium &c. Vnde non ſit facile vllum è Babylonijs regibus inuenire, cuius duodecimus annus in 7. 8. 9. aut decimum Manaſſæ incurrerit. Si hæc de Holoferne tragœdia ſub Manaſſe peracta eſt; bene de hoc Nabuchodonoſore, meo iudicio philoſophantur Serarius & Petauius, dum contendunt eum non Babylonium, ſed Aſſyrium fuiſſe.

6. Atverò iuxta dicta q. præcedente num. 5. Darius Hyſtaſpis circa annum imperij ſui 30. huic Nabuchodonoſori adminiſtrationem in Aſſyria indulſerit, qui iſte ſenſim abuſus circa annum 6. Xerxis, ſuæ verò gubernationis anno 13. ſub Holoferne copias amiſerit, nec multo poſt in ordinem redactus fuerit. Hoc ſicuti veteres in prophanis hiſtorijs non memorant: ita nec inficiantur. *Concluſio.*

## IN CAP. II. v. 1.

ANno tertiodecimo Nabuchodonoſoris regis, vigeſima & ſecunda die menſis primi.* In Græco notatur annus decimus octauus, eo ſenſu, quo ſupra de anno 12. monui, cap. 1. v. 5. Hunc autem primum menſem, Niſan interpretor, cum Serario, Mariana, Sa, &c. *Græcus cũ Latino cõciliatur.*

## IN CAPVT IV. v. 2. & 5.

VErſ. 2. *Tremor & horror inuaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret Ieruſalem & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus, & templis earum.* Hinc bene colligunt ſacri interpretes, & Chronologi, hæc geſta, quando templum ſtabat Ieroſolymis: tempore autem Cyri & Cambyſis nullum erat. *Stante tẽplo fuit Iudith.*

Verſ. 5. *Sacerdos Eliacim etiam ſcripſit ad vniuerſos, qui erant contra Eſdrelon.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Phil
Chron
Vet: Tes.
A 1
17



## QVÆSTIO IV.
## *Quis hic Eliacim.*

*Fuit Summus Pontifex.*

1. VOcatur *Sacerdos Domini* hoc cap. v. 7. *Sacerdos Domini magnus* ... *Pontifex*. cap. 15. v. 9. In Græco conſtanter audit ἱερεὺς ὁ μέγας ... Eliacim idem cenſeatur, qui Ioakim ſummo Pontificatu inſignis.

2. Poſt captiuitatem Babylonicam tempore Xerxis Ioacimus ... Ieroſolymis ſummum gerebat Pontificatum, vt q. 2. num. 5. dictum.

*An filius Helciæ.*

3. Fuit & alius virtute clarus Eliacim, de quo 4. Reg. 18. v. 18. ... lius Helciæ ibidem v. 37. & Iſaiæ 22. v. 20. Non fuit tamen filius Hel... qui in Catalogo Pontificum proximè Saraiam antecedit. Hic enim regnante Ioſia Pontifex erat; ille autem Eliacim ſub Ezechia clarus, præpoſitus Domus, ſiue vt habent 70. œconomus.

*Quidam aiunt.*

4. De hoc Eliacimo œconomo ſermonem eſſe in libro Iudith ... graues auctores cenſent, voluntque Manaſſæ temporibus, ſediſſe poſt iſtum, cuius mentio fit Iſa. 22. v. 15. & ante Helciam illum, qui ſub Io... niſtrauit Pontificatum. Ita Bellarminus, Serarius, Salianus, qui contra VVittakerum bene probant Sobnam, & qui ei ſucceſſit Eliacim, fuiſſe Scribam ſolum, aut Cancellarium regium, ſed reuera ſacerdotem ex D. Cyrillo in illum Iſaiæ locum, cui aſſentitur Cornelius à lapide, ex ipſo Iſaiæ vaticinio, quo Propheta Sobnam alloquens: *vocabo* ... *meum Eliacim filium Helciæ, & induam eum tunica tua, & cingulo tuo* ... *& poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus in* ... *domui Iuda*. In Græco, ſtola & corona Sobnæ dicitur ad Eliacim ... quæ ſine dubio, ſacerdotum inſignia ſunt. Etſi verò, cum iſta prædi... Sobna necdum eſſet Pontifex, ij tamen qui Iuditham ad Manaſſ... hunc Sobnam poſtea, ac deinde Eliacim, ſupremi Sacerdotij gradu ... cutos aſſerunt, probantque auctoritate Nicephori Conſt. qui in ... logiá inter Pontifices connumerat illos. His patrocinari videtur ... mus Iſa. 22. vbi de Sobna locutus: *transferet*, inquit, *Dominus ſacerdo...* paulo poſt: *qui quondam habebas coronam Pontificis, & ſanctificationis* ... *mina, in qua ſcriptum erat nomen Dei, coronaberis tribulatione & angustia.*

*Ordo Pontificum ex Ioſepho.*

5. Vt hic tutius procedamus, hæc præmitto. Ioſephus lib. ... inter Summos Pontifices, qui in templo Salomonis ſuas functiones ... hos vltimo loco recenſet: Neream, Odeam, Saldunum, Helciam, ... Ioſadochum, qui Babylonem captiuus pertractus eſt. *Hi omnes ...* *per manus traditum Sacerdotium, filij parentum ſucceſſores habuerunt, ...*

ſtri. Alij vt Serarius ad calcem lib. 4. Regum, hos Pontifices, ordine proponit: Neream, Odeam, Sellum, Helciam, Saraiam, Ioſedech. At verò Nicephorus Conſt. trip. Chron. p. 2. cap. 16. ſic recenſet Pontifices. 10. Azarias, qui prohibuit Oziam ingreſſu in loca ſacra, 11. Vrias fidelis Iſaiæ: 12. Somnas prauus & libidinoſus tempore Ezechiæ regis, 13. Eliazim, Sellum F. 14. Chelcias ſub Ioſia rege optimo. 15. Sareas &c. Hic etiam conſideranda eſt genealogiam Pontificum, quæ texitur 1. Paralip. 6. v. 12. Achitob genuit Sadoc, Sadoc genuit Sellum, Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam & Saraiam genuit Ioſedech.

6. Hæc animo complexus exiſtimo in primis Catalogum illum Pontificum quem nobis exhibet Nicephorus, non eſſe magni momenti, cum ſit valde mutilus, & præter alios omittat Sellum, ſiue Saldunum, qui Helciam præceſſit. Deinde Nicephorus ſuum Eliazim vocat Sallumi filium: Eliaccim autem, de quo ait Iſaias fuit Helciæ filius. S. Hieronymus ſenſu literali, Sobnam vocat quæſtorem & diſpenſatorem theſaurorum domus Dei: allegoricè per Sobnam intelligit Synagogam incredulam; per Eliacim, Eccleſiam, cuius caput Chriſtus eſt, ad quem gloria Sacerdotij transferenda erat. Sic S. Hieronymus neque Sobnæ, neque Eliacimo ſummum arrogat Sacerdotium. *Quare* tutiore via mihi incedere videntur, qui Eliacimum ſummum Sacerdotem filium Ioſue, tempore Xerxis ad Iuditham deducunt, quàm alij, qui hiſce in tenebris deprehenſi, probabili quidem, ſed non illuſtri coniectura, Sobnam & Eliacim ſub Manaſſe caſu extraordinario factos Pontifices aſſerunt, horumque poſteriorem ad noſtram Heroinam veniſſe ſuſpicantur.

*Nicephorus explicatur.*

*Concluſio.*

## QVÆSTIO V.

### *Quo tempore claruerit Iuditha.*

1. ETſi ex dictis ferè pateat huius quæſtionis reſolutio: perſpicuitatis nihilominus gratia, diſertè ponitur: de qua plerique omnes notant duas eſſe generales ſententias, dum aliqui Iudithæ hiſtoriam Babylonicæ captiuitati præponunt; poſtponunt alij. Præponunt, & Manaſſæ temporibus imputant Salmeron ſub finem tomi 16. Pererius lib. 1. in Danielem, Bellarminus in Chronologia, & lib. 1. de Verbo Dei, cap. 12. Gretſerus in defenſione eiuſdem loci, Serarius Iudith 1. q. 2. Gordon. cap. 10. Chron. num. 33. Petauius lib. 12. cap. 26. Salianus ad an. m. 3344. num. 7. laudatque in hanc ſententiam Turſellinum, & monet ex opinione Genebrardi Iuditham floruiſſe regnante Sedecia: Ioannis verò Benedicti, Codomanni, Verronij, Ziegleri, ſub Ioſia.

*Quidam putãt ante captiuitatem Babylonicam.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Phil
Chron
Vet: Tes.
A 1
17



*Quidam poſt eam.*

2. Hanc hiſtoriam, eo tempore, quo Cyri ſucceſſores in Perſis
bant accidiſſe cenſent S. Auguſtinus, lib. 18. de ciuit. cap. 26. Euſebius
nico, Beda de 6. ætatib. Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, Hugo, Hiſtoria
ſtica, Carthuſianus Iudith 1. Lyranus ibidem & Tobiæ vltimo.
Eccl. Scrip. lib. 1. cap. 2. p. 2. lib. 3. cap. 5. p. 3 Mercator in ſua Chron.
Compendio, quos fideliter citat, & ſequitur Torniellus ad an. m.
His in communi aſſentiuntur Glycas 2. p. Annal. Otho Friſingenſis
15. Suidas cum Africano V. Iudith. Ribera in cap. 2. Nahum. Tamenſi
eſt, non omnes auctores iam recenſitos inter ſe conuenire, de particu
ſarum rege, ſub quo Iuditha heroicum ſuum facinus in Holofernem

*Non ſub Ioſia aut Sedecia.*

3. Temporibus vel Sedeciæ vel Ioſiæ, Holofernem à Iuditha
non arbitror: erat enim iſta Heroina tunc ætate adhuc vigente,
105. *In omni autem ſpatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem*
*nis multis*, Iudith 16. v. 30. Ioſias non niſi 31. annos regnauit: tum
bra calamitas in Iudæos incubuit, vt ſacræ pandunt hiſtoriæ. Mul
nus ſub Sedecia Iudæis pace longa gaudere licuit, ſecuto mox Ieroſolymæ
excidio, & Babylonica tranſmigratione.

4. Etſi verò Iuditha dicatur puella, cap. 12. v. 12. ac ſæpius à pulchr
laudetur; non inde tamen colligo eam tunc 20. aut 30. ſolum annos
ſe, cum non tam natura, quam ſingulari Dei munere, eum ſplendorem
ciem conſecuta videatur. cap. 10. v. 4. Nihilominus credibile eſt, cum
ſummum quinquagenariam aut circiter quando ſuſtulit Holofernem
vixiſſe, annis prope 55. Si inde addantur *multi anni* quibus poſt mortem
Iudæi hoſtiles incurſus non ſenſerunt, colligentur à cæſo Holoferne,
finem Iudaicæ pacis, anni fermè 60. vt quod minimum eſt, in dubio

*Non ſub Cyro, aut Cambyſe.*

5. Ad Cambyſen iſtam hiſtoriam trahunt nonnulli, vt Lyranus,
Glycas, Friſingenſis, Driedo, Mariana: Sed enim neque ad Cyrum,
Cambyſen reuocari poteſt. Siquidē iſtis imperantibus, nec tempus
liacim Pontifex Ieroſolymis: Holoferne autem in Iudæam irruente,
plū ſtabat, & Eliacim munere Pontificio fungebatur. Quorum
dubio latebat S. Auguſtinum, Euſebium, Bedam, ac proinde mihi
nō poſſum, eos Iuditham ad Cyrum vel Cambyſen retuliſſe. Euſebius
ad Olymp. 62. ſic de Cambyſe ſcribit: *iſtum aiunt ab Hebræis ſecundum*
*noſorem vocari, ſub quo Iudith hiſtoria conſcribitur.* Eadem tranſcribit Beda
3431. S. Auguſtinus loco citato: *per idem tempus*, inquit, *etiam illa*
*ſcripta ſunt in libro Iudith.* Vbi τὸ *illud tempus*, latè accipit, pro eo
Iudæorum captiuitate regnabat apud Perſas Cyrus & Darius,
meminit. Itaque probabile eſt, hos auctores nihil aliud voluiſſe,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſub regibus Perſarum floruiſſe, & Hebræos errare, ſi (quod nonnulli aſſerunt) Cambyſen putant eundem fuiſſe cum eo Nabuchodonoſore, cuius Ducem Holofernem Iuditha peremit.

6. Neque geſta hoc libro contenta ad Dariũ Hyſtaſpis remittuntur: quia regiones illas, quæ hic inuaſæ dicuntur, pacificè regebat, vt ex primo Eſdræ, & Herodoti lib. 3. colligere licet, & eo imperante Põtifex erat Ioſue. Nec eſt, quod Sulpitio aſſentiamur, arbitranti, hæc ſub Ocho contigiſſe: hoc enim imperante, neque Eliacim Pontifex erat, neque Iudæis tanta pax eſſe potuit, quantam hiſtoria Iudith fuiſſe declarat.

*Neque ſub Dario Hyſtaſpis.*

7. Duæ ſunt reſiduæ opiniones meo iudicio probabiles, quarum altera ſub Manaſſe, altera ſub Xerxe, hæc contigiſſe putat. In hanc poſteriorem pronior ſum, auctores & rationes, q. 2. num. 6. ſecutus. Certum eſt enim per id tempus, & Pontificem fuiſſe Eliacim, & pacem diuturnam Iudæis conceſſam. Solum in hac parte mirum cuipiam videri poſſet, quod Arphaxad & Nabuchodonoſor tantos motus ciere, tantas vires colligere potuerint, quantæ hoc libro narrantur, Xerxe ad imperij clauum reſidente, priſcis auctoribus altùm hac de re ſilentibus. Verum incredibile non eſt, tum Xerxem ad alia diſtractum, aut non potuiſſe, aut certis de cauſis noluiſſe, duorum iſtorum principum diſſidia impedire. Auctores profani, vt præclarum Iudithæ factum, aliaque multa; ita & hæc ſine mendacio prætermiſerunt.

*Sub Xerxè floruiſſe videtur Iuditha.*

8. Sed nec minores difficultates occurrunt ijs, qui hæc Manaſſis temporibus inſcribunt: aut enim Deioces, quem iſti Arphaxadum fuiſſe putant occiſus eſt à Nabuchodonoſore; aut non: ſi prius dixeris, falſæ erunt omnes omnino antiquorum de annis Deiocæ ſupputationes, vt patet ex q. 1. & 2. ſi poſterius; textus 70. hic falſus erit, aut ita obſcurus, vt interpretatione minimè conſueta indigeat. Idem eſt de Templo, quod Græcus ante hanc tragœdiam euerſum fuiſſe commemorat. Duodecim argumentis, quæ nobis obijciuntur, commodè ſatisfacit Torniellus ad an. m. 3572. & ex dictis haud difficile reſponderi poteſt.

*Vix ſub Manaſſe.*

---

## IN CAP. V. v. 7. & 9.

VErſ. 7. *Hic primum in Meſopotamia habitauit.* Græcus habet: *& fugerunt in Meſopotamiam, & incoluerunt ibi dies multos.* Hinc aliqui colligere volunt, Abrahamum quinquennio Charris habitaſſe: ſed malo hos *dies multos* ad illos 20. annos applicare, quibus Iacob cum vxoribus, & paulatim ſuccreſcente familia apud Labanum manſit, vt ſuo loco annotaui.

*Iacob 20. annis habitauit in Meſopotamia.*

Verſ. 9. *Deſcenderunt in Aegyptum, illicque per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, &c.* Iſta habitatio fuit 430. annorum, qui completi (non inchoati) fuerunt

*Habitatio Hebræorũ in Ægypto.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in Ægypto, vbi à deſcenſu Iacobi, vſque ad Exodum Hebræi non vltra … nos morati ſunt, iuxta notas in Exodi cap. 12. ver. 40. Vtitur autem … mero rotundo 400. neglectis 30. annis, quia hi parum ad rem præſen… ferebant. Simili phraſi vſus eſt Iephthe Iudicum 11. v. 26. ſi trecentos … nos, à poſſeſſione terræ Amorrhæorum ad ſua tempora numerauit: … ſummæ deerant circiter 34. anni.

## IN CAP. XVI. v. 28.

*Iuditha ætas fuit 105. ann.*

M*Anſit autem in domo viri ſui annos* 105. In Græco: *& ſenuit in domo … nos centum quinque.* Non eſt ſenſus, quod hos omnes annos poſt … obitum in eius domo tranſegerit; ſed quod ibi vſque ad annum vice… mum quintum permanſerit. Ita hunc locum explicat Serarius q. 1. … lib. 12. cap. 26. beneque addit, hanc loquendi rationem in ſacris litteris … frequentem eſſe. Simili modo S. Auguſtinus lib. 16. de ciu. cap. 14. … tur de annis 205. quos Thare patrem Abrahami in Haran vixiſſe … ptuaginta Gen. 11. v. 32. *Non ſic*, inquit S. Doctor, accipiendum eſt, quod … mnes dies ibi egerit: ſed quia omnes dies vitæ ſuæ, qui fuerunt anni … quinque ibi compleuerit. Eandem doctrinam repetit eodem lib. cap. … ſequuntur Menochius & Bonfrerius Gen. 15. verſ. 13. Cornelius ibidem … rem. 25. v. 11. Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 12. Salianus ad ann… num. 3. Quam interpretationem approbant, qui Iudithæ vitam annis … niunt, Sulpitius lib. 2. hiſt. Athanaſius in Synopſi, Zonaras lib. 1. Ann… bene colligit Serarius hallucinari in primis Wittakerum, dum ſcribi… pite vltimo, legimus Iuditham vixiſſe ſupra annos 105. deinde apud S… gi quidem hanc vixiſſe annos 150. ſed Scriptoris errore, qui p; prop; …

## IN CAP. XVI. v. 30.

*Quomodo hæc ſint intelligenda.*

*In omni autem ſpatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Iſraël, & poſt … multis annis.* Fieri quidem potuit, vt quoad Iuditha vixit, tranquillitas … Perſarum regibus durauerit: non exiſtimo tamen hanc ſententiam … rigido accipiendam eſſe. Qui enim ſub Manaſſe Holofernis interitum … tuunt, haud facilè id concesſerint, cum anno 14. Ezechiæ, Sennacherib … rum Iudæos exercuerit: inde regnauit Ezechias annos 15. Manaſſes … 2. Ioſias 31. quo occiſo, ſublata eſt Iudæorum tranquillitas, anno ſeu … in Iudæam Sennacheribus irruperat. Taceo regem Manaſſen interi… ris, non ſine regni turbatione Babylonem abductum fuiſſe. Pax … omnis apud Iudæos vexationis expers, toto illo tempore viguit, qu… ctoriam, Iuditha in viuis fuit, & diu poſt obitum illius, eo ſenſu, quo … apud Danitas idolum Michæ dicitur, *omni tempore, quo ſ it domus D…*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lib.18.v.31.vti ibidem explicaui, ita vt, qui poſt Iudithæ triumphum 80. circiter annos pacis computauerit, is eam non ampliori temporis ſpatio, quam ferat horum verborum complexio, definire videatur.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN LIBRVM ESTHER

## CAPVT I. V.1.

*In diebus Aſſueri, qui regnauit ab India vſque Æthiopiam.*

### QVÆSTIO

### *Quiſnam hic Aſſuerus.*

1. OCTO hac de re opiniones circumferuntur, quarum duæ priores iſtum Aſſuerum atque adeo totam Eſtheris hiſtoriam liberationi Babylonicæ præponunt; reliquæ poſtponunt. 1. Aſſuerum hunc Aſtyagem fuiſſe autumat. 2. Darium Medum. 3. Cambyſen. 4. Darium Hyſtaſpis. 5. Xerxem. 6. Artaxerxem Mnemonem. 7. Ochum. 8. Longimanum. *Variæ opiniones.*

2. Primæ opinioni adhærens Mercator, iſtum Aſſuerum eundem cum Aſtyage fuiſſe aſſerit; ſed ſine ratione: nam Aſtyages Medus fuit. Aſſuerus autem cap.16.ver.10. ait: *Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo alienuſque à Perſarum ſanguine, & pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans peregrinus à nobis ſuſceptus eſt.* Quibus verbis ſe Perſam oſtendit, vt bene Bellarminus & Petauius, idque ex tota huius libri ſerie conſtare aſſerunt. Hinc idem Aſſuerus cap. vltimo, v.14. ſuum *regnum* abſolutè *Perſarum*, & ſuos ſubditos vocat eos, *qui fideliter Perſis obediunt*, ver.23. Quibus loquendi formulis, Medi cùm rerum potirentur, vti commodè non poterant. Deinde Aſtyages imperium ſuum ab India vſque Æthiopiam non extendit, quod fecit Aſſuerus Eſtheris, qui & Artaxerxes dicitur, initio cap.12.13.16. Hoc autem nomen Perſarum eſſe proprium, nonnulli aſſerunt, ac monent eos minimè audiendos, qui dicunt regem Medorum Græcè Artaxerxem vocari, Tob.1.v.15. ibi enim expreſsè nomen Aſſueri retinetur, in editione Sixtina ἀσύηρος, in alijs quibuſdam ἀσσουῆρος. *Non fuit Aſtyages.*

3. Hæc

*Neque Darius Medus.*

3. Hæ rationes æquè probant, Dario Medo non nupſiſſe Eſthere
tamen putauit Zonaras, cui ex parte ſubſcribit Canus de locis The
cap.6. Argum.9. dum ait, Darium Medum, aut Aſtyagem Eſthe
gem fuiſſe.

*Mardochæus vel auus eius tranſportatus.*

4. Dices: Mardochæus cum Iechonia tranſportatus fuit, Eſther
ſi poſt Aſtyagis & Darij Medi tempora vixiſſet, ob ſenium ea rege
non potuiſſet, quæ ſub Aſſuero expediuiſſe legitur. Reſp. illo cap. 2
*Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Iemini, qui translatus fu*
*lem, eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonoſor rex Babylon*
Conſentientibus inter ſe Latino, Hebræo, Græco. Quæ duobus mo
gi poſſunt. 1. vt non Mardochæus ipſe, ſed eius proauus Cis, cum Ie
portatus dicatur. Ita Petauius lib. 12. cap. 30. Gordonus cap. 14.
vt Mardochæus translatus dicatur, non in ſe, ſed in auo, aut proauo,
in captiuitate genitus eſt, vt habet Bellarminus lib. 1. de verbo Dei
lianus an. m. 3591. n. 3. Torniellus an. m. 3650. n. 5. cum Caietano, Ca
Rabbi Paulo, quos ſequitur Menochius, Eſther. 2. v. 6. Hoc mo
Zorobabel & Ioſue dicuntur in Ieruſalem è captiuitate reuerſi, cum
roſolymis ipſi nunquam antè fuiſſent, niſi in progenitoribus ſuis.
plerumque nobis imputantur, quæ à maioribus noſtris patrata ſunt.

*Hebræi putant fuiſſe Cambyſen.*

5. Tertia opinione imbuti Hebræi, in ſuo Seder, aſſentiente Ge
Eſtherem Cambyſi dant in manum, rati in primis, non niſi tres Per
ges fuiſſe, Cyrum, Aſſuerum ſiue Cambyſen, & Darium: quod proba
tur *primò*, ex Dan. 11. v. 2, vbi poſt Darium Medum tres in Perſarum
ri prædicuntur, & mox v. 3. vaticinium de Alexandro Magno ſubte
*verò Rex fortis* &c. *Secundò* ex Nehemiæ 12. v. 10. *Ioſue autem genuit Ioacim*
*genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan*
*doa*. Horum primus *Ioſue*, ſub Cyro; vltimus *Iaddus*, ſub Alexandro
geſſit. Vnde colligunt, Nehemiam haud multis annis ante Alexandr
vixiſſe, totamque Eſtheris hiſtoriam non ad Cyrum vel Darium,
ſen reuocant.

*Sed eos errare prob. 1*

6. Enimverò id nulla ratione admittendum eſt. Plures reges Per
raſſe, palam faciunt hiſtorici non ſolum Græci & Latini, ſed etiam
ipſe natione & religione Hebræus. Imò Daniel & Eſdras ſuis confir
monijs: nam illo cap. 11. Danielis, poſt ea verba: *ecce adhuc tres reges*
*fide*, continuo additur, *& quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes, &*
*diuitijs ſuis, concitabit omnes aduerſus regnum Græcorum.* Vbi graphicè
Xerxes, qui cum innumeris propè copijs in Græciam traiecit. Quo
reges poſt Cyrum Perſis imperaſſe, Cambyſen, Smerdim, Darium,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum antiquis diſerte monet in eum locum S. Hieronymus, his verbis: *& notandum, quod quatuor poſt Cyrum regibus Perſarum enumeratis, nouem prætererit, & tranſit, ad Alexandrum: non enim cura fuit ſpiritui prophetali hiſtoriæ ordinem ſequi, ſed præclara quæque perſtringere.* Nouem porro, quos Daniel præterijt fuere, Artabanus, Longimanus, Xerxes II. Sogdianus, Darius Nothus, Mnemon, Ochus, Arſes, Darius vltimus.

7. Cambyſen denique Eſtheris maritum non fuiſſe, probant Bellarminus, *Prob. 2.*
Serarius, Salianus, quia Aſſuerus Eſtheris, 12. vt minimum annos regnauit, cap. 3. v. 7. Cambyſes octauum non attigit. Nec Iudæi poſſunt ad plures annos Cyri & Cambyſi communes recurrere, cum non niſi triennium Cyri imperio concedant. Aſſuerus iſte cap. 16. v. 16 fatetur Iudæos eſſe filios Dei ſemper viuentis eiuſque beneficio patribus ſuis, & ſibi regnum eſſe traditum, atque ad hæc tempora conſeruatum, quod Cambyſi non ſatis conuenit: cauit enim ne templum repararetur Ieroſolymis, id ſine dubio conceſſurus, ſi Eſtherem thori conſortem habuiſſet, in cuius gratiam Iudæis tam amplam hoſtes ſuos vlciſcendi poteſtatem indulſit.

8. Quarta opinio eſt Ioannis Benedicti in annot. Feuardentij in Com- *Maritus*
mentario huius libri, Samerij in Chronologia, Carionis, Funccij, Buntingi, qui *Eſtheris*
Eſtherem Dario Hyſtaſpis tribuunt: quia in Iudæos benignus fuit, Suſis habi- *non fuit*
tauit, duas vxores habuit. Verum hoc matrimonium non probant aliarum *Darius*
opinionum fautores. Quod Darius Hyſtaſpis bene in Iudæos affectus fuerit, *Hyſtaſpis.*
regnum Suſis, & alteram vxorem habuerit, non eſt ſatis vt Eſtheris maritus cēſeatur. Hæc ei, cum pluribus alijs Perſarum regibus communia fuere. Argumentum verò quod ab vxoribus Darij ſumitur, Eſtherem ab eius connubio penitus excludit. Scribit enim Herodotus lib. 3. Darium iſtum quatuor vxores habuiſſe, quarum Atoſſa, & Artyſtona erat Cyri filia, tertia Parmis, eiuſdem ex filio neptis, quarta Phœdina, filia Othanis, vnius è ſeptem, qui Smerdim regni inuaſorem ſuſtulerant. His quintam Darij coniugem idem Herodotus lib. 7. nomine Phratagunam: nec vllam repudiauit, cui ſuccederet Eſther.

9. Veniant quinto loco nonnulli, qui Xerxi Eſtherem attribuunt, ita vt *Verum*
Scaliger audacter pronunciet, *neque de eo dubitare poſſe, niſi qui nullo ingenio ſit, ne-* *Xerxes.*
*que negare, niſi malignum.* Quod duplici argumento ex ipſis nominum viſceribus deprompto, ſuadere nititur. *Primò* quia Aſſuerus dicitur Hebraicè *1. Argum.*
Ahaſueros; quam vocem in Ozyarem ſiue Xerxem vertendam aſſerit adeo confidenter, vt ſacros interpretes hanc translationem non ſecutos redarguat, imò *plumbeos, aſinos, accerritos*, eſſe dicat, *qui alium regem, quam Xerxem, ſub hoc nomine ariolantur.* *Secundo*, quia Xerxis vxor Herodoto vocatur *2. Argum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amiſtris, ſiue Ameſtris, quaſi Cham Eſther Hebraicè diceretur. Vnde
Xerxem anno tertio imperij ſui, cum de expeditione in Græciam ad p
retuliſſet, eos ſplendidiſſimo epulo 180. dierum excepiſſe, reuerſum
Eſtherem duxiſſe, menſe decimo, ſub finem anni 7. denique anno
menſis Adar, ſupplicium de Amano ſumpſiſſe. Hoc latius referentur
ex Cteſia & Herodoto refutant Petauius lib. 12. cap. 26. Salianus l. c.

*Non fuit Xerxes. Ad 1. Ad 2.* 10. Vtraque ratio Scaligeri ludit in euanido literarum ſono, cum
longe inter ſe diſtent, ac proinde modeſta & ſimplici negatione
Eſther Artaxerxis ab Ameſtri Xerxis, origine, religione, moribus
quantum diſtinguitur. Ameſtris Perſis fuit, filia Othanis, vel vt habet
Onophæ, qui in belli apparatu, inter duces Perſarum ab Herodoto
cenſetur, vbi etiam eadem Ameſtris dicitur cum iam prouectæ eſſet
*bis ſeptem illuſtrium Perſarum liberos defodiſſe, ad referendam pro ſe gratiam,*
*ſub terra eſſe fertur.* Ameſtris longè ante annum ſeptimum Xerxi,
rerat ei Darium, cui Dario nupſit Maſiſtæ filia, idque agente Xerxe,
ctus è Græcia Sardeis ſe recepiſſet, antequam Suſas reuerteretur. Ame
delis erat, quippe quæ innocentem Maſiſtæ vxorem accitis ſatellitibus
prehendit, mammillas ei præcidit, canibuſq; obiecit, naribus, auribus,
labijs truncatam ad maritum remiſit. Vtrumque narrat Herodotus
lib. 9. Cteſias etiam impudicam mulierem fuiſſe tradit. Quare nec vll
nam ratione hæc cum Eſthere noſtra confundi poſſit, nec facilè cau
det aut Scaliger, aut alius quiuis, cur ea flagitia in Eſtherem conferri
cemur.

*Contra Scaligerũ.* 11. Habet quidem Scaliger de Eſtheris marito ſuffragatores,
lum è ſectarijs Caluiſium, Alſtedium, Iunium, Behmium, ſed etiam
licis nonnullos, vt Genebrardum, qui putat Longimanum Xerxe E
nitum: at contra eidem Scaligero aduerſantur tum plerique Or
rum, tum Buntingus, Funccius, Carion, maximè verò Cap
mun. 3512. vbi cum Scaligeri de Salaminia pugna anachronism
darguiſſet; *vt vel hinc colligas,* inquit, *quam fallaces ſint illius Persic*
*que procul à veri regione erret, cùm contendit Xerxem eſſe Aſſuerum E*
*xitum.*

*Quidam putant fuiſſe Artaxerxẽ Mnemonem.* 12. Sexta claſſis eſt eorum, qui Eſtherem Artaxerxi Mnemoni nuptam
arbitrantur. Ita cenſent Euſebius in Chronico, ad Olymp. 94. Beda
bus: *ſub hoc rege, ait, videtur Eſther hiſtoria completa: ipſe quippe eſt, qui ab Hebr*
*rus, à 70. interpretibus Artaxerxes vocatur.* Conſentit Iſidorus, fauet S.
mus in cap. 4. Ezechielis, dum ſcribit: *Artaxerxes cognomento* ...
*riſatidis filius regnat annos 40. qui ab Hebrais Aſſuerus appellatur, ſub quo M*

*Eſther narratur hiſtoria.* Idem ſentit Pererius lib. 13. in Danielem cap. 11. Sigonius in Sulpitium, & Sulpitius ipſe, vt mox oſtendam. Torniellus ad annum m. 3651. numero 1. ait ſibi videri hanc hiſtoriam ſub nullo alio rege conuenientius poni poſſe, quam Longimano, vel Mnemone: deinde malle ſe Mnemonis temporibus adſcribere, quam Longimani. Quia Longimanus initio ſui principatus, non videtur 127. prouincias ſub poteſtate habuiſſe, præſertim ſi Iudithæ hiſtoriam ad Xerxem reducamus, quando multæ prouinciæ, ab imperio Perſarum deſciuerunt, Media ab Arphaxad, Aſſyria à Nabuchodonoſore occupata fuit. Adhæc mortuo Xerxe, inter filios eius, grauis orta eſt de regno contentio, neque cum Artabano difficultas. Quare, ait, non eſſe credendum, quod potuerit intra duos primos regni ſui annos recuperare tot & tantas prouincias, quæ tum à patre, tum à ſe defecerant, & regnare ab India vſque ad Æthiopiam, quemadmodum de marito Eſther diſertè traditur huius libri exordio, præſertim cum Aegyptij à Perſis defeciſſent, contra quos & Græcos, qui ſuppetias ijs ferebant, Longimanus bellum gerere coactus ſit. Denique tempore Longimani Eſdras & Nehemias claruerunt: mirum autem eſſet, eos Eſtheris tam illuſtris fœminæ, nullam ſuis actis mentionem inſeruiſſe, ſi eiuſdem regis coniux fuiſſet. Ergo veriſimile eſt, Eſtherem poſt Longimanum reginam fuiſſe.

13. Huius opinionis aſſertorem, quicquid aliqui dicant, exiſtimo fuiſſe Sulpitium: hic enim lib. 2. ſacræ hiſt. ſic ſcribit: *Artaxerxes regnauit annos vnum & quadraginta, Xerxes duobus menſibus, poſtque eum Sucdianus ſeptem menſibus fuit. Darius deinde, ſub quo templum eſt reſtitutum, regnum adeptus eſt, cui Ochus tunc nomen erat.* (Alij hunc Nothum indigitant.) Et paucis interiectis: *Per idem tempus Eſdras ſcriba legis, poſt 20. ferè annos, quam templum fuerat conſummatum, defuncto iam Dario, qui vnum de viginti annis rerum fuerat potitus, permiſſu Artaxerxis ſecundi, non illius, qui inter duos Xerxes fuit, ſed eius qui Dario Ocho* (Notho) *ſucceſſerat, Babylonia profectus, multique eum ſecuti Ieroſolymam peruenere.* Tum res geſtas Eſdræ ac Nehemiæ. Vrbiſque Ieroſolomytanæ inſtaurationem proſecutus, quæſtionem de tempore Eſtheris ponit, & tandem ait, ſibi videri hiſtoriam hanc adſcribendam ei *Artaxerxi, ſub quo Ieroſolyma eſt reſtituta.* Atqui hanc reſtitutam putat, ſub illo Artaxerxe, qui Darium Nothum annos 19. regno potitum excepit, qui omnium iudicio fuit Artaxerxes Mnemon. Ille verò Artaxerxes, quem inter duos Xerxes medium conſtituit, Sulpitius, & ſub quo negat Eſdram veniſſe Ieroſolymam, fuit Longimanus, filius Xerxis I. parens ſecundi. Rurſus ex opinione Sulpitij

*Idem ſenſit Sulpitius.*

marito Eſtheris ſucceſſit Artaxerxes Ochus, per annos 23. cùm ... bus Iudithæ hiſtoriam applicat. Ochum autem Mnemoni ſucceſſ... nes fatentur. Itaque meritò Serarius & Petauius Sulpitium iis an... qui Mnemoni Eſtherem connubio iungunt, quicquid aliqui in co... tantur.

*Sed dupli- ci ratione confutan- tur.*

14. Duo tamen obſtant, quo minus iis aſſiſtam, qui Mnemoni Eſtherem deſpondere volunt, quæ bene ponderant Bellarminus, ... Salianus. 1. Quod hoc modo liber Eſther apud Hebræos non eſſet Ca... 2. Quod ea, quæ Plutarchus de Mnemone tradit, Eſtheris coniugi ... ueniant. Scribit enim Ioſephus lib. 1. contra Appionem, Hebræis ... authenticos, eorum quinque à Moyſe conſcriptos. *A morte vero Moy... vſque ad Artaxerxem Perſarum regem, qui fuit poſt Xerxem, Prophetæ ſu... res geſtas conſcripſerunt, in tredecim libris. Reliqui verò quatuor, hymnos in De... humanæ præcepta noſcuntur continere. Ab Artaxerxe verò, vſque ad noſtra ... gula quidem conſcripta, non tamen priori fide ſimili ſunt habita, eo quo... certa ſucceßio Prophetarum.* In illis autem 22. libris recenſeri libe... tum ab Hebræis, tum à ſancto Hieronymo, in Prologo Galeato, ... dem Torniellus Ioſephum, tum in hoc, tum in eo erraſſe, quod ... Longimano tribuat: ego verò cauſam idoneam non reperio, cur ... tus error Ioſepho impingatur. Præterea Mnemon, teſte ... vxorem primùm habuit Statiram Idermis Perſæ filiam, ... ſibi iunctam, vt etiam ex Cteſia teſte oculato monet Serarius, ... Statira vixit, nunquam ab Aula, aut regio thoro excluſa fuit, ... ficio tandem extincta eſt, cum adhuc regina eſſet, rege ... admodum ægrè ferente. Duæ reliquæ Mnemonis vxores, ... liæ, ac proinde apud eum nec Vaſthi reginæ, nec Eſther Iudæ... peritur.

*Ad ratio- nes eorum. Reſp. 1.*

15. Argumentis pro hac opinione allatis ſatisfaciet, qui dixerit ... Græcis occupato, Nabuchodonoſorem victo Arphaxado Medos ... qua ſaltē ex parte ſibi ſubieciſſe; occiſo verò à Iuditha Holoferne, ... diſſipatis, facile in ordinem ab ipſo Xerxe redactum fuiſſe, tum M... quaſque prouincias, qua vi, qua terrore prius à Nabuchodonoſ... tas, ſine magno molimine ad ſupremi ſui principis obſequium re... vero, ſuſcitata ab Ægyptiis rebellio obſtabat, quo minus Artaxer... eos imperium, ius, ac priſtinos titulos retineret. Idem eſt, de aliis ... quæ tunc iugum Perſicum excutere moliebantur. *Quis enim neſci...* Salianus, *Reges etiam amiſſorum regnorum titulos retinere, ... bere contendunt? Sic Rex Angliæ ſe Regem Franciæ appellat, ...*

P. H. Phil ... Chron ... A 1 17

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

regem *Nauarræ, Dux Lotharingiæ regem Ieroſolymorum*. Sed neque Scriptura tradit. Aſſuerum mox ab initio ſui imperij pacificè omnes eas prouincias obtinuiſſe *Reſp.2.* *In diebus Aſſueri*, inquit, *qui regnauit ab India, vſque Æthiopiam ſuper centum viginti ſeptem prouincias: quando ſedit in ſolio regni ſui, Suſan ciuitas regni eius exordium fuit.* Quæ vera eſſe poſſunt, licet Aſſuerus, non ad ſui principatus initium, ſed poſtea regiones iſtas ſibi habuerit obſequentes.

16. Eſdras denique & Nehemias iure merito de Eſthere & Mardochæo *Reſp.3.* in ſuis libris ſiluerunt, quia abundè ad perpetuam vtriuſque memoriam poſteris tradendam, ſatis erat, quod ſingulari volumine virtus eorum celebraretur. Sic in libro Judicum nulla habetur mentio Ruthæ, nec in libris Regum Tobiæ, licet hic Ezechiæ; illa temporibus Judicum vixerit, quia proprijs voluminibus vtriuſque hiſtoria continetur.

17. Septimo loco occurrunt, qui Artaxerxi Ocho, pro Vaſthi, Eſtherem *Quidã putant Ochũ fuiſſe.* reginam offerunt. Serarius cap. 1. q. 3. Gordonus ann. m. 3643. & ſub finem cap. 14. Adrichomius ann. m. 3544. Quod probat Serarius 1. ex ipſo nomine Aſ- *Arg. 1.* ſuerus, quod à Græcis interpretibus Artaxerxes verti ſolet; quod etſi fateatur Longimano & Mnemoni aptè conuenire, ad neutrum tamen res ipſas, quæ hic narrantur, quadrare, & eam ob rem ad Ochum tandem recurrendum exi- *Arg. 2.* ſtimat. Probat 2. ex huius lib. cap. 16. v. 14. vbi Aſſuerus ait, Amanem cogitaſſe, *ut regnum Perſarum transferret ad Macedonas*. Vnde conijcit Serarius Eſtheris hi- *Confirmãt* ſtoriam, Macedonum Monarchiæ, ſiue Alexandri temporibus fuiſſe proximam, quando Macedonum vires Perſarum regibus iam erant ſuſpectæ. Confirmat ex Ioſepho, qui poſt narrationem de Eſthere, vſque ad Alexandri tempora vix quicquam tradit, quod ad Iudæorum rempublicam pertineat. Idem videmus in Gorionidis editione tam Baſileenſi, quam Cracouienſi. Mirum autem foret, in gente Iudæorum, tot annis nihil memoratu dignum accidiſſe.

18. Hæc Chronographia non videtur congruere, cum ea doctrina, quam *Non fuit* tradit S. Auguſtinus lib. 18. ciuit. cap. 36. vbi, *poſt hos tres Prophetas*, ait, *Aggæum*, *Ochus.* *Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica ſeruitute, ſcripſit etiam Eſdras, qui magis rerum geſtarum ſcriptor eſt habitus, quàm Propheta, ſicuti eſt liber, qui appellatur Heſter, cuius res geſta in laudem Dei, non longè ab his temporibus inuenitur.* Nam Eſdras Ieroſolymam venit, anno 7. Artaxerxis Longimani, vnde vſque ad annum 12. Ochi, quo huius opinionis Aſſertores Amanem extremo ſupplicio affectum volunt, anni plures 100. abierunt: ab anno autem ſecundo Darij, quo Zacharia & Aggæo vaticinantibus templum reſtauratum eſt, vſque ad eundem annum Ochi 12. ſunt anni ferè 170. Ex eo etiam capite minus placet hæc opinio, quod paucorum recentiorum placito nixa, antiquorum patrocinio deſtituta ſit.

 19. Pri-

P. H. Phil
Chron
vet: Test
A 1
17



19. *Primam rationem* Serarij, non eſſe efficacem paulo poſt
*Ad 1.* reſoluentur ea, quibus Eſtherem à Longimano abſtrahere conan-
*Ad 2.* *dam* reſpondet Salianus num. 7. Aſſuerum illo cap. 16. non indicare
fuiſſe Macedonum potentiam, vt cum Perſis de imperio contenderet;
trà potiùs, voluiſſe Amanem, gentem ſuam tam obſcuram, & ignobilem
lato imperio nobilitare, ſicut Cyrus tranſlata à Medis ad ſe Monarchia
illuſtrarat. Petauius autem cenſet hîc nomen Macedonum latè ſumi
grinis & occidentalibus, ſicut vulgo apud Indos nomen Hiſpanorum
libet Chriſtianos, & apud nos Indi vocabulum, ad eos populos, qui
ſunt de Indorum numero transfundi ſolet. Denique mirum quidem
temporis ſpatio, nihil ſingulare de Iudæis antiquos in ſcripta rela-
idcirco falſa ſunt, quæ à pluribus, tum priſcis, tum huius æui ſcrip-
Eſtheris & Longimani connubio celebrantur.

*Concluſio. Fuit Longimanus.* 20. Vltima opinio, quam vt probabiliorem cæteris antepono,
Longimano adiudicat. Eſt quorundam antiquorum apud Euſeb. in C
ſephi lib. 11. Antiq. cap. 6. Nicephori Conſt. in Chron. Bellarmini de
lib. 1. cap. 7. Sabellici Enn. 3. lib. 3. Ludouici Viues in lib. 18. de ciuit.
dæ, & vt Serarius ſibi videri fatetur Ruperti de Victoria verbi Dei
quibus ſubſcribunt Petauius l. c. Menochius hîc, Salianus ann. m.
& 8. *Nam & nomen*, inquit, *conuenit, & beneuolentia in Iudæos, & vnri*
*regni amplitudo, & commoratio in Perſide, & regni diuturnitas, & ſimilia*
*ſi quæ ſunt alia, quæ vt ſingula ſingulis ferè conueniunt, huic conueniunt*

*Corollaria 2.* 21. Hinc ratio facile redditur 1. cur Nehemias pincerna regis
rit, ope nimirum Eſtheris reginæ atque Mardochæi, qui & Hebræis
præfectus erat. 2. quomodo liber Eſthèr inter Canonicos ab Heb
tur: quia Eſdræ, & Nehemiæ tempore conſcriptus eſt, iuxta ea quæ
14. notabam. Non eſt enim quod Ioſephum vtroque loco hallucina-
mus, vbi de authenticis Iudæorum libris contra Appionem & de
pore in Antiquitatibus egit.

*Obiectio 1.* 22. Obijciunt nonnulli 1. Si Longimano imperante, Eſther
quînam fieri potuit, vt hoſtes Iudæorum Eſdræ & Nehemiæ con-
ſterent, Vrbiſque reſtauratione impedirent? non ignari quanta in
quanta in auctoritate apud regem eſſet Mardochæus, quorum
ginta millia hominum de Iudæorum inimicis occiſa fuerant, Eſther
*Obiect. 2.* 2. Cur non Regina potius, vel Mardochæus quàm Nehemias
*Obiect. 3.* dæ facultatem à Longimano petijt? 3. Longimanus mitis adm
mens erat, adeo vt legum quarundam de principum noxis aſper
ma caſtigatione leniret. Ex. ca. cuius corpus verberandum eſſet,

gillati, cuius radendus capillus, huic tiaram ſolum deponi iubebat. Aſſuerus
autem Eſtheris quam facile in totius Hebrææ gentis internecionem conſenſit?
quam prompte Amanum principem ſibi familiariſſimum patibulo addixit?
quam ſubitò *in Perſarum ſuorum ſanguinem & fortunas poteſtatem Iudæis conceßit?*
argumentatur Serarius. 4. Euſebius in Chronico agens de Artaxerxe Longimano: *ea,* inquit, *quæ de Eſther, & Mardochæo ſcripta ſunt, quidam affirmant, ſub hoc*
*geſta, quod ego non puto. Nunquam enim Eſdras de Eſther ſiluiſſet, qui ſcribit hoc*
*tempore Eſdram, & Nehemiam reuerſos ex Babylone.* Obiect. 4.

23. Hæc & alia id genus argumenta bene ſoluit Salianus. Sicuti neque tiaram Eſtheris, neque Mardochæi auctoritatem ignorabant hoſtes vicini Iudæorum; ita nec eos latebat Eſdram edictum, Nehemiam *epiſtolas ad Duces regionis trans flumen,* ab rege obtinuiſſe, quibus non ſolum Vrbis reparandæ poteſtas fiebat, ſed etiam opportunum ad id ſubſidium præbebatur. 2. Eſdræ 2. v. 7. Nihilominus remoram inijciebant operi, ita tamen, vt ex præſumpta regis voluntate, id facere viderentur, cauſam ſui facti prætendentes, famam, qua Iudæi rebellionem cudere ferebantur, & Nehemias regiam affectare dignitatem. 2. Eſdræ 6. v. 6. Sic neque regis mandato, neque reginæ aut Mardochæi votis, nisi tem ſpecie tenus reſiſtere ſe profitebantur. Ad 1.

24. At neque cauſæ deerant, cur Nehemias de Vrbe reparanda Regi ſupplicaret, vna eſſe poterat, vt Eſther & Mardochæus prius per Nehemiam regis animum pertentarent, deinde vero idoneas rationes inirent, quibus tanti momenti negotium ritè conficeretur. Certè reginam huius rei conſciam fuiſſe, indicat Nehemias cap. 2. v. 6. dum hæc refert: *dixitq́, mihi rex & regina quæ ſedebat iuxta eum: vſque ad quod tempus erit iter tuum?* Ad 2.

25. Ad tertiam obiectionem reſpondet Salianus, omnes Perſarum principes ferè auſteriores fuiſſe natura, etiam vſque ad mulieres; nec tamen deeſſe in Artaxerxe ſeueritatis exempla, nec in Aſſuero manſuetudinis. Longimanus, fateor, in iſtam gentis Hebrææ necem conſenſit quidem, ſed circumuentus Amani technis, quibus perſuaſerat gentem illam ſceleratam & imperio noxiã eſſe. Fraude detecta iuſtas in Amanum iras concepit, & pœnas decreuit, etſi more præter fas & morem ſuum, eas in filios eius extenderit. Credibile autem eſt, Mardochæum & Eſtherem dediſſe operam, vt Iudæi ita in ſuos hoſtes arma conuerterent, vt nullum innocentem peterent, ſicut ab omnium fortunis manum abſtinuerunt, idque regi futurum perſuaſiſſe, aliàs tantam cladem non permiſſuro. Deníque Euſebium alia opinione imbutum fuiſſe non inficior: Ad 3.
quanti verò ponderis ſit ratio, quam adducit, ex iam dictis
num. 16. colligi poteſt. Ad 4.

* * *

ESTHER

## ESTHER I. v.3.

*Tertio igitur anno imperij ſui fecit grande conuiuium.*

SEthus Caluiſius in ſua Chronologia 1.edit. anno 3.Xerxis, ante C Epocham 483 cyclo Solis 3.Lunæ 13.hoc conuiuium celebratum tertia verò editione anno vno citiùs. Cuius doctrinæ non aſſentior Eſtherem ad Xerxis imperium referrem. Hunc enim exiſtimo parum

*Error Caluiſii.*

fiſſe anno ante Chriſti æram 485.anno verò 483. aperiri tertium Xerxis 271.& 2.Olymp.74.Errat ergo in 3.editione, *primò* quod initium Xerxis num ante Chriſti æram 486.reuocet, *ſecundò*, quod anno ante Chr cham 484.cyclo Solis 2.Xerxis tertium, Vrbis 269.auſpicetur. Ego

*Quando exhibitum hoc conuiuium.*

no hoc conuiuium habitum arbitror, anno ante Chriſt.462.Olymp Petauius anno præcedenti, idque probabile eſt.

## ESTHER II. v.16.

*Quando id geſtum.*

1. D*Vcta eſt itaque ad cubiculum regis Aſſueri menſe decimo, qui vocatur T ſeptimo regni eius.* Hoc incidit in annum ante Chriſti epocham notat Petauius lib.12.cap.39.& Salianus ann.m.3596.num.42.in menſis Tebeth initium, qui inijt, vt puto, circa diem 28. noſtri Decem fortè acciderit, vt annus iſte Iudæis eſſet Embolymæus.

2. Caluiſius in 1.editione hoc inſcribit anno ſuo ante Chriſtum tertia vero, anno 480. Eſther, inquit, in thalamum regis Xerxis re ſe 10, ſiue menſe Tebeth, qui incipit die 24.Decembris feria 6. 7.regni Xerxis. Hi ſunt characteres anni ante Chriſti æram 48 cyclus Lunæ 14.Solis 4.Ex quibus apparet huius auctoris inconſtan eandē diuerſis annis adſcribit. Nec eſt, quod dicat ſaniora eſſe poſter lia: annus enim ille quem in tertia editione ſeptimum vocat, tus, vt ex ſerie Chronologiæ ipſius apparet, nec rationem vllam ferre poteſt, cur annum tertium, quo celebratum eſt conuiuium, mum quo decreta fuit Iudæorum cædes à morte Darij; ſeptimum gijs nuptijs feſtiuum ab altiori principio deducat. Taceo eum di giſtro ſuo Scaligero, qui hoc coniugium differt ad finem anni ſeptim

*Græcus textus cū Latino cōciliatur.*

3. Habent hoc loco Græca exemplaria Eſtherem adductam menſe 12.ſeptimi anni; quia nimirum ad regem menſe decimo cubina venerat, vt habent Latina & Hebræa: menſe autem 12. vt eſt in Græco. Quod bene aduertit Serarius hic q.4. & indica lib.11.Antiq.cap.6. dum ſcribit: perducta vero Eſthere, delectatus ſuetudine, & amore correptus legitimam coniugem ſibi adiunxit,

celebrauit, anno regni ſui ſeptimo, menſe duodecimo, qui Adar dicitur. Huius autem menſis Neomenia non procul à 24. Februarij abfuit, ann. ante Chr. 457.

---

## ESTHER III. v. 7. 12. 13.

VErſ. 7. *Menſe primo, (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri miſſa eſt ſors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici, & exiuit menſis duodecimus, qui vocatur Adar.* Anno ante Chr. 453. labente aperitur mihi annus duodecimus Longimani, quo fit vt ad eundem annum duodecimum ſpectet menſis Niſan, qui inijt anno conſequenti, nempe ante Chr. 452. iuxta ea, quæ ad cap. 1. & 2. Nehemiæ notaui. Itaque primus iſte menſis cœpit anno ante Chriſti æram 452. ſub finem Martij, aut Aprilis initium, cyclo Solis ac Lunæ 6. menſis autem duodecimus cuius hic fit mentio, incidit in annum ante Chr. 451. circa 18. Febr. *Quoto anno ante Chr.*

Verſ. 12. *Vocatiq; ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, tertia decima die eiuſdem menſis, & ſcriptum eſt, vt dixerat Aman.* Ita habent Latina, Hebraica, Græca: dies autem illa 13. Niſan haud longe aberat, à 12. Aprilis ann. ante Chr. 452. *Ann. ante Chr. 452.*

Verſ. 13. *Vno die, hoc eſt, tertio decimo menſis duodecimi.* Hebræus cum Latino congruit: Græcus autem nullam diei 13. mentionem facit. Menſis iſte 12. illuxit circa diem 18. Februarij, anno ante Chr. 451. ſic tertiadecima eiuſdem accedebat ad ſecundam Martij Iuliani illis temporibus accommodati. *Ann. ante Chr. 451.*

---

## ESTHER VIII. v. 9. & 12.

VErſ. 9. *Accitiſq; ſcribis & librarijs regis, (erat autem tẽpus tertij menſis, qui appellatur Siban) vigeſima & tertia die illius,* ſcriptæ ſunt *epiſtolæ, vt Mardochæus voluerat.* Ita habent cum Latinis, Hebræa, & Chaldaica, anno nempe ante Chr. 452. quando tertius menſis Iudaicus oriebatur circa diem 29. Maij, & viceſima tertia Siuan, parum aut nihil à 20. Iunij remota erat. Græca hic pro tertio menſe primum exhibent: an quia menſe primo primi curſores, in prouincias remotiores, vltimi vero in viciniores tertio tandem menſe expediti fuerunt? Hoc nempe negotium primo menſe inchoatum tertio expeditum eſt, vt inſinuat Serarius Eſther 9. q. 29. Salianus an. m. 3601. num. 48. *Hoc menſe 1. inceptũ 3 finitum.*

Verſ. 12. *Et conſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt, tertia decima menſis duodecimi Adar.* Conſentiunt Hebræa & Græca. Vltio hæc iuxta mea ratiocinia, deſtinabatur in annum ante Chr. 451. quo 1. dies Adar præter propter à 18. Februarij incurrebat.

P.
H. Phil
Chron
A 1
17



## ESTHER XI. v.1.&2.

*Philometore.*

VErſ.1. *Anno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra.* Cùm nolle
lemæo Philometori & Euergetæ, ſed etiam Epiphani, vxorem
patra fuerit, merito quiſpiam dubitauerit, quiſnam iſtorum
telligendus ſit? Philometorem regem Ægypti ab Alexandro Ma
interpretatur Pererius lib.13 in Dan. quem laudat & ſequitur Sal
3602.numer.13. idque probabiliter ex Ioſepho colligunt, quib
pionem, *Philometor,* ait, *Ptolemæus, & eius vxor Cleopatra, omne regnum*
*Iudæis, & duces totius ferè militiæ Onias & Doſitheus Iudæi* &c. Annus qu
Philometoris Saliano incidit in annum ante Christi æram 17
anno 177.

Verſ.2. *Anno ſecundo regnante Artaxerxe maximo, prima die Niſan,*
*Mardochæus.* Idem habent Græca cap.1.v.1. Hæc autem contigerunt
bitror ante Chriſt.462.circa diem 22.Martij quæ tunc in feriam 6.
Solis 24.lit.Dom.F.cyclo Lunæ 15.Epacta 9.

## ESTHER XIII. v.6.

*Quia in diem 13. cædes erat deſtinata.*

N*Vlluſque eorum miſereatur quarta decima die duodecimi menſis Adar*
*tis.* Hanc 14. diem exprimunt Græca, dum hanc Regis ep
runt cap.3. at alibi paſſim in hoc libro, dies 13. Iudæorum neci
in Latinis, Hebraicis, Græcis, Chaldaicis, & apud Ioſeph.11. Anti
Artaxerxis edictum recenſet. Quod ita explicat Serarius cap.3.q
tur: *nullus miſereatur eorum 14.die,* hoc eſt, ita pridie cæſi fundit
vt cuius miſereri liceat, nullus die 14. ſuperſit, quam explicationem
Salianus ann.m.3601.num.9.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN PROPHETIAM ISA

## CAPVT I. v.1.

*Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem, in diebus*
*Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVÆSTIO I.

### *Quamdiu vaticinatus ſit Iſaias.*

*Status q. explicatur.*

OZias, qui & Azarias, regnare cœpit, vt reor, anno ante æram Chriſti 812. regnauitque annos Chronologicos 52, Ioatham 16. Achaz 15. Ezechias 29. ex quibus colliguntur anni 112. qui ſi tollantur de 812. relinquent annum ante Chriſti Epocham 700. quando ex meis ratiocinijs, Manaſſes Ezechiæ ſucceſſit. Non toto tamen annorum 112. interuallo vaticinatus eſt Iſaias: ſiquidem ab enthroniſmo Oziæ, ſuas prophetias non eſt auſpicatus, vt inter omnes conſtat. ſed quæri ſolet, quoto anno regni Oziæ id fecerit.

*Quando cœperit Iſaias prophetare variæ opiniones.*

2. Bellarmin. de Script. Eccl. in Iſaia ex S. Hieronymo in cap. 1. Oſee, & Euſebio in Chronico, in communi notat, Oſee ante Iſaiam prophetaſſe, ſub Ozia, & proinde Iſaiam non cępiſſe ab initio regni Oziæ prophetæ munus exercere: Cornelius verò in Harmonia Chronologica, quam commentarijs in Iſaiam præfixit, in ſpecie hæc notat. *Iſaias, ſi credimus Euſebio, præcisè cœpit prophetare ann. 17. Oziæ.* Quod tamen in dubium reuocat Caſpar Sanctius, negatque id apertè ex Euſebio, vel aliunde conſtare. Euſebius enim, dum Oſee, & Iſaiam in illum annum 17. conijcit, nihil aliud forte intendit, quàm illos tempore Oziæ claruiſſe, aut vnum ex illis aliquem prophetiæ initium dediſſe: id autem omnium primo Oſee tribuitur, & initio ſuæ prophetiæ indicaſſe videtur, cum cecinit: *Principiū loquendi Domino in Oſee.* Neque occurrit ratio, cur Oſee ante illum annum 17. Vatis functiones obiuiſſe, aut eodem anno plures prophetas vaticinari cœpiſſe dicamus. Imo cum Oſeas ſe vaticinatum ſub Ieroboam rege Iſrael moneat; huius autem regis nulla apud Iſaiam fiat mentio: ſuſpicari poſſumus, Oſeam eo tempore oracula edidiſſe, quo Ozias Iudæis, Ieroboam Iſraelitis imperabat, Iſaiam vero regnante quidem Ozia, ſed Ieroboamo iam vita functo ad prophetandum acceſſiſſe, vt inſinuat Bellarminus, diſerteque aſſerit Torniellus ad an. m. 3253. num. 2. Salianus an. 3255. num. 1. ad annum Oziæ trigeſimum.

3. Imò Gordonus ad annum vltimum Oziæ, prima Iſaiæ vaticinia differre videtur, vbi: *Iſaias*, ait, *prophetat hinc, vſque ad Manaſſen, à quo ſerra diſſectus eſt,* & clarius Caſpar Sanctius Iſaiæ 6. numer. 29. & 30. tradit Iſaiam primum prophetaſſe, non quidem Ozia mortuo, ſed eo anno, quo Ozias exceſſit, adeo, vt ſi temporis ordinem ſpectes, initium prophetiarum Iſaiæ, ab ea viſione, quæ cap. 6. deſcribitur ſumendum ſit: ea verò, quæ primis quinque capitulis continentur, poſt illuſtrem illam viſionem prædicta fuerint. Cuius interpretationis patronos laudat S. Hieron. & Carthuſianū, affertq; rationem, quia Iſaias cap. 1. Optimates Hebræorū, vocat Sodomorū principes. Deinde alia quæ ante c. 6.

notata ſunt, prophetiæ libertatis plena, ab alijs quam inflammati
videntur oriri potuiſſe.

*Pulchra ſupputatio S. Hieron.*

4. Verum, vt ab vltimo incipiam, ſi auctoritate S. Hieronymi
oracula quinque primis capitibus conſignata ad Oziæ tempora
ſio autem Dei excelſo in ſolio reſidentis, ad Ioatham: ſic enim S. D
lib. 3. in Iſaiam ſcribit: *Sub quatuor regibus prophetaſſe Iſaiam ſuper
lem, primæ viſionis titulo demonſtratum eſt, id eſt, ſub Ozia, Ioatham,
Mortuo ergo Ozia, ſub quo dicta ſunt vniuerſa, quæ ſupra exposuimus,
Ioatham, qui regnauit annis 16. & fecit rectum in conſpectu Domini,
ædificauit excelſam. Quo imperante vidit Iſaias ſedentem Dominum ſup
ſum & eleuatum vt habitum regnantis oſtenderet.* Eadem inculcat
quem ſequitur Hector Pintus Iſaiæ 7. & Torniellus ad ann.
tradunt Iſaiam regnante Ozia, ea prophetaſſe, quæ primis quinque
prophetiæ eius conſcripta ſunt: quæ vero ſexto capite traduntur,
Ioatham: quæ cap. 7. ac etiam fortè octauo, in diebus Achaz
finem prophetiæ, temporibus Ezechiæ prænunciata eſſe.

*Vnde tãtus feruor in Iſaia.*

5. Libertas & verborum energia, quæ primo capite ſe prodit,
ſpiritus feruore procedere potuit, antequam ignito calculo Iſaiæ
rentur. Neque verò calculus iſte ori illius admouebatur, quod
prophetiæ infunderetur; vt expiaretur id, quod tacendo admiſe
cant illa verba: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua,
tuum mundabitur.* Iſa. 6. v. 7. id eſt, mundaberis à peccato, vt ibidem
terpretatur.

*Non cœpit à cap. 6.*

6. Exiſtimo itaque *primò*, viſionem cap. 7. deſcriptam, non
omnia illa, quæ præcedentibus capitibus habentur. Huius
habeo non ſolum paulo ante laudatos S. Hieronymum, Bellarmin
tum, Gordonum, Torniellum, Salianum, & Cornelium in Harmo
nologica: ſed etiam S. Gregorium hom. 14. in Ezechielem
*Ozias rex ſuperbus moritur, Dominus videtur: quia cum mundi
rio mentis occiditur, tunc ipſa mens Dei gloriam contemplatur.* Vide nota
v. 1. num. 3.

*Neq; ante 17. Oziæ.*

7. Exiſtimo 2. Iſaiam ante annum 17. Oziæ non edidiſſe
non ſit ratio, quæ id ſuadeat; imo hoc conceſſo, vita longior
ſignanda foret. Siquidem ab anno 17. Oziæ, vſque ad primo
anni circiter 96. numerantur. Quoto autem Oziæ anno cœpe
ri, ambigo; etſi valde probabile mihi videatur, cum non
boamo cœpiſſe. Vltimum autem annum regni & vitæ Ierobo
ziæ compono.

*Obiectio.*

8. Dices: quomodo temporibus Oziæ, quando Iudæi nihil aduerſi patiebantur, conuenire poſſunt obiurgationes quibus in eos primis capitibus Vates inuehitur? qualis eſt iſta cap. 1. verſ. 5. 6. 7. *Super quo* percutiam vos vltra addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata nec curata medicamine, nec fota oleo. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni, &c. Reſp. his prophetam alludere ad Ioas & Amaſiæ tempora, quorum ille auus, hic Ioſiæ parens fuit, vterque impius, & idololatriæ vitio infamis, & à ſuis interfectus. Sub Ioaſo, per Syros populo Iudaico plagæ graues inflictæ ſunt, 4 Reg. 12. v. 17. & 20. Sub Amaſia vulneribus needum ſanatis noua vulnera addiderunt Iſraelitæ, vt latè deſcribitur 4. Reg. 14. verſu 12. *Percuſſuſque eſt Iuda coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in tabernacula ſua, Amaſiam vero regem Iuda filium Ioas, filij Ochoziæ cepit Ioas rex Iſrael in Bethſames oppido Iudæ, & adduxit eum in Ieruſalem, & interrupit murum Ieruſalem, à porta Ephraim, vſque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum & argentum, & vniuerſa vaſa, quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris regis, & obſides & reuerſus eſt in Samariam.* Et infra de Amaſia rege Iuda, v. 19. *Factaque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem, at ille fugit in Lachis. Miſeruntque in Lachis, & interfecerunt ibi.*

*Reſp. ad Ioas & Amaſiam alludit. cap. 1.*

*Calamitates regnĩ Iudæ.*

9. Regnante Ozia, cum mortuus eſſet Ieroboam rex Iſrael, non niſi interiecto annorum circiter 12. interuallo, ſucceſſit Ieroboamo parenti ſuo Zacharias, quem ſex menſes regno potitum interfecit Sellum filius Iabes. Hunc regni inuaſorem, poſt menſem dierum trucidat Manahem, qui inter cætera regum parricidijs annecti ſolita, *tunc percuſſit Thapſam & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Therſa: noluerunt enim aperire ei, & interfecit omnes prægnantes eius, & ſcidit eas.* 4 Reg. 15. v. 16. Idem ad regnum ſibi ſtabiliendum aduocauit Phul Aſſyrium, ingenti totius Iſraelitidis damno, ibid. v. 19. & 20. Exacto regni decennio, filiũ quidem hæredem principatus reliquit, ſed hunc poſt biennium regno & vita ſpoliauit Phacee, anno 52. Oziæ. Quæ tempeſtas vicinum Iudæ regnum afflauit, cuius vulnera ſi curata fuiſſent, Ozias tot occaſiones decem tribus ad ſceptrum Dauidicum reducendi minimè neglexiſſet. Vide ſi placet alias illius loci interpretationes apud Cornelium Iſa. 1. v. 5. & alios ibidem: ex quibus intellectu facile eſt, ea quæ Iudæis à Propheta obijciuntur, vltimis Oziæ annis non incommodè occini potuiſſe.

*Miſer ſtatus Iſrael & Iudæ ſub Ozia.*

10. Solet quidem Scriptura diuina maximè in Prophetis temporis ordinem negligere, ita vt Prophetia, quæ prius contigit, poſterius deſcribatur, & è contrario; vt monet S. Hieronymus ad cap. 25. Ieremiæ, initio; *non enim*, inquit, *curæ erat Prophetiæ tempora conſeruare, quæ hiſtoriæ leges deſiderant, ſed ſcribere vtcumque*

*Notanda de ordine temporis.*

*audientibus, atque lecturis vtile nouerant. Vnde & in Pſalterio malè quidem*
*hiſtoriæ pſalmorum requirunt ordinem*. Hanc regulam diſertè approbat
retus in cap. 21. Ieremiæ, cuius verba ibidem referam. Et in Ezechie
ad illa verba: *Et factum eſt, in vndecimo anno*. Hoc loquendi genus, ait,
miam quoque Prophetam reperitur: etenim ille ſparſim apponit
priore loco poſitis, quæ regnante Sedecia geſta ſunt, qui poſtremu
rurſum quæ ad Ioakim pertinēt recenſet. Conſentiūt Hugo & Lyra
25. Caſtrius Iſagoge in Ierem, cap. 3. Dionyſius Ierem. 25. Cornelius
nus ad annum m. 3340. num. 27. & alij paſſim. Proleples tamen,
arbitrio, non ſunt excogitandæ, neque abſque efficaci probatione
dum audiui) conceſſerim prima quinque Iſaiæ capita, cum omnibus
bus, ordine temporis ſexto capiti poſtponenda. Eſto nonnullæ partic
tan inſerantur, quæ ad Achaz vel Ezechiæ tempora ſpectent. Solum
planiorem videri eorum interpretationem, qui hunc Euangelicum
tam, annis ſaltem pauculis ſub Ozia propheta ſſe autumant.

*Iſaias ſub Manaſſe ſerra diſſectus.*

11. Iſaiam vſque ad Manaſſæ regnum vitam produxiſſe, illiuſque
emptum, conſtans eſt auctorum ſententia, quam adſtruit Martyr.
Rom. quo pridie Nonas Iulij hæc pronunciantur: *In Iudæa S. Iſaiæ Pro*
*ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes occubuit*. S. Hieronymus tum alibi,
cem lib. 15. in Iſaiam aſſerit, hanc eſſe certiſſimam apud Hebræos
atque à plurimis Chriſtianorum receptam. Idem tradit Tertullianus
tra Marcionem, S. Epiphanius tomo 2. de vita & morte Propheta
rus de vita & morte Sanctorum, cap. 37. S. Auguſtinus lib. 18. ciuit.
ſti Siculi & alij veteres, quibus magno conſenſu ſubſcribunt rece
Bellarminus, Gordonus, Torniellus, Sanctius, Cornelius, &c.

12. Cur igitur huius prophetiæ exordium Manaſſæ nomen retice
rex ſceleratus exprimi non meruit? An quia exiguo, & quaſi nullo
illo prophetauit Iſaias? Hæ cauſæ graues mihi non videntur, nam &
hic nominatur, fuit robuſtæ improbitatis, & nonnulli auctores
tantum Oziæ anno vaticinatum putant. Quamobrem, crediderim
ſuppreſſum Manaſſæ nomen, quod nullum eorum, quæ in volumine
ta ſunt, oraculum ſub Manaſſe Vates ediderit: licet nec populi
guere, nec regem ipſum officij commonefacere deſtiterit.

*Liber eius vltra 96. annos non excurrit.*

13. Ex dictis colligo 1. Prophetias hoc Iſaiæ libro contentas,
vltra 96. annos: plures enim à decimoſeptimo Oziæ, vſque ad Manaſſ
parum non effluxerunt. 2. Ex eorum ratiocinijs, qui has propheti
poſtremo Azariæ deducunt, non produci vltra annos 61. quorum
rit, partim Oziæ, partim Ioatham. 3. Si rationes ad calculos exa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Non conſtat quamdiu prophetarit.*

tur, non conſtare, quot annorum vaticinia hic liber complectatur: cum dubium ſit, quoto anno regni Oziæ primum, quoto Ezechiæ vltimum fuerit pronunciatum. Illud certum atque indubitatum eſt Iſaiam diu vixiſſe, eiuſque tempore, admiranda quædam in Orbe contigiſſe, quæ ad annos expanſos Oziæ breuiter annotaui.

---

ISAIÆ VI. v. I.

*IN anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum &c. & clamabant alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum.*

## QVÆSTIO II.

## *Vtrum viuo Ozia hoc vaticinium editum fuerit.*

*Non quãdo in leprã incidit.*

1. ETſi Chaldæus hic inſinuet, & Rabbi Salomon apud Lyranum aſſerat hæc accidiſſe eo anno, quo Ozias quaſi ciuiliter mortuus, ob lepram à communi hominum conſortio ſeparatus eſt: communis tamen & vera interpretatio hunc locum exponit de morte naturali, quam obijt Ozias anno regni ſui 52. ante æram Chriſti, vt ſupputo 760. ab Orbe creato 3281. à diluuio 1625. Nati Abrahæ 1243. ab Exodo 738. Templi fundati 259. Regni Iſrael 222. Olymp. 5. anno 1. inſtante vel ineunte Vrbe necdum condita. Cornelius verò ex ea tabula, quam vt probabilem Geneſi præfixit, inſcribit hoc vaticinium anno m. 3156. ante Chr. 814. Torniellus anno m. 3278. à diluuio 1622. à Templo fundato 256. Regni Iſraelis 219. Olymp. 1 anno 1. Salianus vnico anno Torniellum præuertit, additque hunc annum fuiſſe ante æram Chriſti 777.

*An ſub Ozia.*

2. Superſtite adhuc Ozia, hanc viſionem S. Vati obtigiſſe putat Sanctius vt q. præced. monebam, cuius ſententiam approbare videtur Salianus an. m. 3277. num. 3. incertum eſſe ait Cornelius hic v. 1. Quod verum eſto. Si Scripturæ verba penſemus, quibus Latinè, Hebraicè, Græcè, ſimpliciter hæc viſio tribuitur *anno quo mortuus eſt rex Ozias.*

*Concluſio ſub Iotham.*

3. Malo tamen eorum ſententiæ ſubſcribere, qui poſt Oziæ mortem hoc vaticinium differunt: quod apertè docet S. Hieronymus q. præc. num. 4. relatus, & epiſt. 142. ad Damaſum. *Leproſo rege*, ait, *& quantum in ſe eſt, ſacerdotium diſſipante, Iſaias viſionem videre non potuit.* In eandem interpretationem conſpirant S. Chryſoſtomus, Procopius, Gloſſa Ordinaria in hunc locum. Origenes hom. 1. in cap. 2. Iudicum, Pintus, Torniellus locis paulo antè indicatis. Accedit Salianus, an. m. 3290. n. 1. qui diſertè affirmat totum caput ſextum Iſaiæ ad Ioathamũ pertinere, nec poſſe omnia, quæ primis quinq; capitibus Iſaias conſcripſit,

ad

P. H. Phil
Chron
Vet: Test
A 1
17



ad vltimum Oziæ annum referri: Siquidem anno Oziæ 50. num. 1.
de pace, quâ tunc Iudæi fruebantur hæc ſubnectit: *Sed cum pacem,*
*dantiam, vt aſſolet, multa magnaque pe…a comitabantur. Itaque ſuſcitauit*
*tempore, mortuo iam Ieroboamo, Iſaiam Prophetam omnibus nominibus*
*peccata populi grauiſſima oratione caſtigaret. Audite cœli, & auribus percipe*
ſi hæc Viſio ſub Ozia accidit; neſcio quid in hoc libro aſſignari poſ
te Ioathamo ab Iſaia prædictum.

*Quamdiu ſiluerit Iſaias.*

4. At neque antiqui patres docent, toto tempore regni Oziæ
tacuiſſe; ſed ſolum ex quo Sacerdotij munus ſibi arrogans in lepram
ciderat, vt exprimit S. Hieronymus: non enim ignorabant cæteri, q
bri exordio tradit Iſaias. Neque dicendum eſt, nihil in regno Ioath
natum fuiſſe Iſaiam: hoc enim, *non bene conſentit*, *cum primus vel*
*prophetaſſe ſcribitur ſub Ozia, Ioatham, Achaz, Ezechia*, vt ait Sanctius

---

## ISAIAE VII. v. 1.

1. **E**T *factum eſt in diebus Achaz, filij Ioatham, filij Oziæ regis Iuda, aſc*
*Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalem ad præliandum*

*Initiū regni Achaz.*

*non potuerunt debellare eam.* Achaz Ioathamo parenti ſucceſſit, cum
iam decimo ſeptimo in Iſraelitide imperaret, 4. Reg. 16. v. 1. anno
Chriſti æram 744. quo iniit primus Olymp. 9 & 18. Phacee, qui
datus eſt, anno 10. quàm Ioatham regnare cœperat, 4. Reg. 15. v.
no 4. Achaz, vt ſuis locis indicaui.

*Quando Raſin & Phacee cōſpirarūt*

2. Videtur hæc conſpiratio Raſin & Phacee contra Iudæam
Ioatham coaluiſſe, ſub Achaz verò inualuiſſe. Dicitur enim 4. Reg
*diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Raſin Regem Syriæ & Phacee*
Mox ſubijcitur obitus Ioatham, & ſtatim initio cap. 16. enthron
ac deinceps eiuſdem improbitas: tum v. 5. *Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ*
*filius Romeliæ rex Iſraël in Ieruſalem ad præliandum: cumque obſiderent Achaz*
*runt ſuperare eum.*

*Corollarium 1.*

3. Hinc colligo *primo* ab ea viſione, quæ cap. 6. refertur, vſque
deſcribuntur, præteriiſſe annos vt minimum 16. quibus inter Oz
regnauit Ioathamus; vt ſummum autem 20 computari poſſe; q
ſimo ab enthroniſmo Ioathami Phacee interijt. *Secundò*, hæc ge
2, aut 3, aut denique 4. Achaz non abſoluto: tunc enim Phacee occ

*Corollar. 2. Quando euerſum Iſraelis regnum.*

## ISAIAE VII. v. 8.

*Et adhuc ſexaginta & quinque anni & deſinet Ephraim eſſe populus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVAESTIO III.

### *Vnde hi 65. anni computandi ſint.*

1. NOmine Ephraim intelligitur regnum Iſrael, ſiue 10. tribus, quæ relicto Roboamo Salomonis filio, primum regem ſibi elegerunt Ieroboam de tribu Ephraim. Euerſum eſt autem hoc regnum anno 6. Ezechiæ, quo *capta eſt Samaria, & tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios, collocauitque eos in Hala & Habor* &c. 4. Reg. 18. v. 10. & 11. Tunc Ephraim deſijt eſſe populus, vt fert communis ſententia. Quod longè ante Iſaiam prædixerat Amos cap. 5. verſ. 27. *Migrare vos faciam trans Damaſcum.* Et cap. 7. v. 11. Hæc dicit Amos: *In gladio morietur Ieroboam, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.*

*Non ab hoc vaticinio.*

2. Iacto hoc fundamento, erigi nequit iſtorum 65. annorum Epocha eo tempore, quo hæc loquebatur Iſaias, regnante in Iudæa Achazo: hic enim non niſi ad annum regni 16. peruenit: adde ſexcennium Ezechiæ, mox ab Achazi obitu conſecutum & conſient 22. Itaque licet hoc Iſaiæ vaticinium, ad annum 1. Achaz referatur; inde tamen vſque ad excidium regni Iſraelis non vltra 22. annos colligemus.

*Sed ab anno 25. Oziæ, quo hoc Amos prædixit.*

3. S. Hieronymus in hunc Iſaiæ locum, ex Hebræorum traditione hos annos accerſit à vaticinio Amos, quo regni Iſraelis euerſionem denunciauit, q. d. ab eo tempore, quo Amos 10. tribuum abductionem prædixit, vſque ad rei denunciatæ euentũ, ſunt 65. anni, quibus euolutis *deſinet Ephraim eſſe populus*, hoc eſt, euertetur Iſraelis regnum, ab Ieroboamo Ephraimita quondam erectum. *Volunt autem* inquit S. Hieronymus, *fuiſſe vigeſimum quintum Oziæ, quando hæc acciderunt,* (nempe quoad prædictionem Amos) *cuius reliqui anni ſunt 27. Ozias enim regnauit annos quinquaginta duos, poſt eũ regnauit Ioathã filius eius annis 16. & huius filius Achaz annis alijs 16. poſt quem regnauit Ezechias, cuius ſexto imperij anno capta Samaria eſt, atque ita effici ſimul annos ſexaginta quinque.* Quam computationem cùm non refutet S. Doctor nec aliam afferat; approbare videtur, ſicut approbant, Haymo, S. Thomas, Procopius, Hugo, Cornelius: quibus aſſentior. Siquidem anno ante Chriſtum 724. aperio ſextum Ezechiæ. Adde 64. exurget annus ante Chriſtum 788. in quem incidit annus 2 . Oziç. Si regnum Iſrael expirante anno 6. Ezechiæ interijt, hi 65. anni à vigeſimo quinto Oziæ excluſiuè cõputabuntur: ſi ineunte; incluſiuè. Sic ab hac ſupputatione non recedit Lyranus hic, dũ hunc annorum numerum à 26. Oziæ deducit, nempe terminis vtrimque incluſis.

*Quorundam ratiocinia intricata.*

4. Qui Achazo pauciores annos, quam 16. Chronologicos attribuunt, vel interregnum poſt Oziam non niſi vndecim annis definiunt, difficile ad communes rationes ſuos calculos reuocant, ſicut & Torniellus, qui ad an. m. 3248. horum 65. annorum Epocham ad calcem anni 23. Oziæ conſtituit. Salianus

P.
H. Phil
Chron
Vet: Test
A 1
17



vero ad an. m. 3250. num. 13. ait, non conſtare quidem ad quam p… Iſaias hiſce 65. annis deducendis reſpexerit, nec traditionem Hebræ… re fidem: noſtram nihilominus ſententiam eſſe communem.

*Interpretatio Sanctij.* 5. Sanctius in cap. 7. Iſaiæ num. 18. cenſet Vatem non tam num… qui à prophetia Amos vſque ad Samariæ excidium decurrerunt, qua… ab eadem prophetia, ad illum vſque articulum tranſacti ſunt, quo… nebat, quaſi diceret: *cadet Samaria, ſicut 65. abhinc annis prædictum fuer…* nempe vt ipſe putat cap. 4. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in mo… ria, &c. Ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt in contis, & reliquias veſtras… tibus.* Summam autem 65. annorum hac ratione colligit: de annis Oz… dos ait 38. aut etiam 40. & complures, tum 16. regni Ioatham, … fiunt 54. reliquos ex Achazi, & Ezechiæ temporibus decerpit.

*Interpretatio Cornelij aptior.* 6. Hæc ſupputatio duriuſcula mihi videtur: aptior autem eſt qua… muni ſententia profert Cornelius, dum huius oraculi eum ſenſum e… d. *Ego Iſaias repeto, & confirmo prophetiam Amos, quæ vulgo nota ac trita e… ab eius vaticinio inchoando, poſt 65. annos vaſtabitur Samaria.* Deinde ſi de… Oziæ ſumantur 38. oportebit poſt mortem Oziæ alios 27. adiiciere… quod dici nequit. Nam à morte Oziæ, vſque ad occiſum Phacee, n… rantur niſi 20. anni, 4. Reg. 15. v. 30. Cùm autem hæc denunciabat I… bat Phacee, & cum Raſin in Iudæam ſæuiebat. Adhæc de annis Ac… 4. anni vt ſummum, (vel vt puto biennium) ſumi poſſunt: his adde… exurgent 20. & vt habeatur ſumma 65. annorum, accipiendi erunt 4… Oziæ: quibus à 52. detractis remanebit annus Oziæ ſeptimus, quo… acto Amos prophetauerit, quod eſt contra communem auctorum… negant aut Amos aut Oſee, ante annum 17. Oziæ propheraſſe.

*Computus quorundã falſus.* 7. Vatablus & Forerius ab anno 17. Ieroboam, vſque ad Samar… hos 65. annos producunt, hoc modo. Manahem regnauit 10. annos… Oſee 9. vniuersè 41. quibus adijciunt ex annis Ieroboam 24. vt col… remaneat annus 17. Ieroboami, qui annos 41. regnauit. Sed & hunc… tum alij merito faceſſere iubent. Nam vt in libros Regum notum… Iſraelitide regnum adijt, anno 15. Amaſiæ: huic ſucceſſit Ozias, an… 27. ex quo Ieroboam cum patre regnare cœperat: ſed circiter 16. … boam poſt patris ſui obitum imperarat. Sic rex iſte cùm annos 41… tinctus eſt anno 27. Oziæ, vt clarè indicant tabulæ noſtræ ex… num ante Chriſtum 786. quibus inſpectis, ſine mora, ſine labore … cula remouentur, quæ horum temporum Chronographia à qu… ciuntur.

*Obiectio 1.* 8. Obijcies 1. cum Saliano an. m. 3250. numer. 13. Amos non p…

mus contra Iſraelem: ſed multo ante eum Ahias Silonites ſub Ieroboamo I. 3. Reg. 14. v. 15. Dominus *euellet Iſrael de terra bona, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen*. Verum id non officit communi ſententiæ, quæ 65. annos non à prima omnium de caſu Iſraelis prophetia, ſed à magis celebri, *vulgo nota & trita*, vt loquitur Cornelius. *Reſp.*

9. Obijcies 2. Hebræi tradunt Oziam lepra aſperſum, anno 27. regni ſui, quando terræ motus fuit, biennio poſt vaticinium Amos: hoc autem ſecundum communem ſententiam admitti poſſe non videtur. Nam Ioathamus annos 25. natus regnare cœpit, 2. Paralip. 27. v. 1. antea vero idem *rexerat domum regis & iudicabat populum terræ*. Ibid. cap. 26. verſ. 21. quando ſcilicet Oziam lepra tenebat. Tolle 25. annos Ioathami regnum defuncto patre adeuntis, de 25. remanebunt 27. anni regni Oziæ ante natum Ioathamum: quomodo ergo tunc loco parentis leproſi Aulam ipſius regere, & populum iudicare potuit? *Obiectio 2.*

10. Vt commoda reſponſio detur; aduertendum *primò*, quatuor ab Hebræis tradi. 1. Amos Iſraelis ruinam prædixiſſe anno 25. Oziæ, 2. inde numerari iſtos 65. annos, quorum hic meminit Iſaias, 3. terræ motum contigiſſe anno 27. Oziæ, 4. tunc Oziam lepra infectum. *Secundò*. Amos reuerá propheta ſſe, *ante duos annos terræ motus*, Amos 1. v. 1. *Quædam notanda.*

11. His animaduerſis reſponderi poteſt 1. licet Hebræi in quarto puncto fortaſſe hallucinentur; id tamen non obſtare, quo minus de tribus alijs traditionibus fides eis adhibeatur, accedente eorum Chriſtianorum teſtimonio, quos num. 3. recenſui: præſertim cum nulla idonea ratio ſeſe offerat, qua refutentur. *Vtile* enim *per inutile vitiari non debet*. Hinc Salianus númer. 3. traditionem de terræ motu recipit; de lepra falſam putat. *Ad 2. obiect. reſp. 1.*

12. Reſponderi poteſt 2. Ioathamum duplex habuiſſe regnandi initium, 1. parente lepram contrahente, & tunc fuiſſe 25. annorum. 2. Ozia mortuo, & hinc annos 16. imperaſſe. Ozias enim 16. *annorum erat cum regnare cœpiſſet*. 4. Reg. 15. v. 2. potuit ergo anno 27. regni ſui habere filium 25 annos natum. Sic Ioatham viuo adhuc parente, 25. circiter annos, mortuo 16. principatum adminiſtraſſet; in viuis 66. egiſſet. *2.*

13. Reſpondet Cornelius 3. aliquos fortè dicturos; Optimates pro Ozia & Ioathamo puero adminiſtraſſe regnum, donec Ioathamus ad ætatem rebus gerendis idoneam perueniret. Torniellus & Salianus terræ motum anno 25. Oziæ inſcribunt: quod ſi ita eſt; Amos anno 23. de 10. tribubus trans flumen abducendis, prophetauerit. Mea verò opinione commoda ea prophetia anno 25. Oziæ tribuitur, indeque æra iſtorum 65. annorum deriuatur. *3.* *Opinio quorundã.*

## ISAIAE VII. v. 14.

*Quando edita hæc prophetia.*

*Ecce Virgo concipiet & pariet filium , & vocabitur nomen eius Emmanuel.*
hoc oraculum vno è quatuor primis annis Achaz fuſum eſt: anno
circiter 743. ante Chriſti Epocham, quo mihi exoritur annus 2. Achaz
lius hoc vaticinium tribuit anno 4. Achaz ante Chriſtum 742. id eſt
garem Chriſti æram 744. tabula enim qua ille vtitur, biennio
uertit. Torniellus anno 2. Achaz. Olymp. 5. pariter 2. cui ſuffragant
& hunc annum vocat ante Chriſtum 758. hoc eſt, ante æram eiuſdem
tauius annum 2. Achaz cum anno ante Chriſti Epocham 740. compo

---

## ISAIAE XIV. v. 28.

*Ad geſtum mortuo Achaz, ſub Ezechia.*

1. IN *anno, quo mortuus eſt rex Achaz, factum eſt onus iſtud: ne læteris*
*tu.* S. Hieronymus hanc prophetiam anno 1. Ezechiæ editam
Propheta inſinuat Palæſtinos Achazo mortuo lætatos, dum
*Philiſtæa.* Idem tradit Lyranus, & Cornelius in hunc locum.
confirmare voluit Deus Hebræorum animos, *& excitare ad bonam*
*noui regis auſpicatiſſimo regno*, inquit Sanctius.

*Quoto anno ante Chr.*

2. Hoc vaticinium, atque adeo annum primum Ezechiæ Corne
anno ante Chriſtum 742. hoc eſt, ante æram eiuſdem 744. Salian.
tauius 727. enthroniſmum Ezechiæ notat: ego 728. aut 729.

*Præclara ex S. Hieronymo.*

3. S. Hieronymus in hunc locum ſic ſcribit: Quatuor reges
Prophetæ legimus eſſe præpoſitos Oziam, Ioatham Achaz & Ezech
gulis ſibi ordine & ſobole ſuccedentes: quorum Oziam mortuum
„ mus, referente Iſaia; *anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem*
„ *lium excelſum & eleuatum.* Ex quo intelligimus & viſionem ſedentis D
„ ea quæ præcipiuntur Prophetæ, vſque ad eum locum vbi ſcriptum
„ *binthus, & ſicut quercus, quæ expandit ramos ſuos, ſemen ſanctum erit germen*
„ nem 6. capitis) ſub Ioatham rege prophetata. Tertius ſucceſſit Achaz
„ tham filij Oziæ regis Iuda, ſub quo aſcendit Raſin rex Syriæ, &
„ Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalem ad prælíandum contra eam, &
„ ſcriptura commemorat. Igitur ſub Achaz, vſque ad præſentem
„ nunc exponere nitimur, omnia quæ in medio poſita ſunt,
„ cognoſcimus: quo mortuo, quartus, id eſt, vltimus ſucceſſit
„ chias, ſub quo omnis vſque ad finem texi-
tur liber.

## ISAIÆ XVI. v.14.

*Varia huius loci interpretationes.*

*1 Expoſitio*

1. I*N tribus annis, quaſi anni mercenarij, auferetur gloria Moab.* Huius loci adeo incerta & obſcura eſt intelligentia, vt vix quicquam lucis à Chronologia poſſit accipere. Rabbi Salomon apud Lyranum, putat Moabitas vaſtatos, partim quod contra filios Iſrael in deſerto Balaam mercede conduxerint, partim quod Aſſyrio tres annos Samariam obſidenti auxiliares copias ſubmiſerint. At verò hoc poſterius incertum eſt: nec veriſimile videtur, Deum pœnas Ezechiæ temporibus à Moabitis exegiſſe, ob culpam ab eorum progenitoribus admiſſam.

*2. Expoſit.*

2. Secunda interpretatio eſſe poteſt, vt ſicut operarius labore finito mox ſtatutam mercedem accipere ſolet, ita poſt tres annos, ab exactis 10. tribubus, Moabitas ad exiguum numerum redegerint Aſſyrij. Hanc & alias duas explicationes breuiter affert S. Hieronymus, & ſubnectit:

*3. Expoſitio*

Poteſt & de Babylonica captiuitate prædici, quod poſt captam Ieruſalem & tranſitis annorum trium curriculis, Moab à Chaldæis vaſtanda ſit: ſiue quod in trium annorum ſpatio, nulla eis danda ſit requies. Similia habet Lyranus, quibus ſubſcribit Cornelius, Hugone, Prato, Leone Caſtrio, in hanc ſententiam laudatis, ita vt inter Ieroſolymorum excidium, & vaſtationem Moab triennium interceſſerit teſte Ioſepho: aut certè vt triennij ſpatio Nabuchodonoſor Moabitidem vexauerit.

*4. Expoſit.*

Hanc vltimam interpretationem maximè probat Sanctius hic num.34. addit Menochius, vel poſitum eſſe numerum definitum pro indefinito; q.d. non ita multo poſt. Torniellus ann. m.3451. num, 6. ait nihil certi hac de re affirmari poſſe, cum fieri potuerit, vt prius ab Aſſyriorum, tum à Babyloniorum rege, Moabitæ ſubuerſi fuerint.

*Concluſio.*

Ex omnibus allatam S. Hieronymi expoſitionem de captiuitate Babylonica maximè probo.

## ISAIÆ XX. v.1.

I*N anno, quo ingreſſus eſt Tharthan in Azotum, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum.*

## QVÆSTIO IV.

### *Quando hæc contigerint.*

*Quidã putant ſub Salmanaſare.*

1. SAnctio non valde veriſimile videtur, hunc Sargon fuiſſe Sennacherib, qui anno 14. Ezechiæ Iudæam inuaſit: quia ipſi non apparet, quando hic Azotum oppugnare potuerit. Poſt ſuum ex Ægypto reditum id feciſſe non videtur. Tum quia cæſis ab Angelo 185000. ex ſuis mox trepidus in patriam

cum reliquijs exercitus refugit, tum quia hoc loco S. Vates non tan[illegible]
de clade Ægyptijs illata, quã vaticinium de inferenda pronunc[illegible]
gnatam verò AEgyptum, Sennacherib rectà in Iudæam venit, A[illegible]
ad mare mediterraneum relicta. Quare putat veriſimilius eſſe hæc[illegible]
naſare geſta ante annum ſextum Ezechię, quando Aſſyrius Iſrael[illegible]
mam calamitatem inuexit.

*Alij melius ſub Sennacherib.* 2. Communis aliorum ſententia eſt, ſub Sennacheribo, A[illegible] Tharthan in Aſſyriorum poteſtatem veniſſe. S. Hieronymi, Lyran[illegible] Mariauæ, Sa, Menochij in hunc textum, Tornielli ad annum m. 33[illegible] an. 3322. num. 4. Saliani an. 3323. num. 6. quibus aſſentior. Nam cert[illegible] than fuiſſe è Ducibus Sennacherib aliquem 4. Reg. 18. v. 17. ſignum[illegible] habemus, quo eundem, aut eiuſdem nominis alium ſub Salmanaſ[illegible] ficium obiuiſſe conijciamus. Fieri quidem potuit, vt Tharthan d[illegible] diuerſo tempore ſeruiret. Nam Abner Dux fuit primum Saulis, [illegible] filij eius. Rurſus Abner ſub Dauide & Salomone ductauit ordines[illegible] Tharthan aſſerit, viderit quo argumento ducatur.

*Non poſt inuaſam Aegyptum* 3. Poſt inuaſam AEgyptum, hæc geſta non arbitror: quia Iſai[illegible] diſcalceatus hîc prędicit, futuram AEgyptiorum & AEthiopum ca[illegible] *ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem AEgypti*, v. 4. Sennacheribus [illegible] gypto remeans iam captiuorum greges agebat. Deinde v. 3. dicitur [illegible] *rum ſignum & portentum erit ſuper AEgyptum & AEthiopiam.* Hoc a[illegible] gebat, cum Sennacherib ex AEgypto rediret.

*Sed 1. aduentu Sennacherib in Iudæam.* 4. Itaque hæc ad primum Sennacheribi in Iudæam aduent[illegible] puto, anno 14. Ezechiæ vel inſtante, vel ineunte. Non enim ign[illegible] rius Ezechiam ab AEgypto ſperare ſubſidium, ac proinde mox A[illegible] ca vicina in ſuam redegit poteſtatem, quo facilius hoſti occurrere, [illegible] dæam aditum intercipere poſſet. Tunc Iſaias nudus & diſcalce[illegible] cladem AEgyptijs ac AEthiopibus imminentem, vt Ezechias pop[illegible] daicus intelligerent, nulla iam ſuppetere ab hominibus auxilia, [illegible] expoſcendam.

## ISAIAE XX. v. 3.

*Variæ opiniones.* 1. T*Rium annorum ſignum & portentum erit ſuper AEgyptum & AEthi[illegible]* dam hæc putant referri poſſe ad Aſſarhaddon filium Sen[illegible] potius ad Nabuchodonoſorem, qui poſt triennium ab euerſione[illegible] morum AEgyptum & AEthiopiam, vt quidam autumant, vaſtauit[illegible] bio proponit Torniel. an. m. 3322. num. 4. Sed obſtant ea, quæ iam [illegible] cebam. Alij putant, his verbis prædici poſt tres annos ab hoc vatic[illegible] turam calamitatem, quam iſta Prophetæ nuditas portendebat. Qu[illegible] non improbabilę videtur.

P. H. Phil[illegible]
Chron Vet: Test
A 1
17

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2. Alij denique melius cenſent, genuinum horum verborum ſenſum eſſe, *Concluſio*
hanc calamitatem AEgyptiorum & AEthiopum tres annos duraturam. Ita Sanctius, Menochius & Cornelius laudato S. Hieronymo, qui ait prænunciari AEthiopas trium annorum mala paſſuros. Quæ expoſitio apprimè congruit cum ijs, quæ annotabam 4. Reg. 19. ver. 29. de tribus annis, quibus meſſis à ad Iudæos impedita fuit: Hi enim anni, ab eo tempore numerandi ſunt, quo Tharaca rex AEthiopiæ, vires Aſſyrias à Iudæa diuertit. 4. Reg. 19. verſ. 9. vt docent auctores iam relati. Non quod putem hoc triennium fuiſſe integrum, cùm anno tertio ſerere & metere licuerit, ſed quod Angelus ſtragem illam Aſſyriorum ediderit, eoſq; in patriam repulerit, anno tertio ciuiliter computato, ex quo regi AEthiopum occurrerant, & crudeli bello AEgyptios finitimoſque AEthiopes cœperant infeſtare, ex probabili ſaltem quorundam opinione. Vide aliam explicationem Iſa. 37. v. 30.

3. Hinc ſequitur Iſaiam nudum & diſcalceatum, non tribus annis, ſed forte triduo inceſſiſſe: ſiquidem anno 14. Ezechiæ cœperunt impleri quæ paulo ante minaci hoc vaticinio denunciata fuerant, vt docent auctores q. præced. num. 2. laudati. *Iſaias non inceſſit nudus 3. annis.*

---

## ISAIAE XXI. v. 16.

*ADhuc in vno anno, quaſi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar.* Quidam hæc referunt ad Aſſyrios, quaſi hi poſt vnum annum vaſtationis Iudaicæ ſub Ezechia, Saracenos perſecuti fuerint, vt monet S. Hieronymus & Sanctius hîc. At communior, & vt puto, probabilior interpretatio hæc ad Chaldæos accommodat, quibus Arabes anno vno poſt euerſa à Nabuchodonoſore Ieroſolyma, in prædam dati ſunt, iuxta vaticinium Ieremiæ cap 49. ver. 28. Ita S. Hieronymus, Lyranus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menochius. Addunt aliqui fortè hic tempus definitum, pro breui indefinito poſitum. Sic huius loci idem ſenſus eſſe videtur, qui ſupra cap. 16. v. 14. *Hæc referuntur nō ad Aſſyrios ſed ad Chaldæos.*

---

## ISAIAE XXIII. v. 15.

*In obliuione eris ô Tyre, ſeptuaginta annis.*

## QVÆSTIO V.

## *De initio & fine horum annorum.*

1. CErtum eſt Tyrum fuiſſe aliquando à Chaldæis oppugnatam, vt hoc cap. Iſaias, & clariùs Ezechiel cap. 26. palam faciunt. Id autem non *Tyrus vaſtata à Chal-*
conti-

*dais nō ante 11. annū tranſmig. Iechoniæ, ſed neque poſt 27.*

contigit ante annum 11. tranſmigrationis Iechoniæ : ſiquidem
iri, prædicit eodem capite & anno Ezechiel. Neque vltra annum
ſeptimum eiuſdem tranſmigrationis differri poteſt Tyri expugn
anno 27. idem Ezechiel cap. 29. v. 18 hæc à Deo accepit: *Fili hominis*
*noſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus*
*caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſt, & merces non eſt reddita*
*citui eius, de Tyro pro ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam* &c. Iam
rat oppugnata.

*Concluſio in genere.*

2. Si ab eo tempore iſti 70. anni originem ducerent; vſque ad
ſtaſpis propagarentur: ſed affirmare non auſim, hanc eſſe loci
tiam. Eam in opinionem magis propendeo, vt ſuſpicer, ab Iſaia
rum ſeruitutem, obſcurè denunciari, quam poſtea Ieremias ape
eſt, cap. 25. Qua ratione Tyrus dicitur in obliuione futura annis 70.
poſtea totos illos annos obliuio tenuerit; ſed terminarit. Vide Gen.
cum notis ibi appoſitis.

*Obiectio ex Ioſepho.*

3. Dices: Ioſephus lib. 1. contra Appionem circa medium, e
hiſtorijs refert, Ithobalo Tyri regnante, eam à Nabuchodonoſ
fuiſſe, per annos 13. poſt hunc regnaſſe Baal annos 10. tum Iudice
Ecnibalum menſes duos, Chelbin menſes 10. Albarum Pontifice
nos, Mittonum & Geraſtum Iudices ſexcennium, Balatum reg
num, Merbalum Babylone accitum, quatuor annos, denique fra
mum, annos 20. Vnde colligit annos 54. & tres menſes, moneque
donoſorem anno regni ſui ſeptimo cepiſſe Tyrum obſidere, Cyru
no 14. Iromi Perſarum tenuiſſe principatum. Ergo Tyrus non
ne niſi 53. annis, qui ab initio obſidionis illius, vſque ad Cyrum el
toto illo tempore videtur eius memoria viguiſſe, quippe, quæ pa
partim Iudices habuerit.

*Reſp. 1.*

4. Reſpondetur 1. ſi annos iſtos 54. ab initio obſidionis Ty
annum decimumquartum Iromi completum, & decimumqui
rentem ſupputemus, includendi erunt termini, quibus ſi addas
Nabuchodonoſoris obſidionem præcedentes; exurgent ab
buchodonoſoris, vſque ad Cyrum, anni ſolum 60. aut 61. qui
qua ratione poſſit approbari. Quamobrem iure poſſet quiſpiam
cem ex hoc numero excidiſſe (ſicut alibi apud Ioſephum 7. pro 7
tur) & Nabuchodonoſorem anno regni ſui 17. expleto, obſidion
ſpicatum, eaque Vrbe tandem circa annum regni 31. potium
citer elapſo, Ægyptum Chaldæis in mercedem fuiſſe datam. Sic
buchodonoſoris, vſque ad initium Monarchiæ Cyri excid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

anni 70. quibus in obliuione Tyrus futura prædicitur, eo ſenſu, quem iam num. 2. afferebam. Vide infra Ezechielis 25. 26. 29. de annis 70. Babylonicæ ſeruitutis notata & diſputata.

5. Reſpondetur 2. Etſi Tyrus tunc iudices & reges habebat, ſeruitutem nihilominus ſub iugo Babylonico ſeruiebat, ita depreſſa, vt nullum priſtinæ gloriæ ſignum appareret, nihil eſſet, quod antiqui ſplendoris memoriam foueret, ac proinde quoad magnificentiam qua antea præcellebat, obliuione ſepulta videbatur, vt notant S. Hieronymus, Sa, Mariana &c. *Reſp. 2.*

6. Reſpondent aliqui 3. vt videre eſt, apud Cornelium Ezech. 29. v. 17. qui Ioſephum & Beroſum interpretantes, aiunt, *Nabuchodonoſorem, Tyrum eiuſq; regem Ithobalum cœpiſſe obſidere anno regni ſui 7. (inchoante) computando annos regni eius ab expugnata Ieruſalem.* Quod reſponſum non probo: Etenim Chaldæus ſub finem anni regni ſui 18. Ieroſolymam cepit, decimo nono ineunte flammis dedit. Licet igitur pauculas ſeptimanas anni 18. finientis pro anno integro ſumpſeris; non tamen ante 24. regni illius ad ſeptimum Vrbis expugnatæ peruenies. Hoc itaque computo, annus 24. Nabuchodonoſoris eſſet primus Tyriæ obſidionis, & 36. illius regis, eſſet decimus tertius huius obſidionis: eam autem annorum connexionem neque alius vllus, neque Cornelius facilè admiſerit, cum hic diſertè velit Tyrum anno 35. Nabuchodonoſoris expugnatam. Adhæc confecto hoc bello Tyrio, ſubacta eſt ÆEgyptus, & alia à Nabuchodonoſore geſta ſunt, quæ plus temporis requirunt, quam, quod ab anno regni eius 35. abſolutò, vſque ad eius obitum interceſſit: præſertim, cum ex probabiliori ſententia integros 43. annos non regnauerit, vt ſuo loco dictum. *Reſp. 3.*

7. Dices iterum: quomodo hîc Tyri calamitas 70. annis definitur, cùm ei dicatur: *non ædificaberis vltrà*? Ezech. 26. v. 14. præſertim cùm conſtet, eam poſt Nabuchodonoſorem reſtauratam fuiſſe, & rurſus ab Alexandro Magno expugnatam? Imo tempore Nehemiæ Tyrij Ieroſolymis nonnulla domicilia habebant, & ſabbatis piſces aliaque venum exponebant. 2. Eſdræ 13. v. 16. Cornelius triplici reſponſo iſtius loci ſenſum aperit. 1. ex Leone Caſtrio, qui Ezechielis oraculum idcirco verum eſſe cenſet, quod poſt annos 70. non eadem, ſed alia alio loco Tyrus ædificata ſit. Vnde priorem Palætyrum idem antiquam Tyrum appellatam eſſe indicat. Id tamen iure ſuſpectum eſt Cornelio, quia tam Tyrus, quam Palætyrus ante Nabuchodonoſorem ſub Salmanaſare traditur extitiſſe, libro 9. Antiq. extremo. 2. quia Tyrus inſtaurata, non fuit in ea gloria & ſplendore, quo antea fulgebat, cum eſſet *regina populorum*, vt exponit S. Hieronymus, Ezech. 26. Sa & Mariana ibid. Sanctius hic num. 29. *Tertiò* vt *vltra* ſit idem, quod ad longum tempus, quale eſt 70. aut etiam 40. annorum. Ita Cornelius, Menochius. Quem in ſenſum Philiſtæi *non vltra* in terminos Iſrael ve- *Obiect. 1.* *Reſp.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niſſe dicuntur 1. Reg. 7. v. 13. & Deus ait, ſe non daturum *vltra Hebr*
*brium in gentibus*, Ioel 2. v. 19.

*Notabile dogma S. Hieron.*

8. Addit S. Hieronymus in illud cap. 26. Ezechielis, eos non
pere curandos qui *Græcas & Phœnicum, maximeq; Nicolai Damaſceni*
*barorum, aiunt ſe, quæ huic hiſtoriæ contradicunt, legiſſe hiſtorias, & nihil ſuper*
*tione à Chaldæis inueniſſe Tyriæ ciuitatis: cùm probare poſſimus, multa diuini*
*cta, quæ in Græcis voluminibus non inueniantur.*

*Quando Tyrus obſeſſa à Nabuch.*

9. Fateor equidem, nec finem, nec initium obſidionis Tyri
compertum eſſe: opinor tamen Nabuchodonoſorem circa annum
vel 17. parte aliqua ſuarum copiarum, vel potius circa annum 21 Ty
gere cœpiſſe; poſt annos 13. in ſuam poteſtatem redegiſſe, eamque
portionem eius non exiguam, ita ſolo æquaſſe, vt vbi nuper magn
bant palatia, ſiccarentur retia piſcatorum. Exinde Tyriorum glori
ta obliuionis fouea obrutam latuiſſe, donec completa multarum ge
muni ſeruitute, imperium Babylonicum, & ſenſim preſſis iugo Babylo
annos 70. prouincijs ſua redderetur libertas, initio à Iudaicæ captiu
xatione facto, ac denique ſucceſſu temporis rediuiuam Tyrum cum
floreret. Porro de obſidione & poſterioribus Tyri regibus erudite
diſputat Petauius, lib. 9. cap. 65.

*Errāt hic Hebræi.*

10. Ex dictis ſequitur 1. erroneam eſſe Chronologiam Hebræ
Tyrum captam tradit anno 13. Nabuchodonoſoris: ſiquidem Ezech
anno 18. Nabuchodonoſoris de futura eius expugnatione vaticina
ronymum Pradum in cap. 26. Ezech. vitioſis Ioſephi codicibus
*apud Ioſephum ſcribit Philoſtratus Nabuchodonoſorem obſediſſe Tyrum annis*

*Quamdiu Tyrus obſeſſa.*

*bus* 10. Nam ſicut lib. 1. contra Appionem habentur anni 13, ita lib. 10.
calcem cap. 11. eundem numerum ex Philoſtrato, tam in Phœnicum
Indorum hiſtorijs retinet Græcus textus & interpretatio Gelenij
fini verſio Pradum fortè circumuenit.

---

## ISAIAE XXXII. v. 10.

*Variæ interpretationes.*

P*oſt dies enim & annum vos conturbabimini confidentes: conſummata*
*demia.* In Hebræo eſt, iamim al ſchana, *dies ſuper annum*: in Græc
ἐνιαυτοῦ *dies anni*; quibus verbis quidam annos aliquot interpreta
vt Sa. Alij annum & aliquot dies, vt Foreira & Pagninus, alij mod
pus, vt Hugo, Adamus. Alij longum tempus intelligunt. At verò S
anno 5. Ezechiæ dicta putat, q. d. poſt dies, quibus impleri poteſt
ſatis ſint, ad annum complendum conturbabimini, quando nim

*Concluſio.*

Ezechiæ Samaria euertetur. Ego verò nihil aliud ſignificari

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

venturum aliquando tempus, quo conturbentur, & duram vindemiam experiantur ſui excidij, quod ſpectata notione verborum, modo ad breue, modo ad longum tempus applicari poteſt. Præſens vaticinium S. Hieronymus, de captiuitate, quam Iudæi poſt Chriſtum ſubierunt intelligit. Dicit, inquit, vindemiam conſummatam, & poſt vltimam vaſtitatem, quæ ſub Veſpaſiano & Tito, Hadrianoque accidit, nequaquam aliam captiuitatem eſſe venturam, nec remanſuros botros in populis, qui deinceps colligendi ſint. S. Hieronymo ſubſcribunt Cornelius, Menochius.

## ISAIÆ XXXVI. v.1.

ET *factum eſt, in quartodecimo anno regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas & cepit eas.* Id Cornelius inſcribit anno m.3232. ante Chriſtum 717. hoc eſt, ante vulgarem Chriſti Epocham 719. Torniellus & Salianus anno m.3322. Olymp. 12. primo, ante Chriſtum, vt computat Salianus 731. id eſt, ante Chriſti æram 732. Ego anno m. 3325. ante æram Chriſti 726. quo acta eſt Olympias decima ſexta. ***Quoto anno m. vel ante Chr.***

## ISAIÆ XXXVII. v.30.

T*ibi autem hoc erit ſignum: comede hoc anno, quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo pomis veſcere, in anno autem tertio, ſeminate & metite.* Valde probabile eſt hoſce tres annos ab autumnali menſe Tiſri accerſendos eſſe, quia ad ſementem & meſſem ſpectant, ſicut anni Sabbatici & Iubilæi, vt alibi latius expono. Annos verò illos tres, de quibus Iſaiæ 20. ver. 3. egimus, arbitror aliquanto poſt cladem Chaldæis ab Angelo illatam protendi: Sennacherib enim ſine dubio præſidia in debellatis prouincijs reliquerat, quibus, victi AEthiopes & AEgyptij, tanquam victoribus & heris parere cogebantur, donec poſt tres annos iugum excuterent, cum putandum non ſit, percuſſis ab Angelo Aſſyrijs, eorum potentiam quaſi momento penitus euanuiſſe, ſiquidem Aſarhaddon ſucceſſor Sennacheribi in agros Iudææ vicinos colonias deduxit.

## ISAIÆ XXXVIII.

VErſ. 1. *In diebus illis ægrotauit Ezechias.* Anno 14. regni ſui deſinente, aut iam tranſacto, quo fere tempore Sennacherib vel per Iudæam graſſabatur, vel contra Tharacam arma verterat, vt docet hic Sanctius cum Abulenſi, Cornelio &c. Huc ſpectant, miraculoſa morbi illius depulſio, carmen illud Eucharisticum: *Ego dixi in dimidio dierum meorum.* admirabilis regreſſus vmbræ per decem lineas, in horologio Achaz, denique liberalis illa ***Morbus Ezechiæ***



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dei promiſſio facta ipſi Ezechiæ, de vita eius in 15. annos protogata necdum natus eſſet Manaſſes illius hæres. *Audiui orationem tuam, & vidi lacrimas tuas: ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: & de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & protegam eam.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN PROPHETIAM IEREMI[Æ]

## QVÆSTIO I.

### *Quot annos vaticinatus fuerit Ieremias.*

*In Iudæa prophetauit an. 41. in Aegypto aliquamdiu.*

1. IEremias cùm adhuc eſſet puer, prophetare cœpit, anno decimo Ioſiæ filij Amon regis Iudæ, prophetauitque in [eius regno] annis decem & nouem, & poſtea ſub Ioakim filio eius, [annis vn]decim, & ſub Sedecia, qui vltimus fuit regum Iuda annis [vndecim] vſque ad quintum menſem, quando à Babylonijs capta eſt Ieruſalem. [Ioachaz] verò & Iechoniæ terni menſes, (quorum alter in AEgyptum, alter [ab]ductus eſt Babylonem) in ſupradictis annis computantur; ac perſ[icitur me]dio prophetiæ, vſque ad captiuitatem Ieruſalem, in qua, & ipſe cap[tus... pro]phetauit annis quadraginta & vno, præter illud tempus, quando d[uctus est in] AEgyptum, ibique prophetauit in Taphnis, vt hoc ipſo volumine c[ontinetur]. Ita S. Hieronymus, in cap. 1. Ieremiæ.

*Vniuerſe fere annis 42. vt minimum.*

2. Theodoretus initio huius prophetiæ, non meminit AEgypti [...] tum ait, Ieremiam ſub quinque regibus Iuda, vniuerſim 41. annos, [...] paucis menſibus, quibus nempe Ioachaz & Iechonias reges fuerunt [...] men menſes, aliorum regum annis abſorbentur, vt monet S. Hieron[ymus] ſuffragantur Sanctius & Ghislerus Ierem. 1. v. 3. Cornelius hic in Pro[...] nis, qui diſertè docent, eum annos 41. in Iudæa propheraſſe, qua[m com]putationem rationes meæ examuſſim quadrant. Nec procul ab hoc [...] recedunt Salianus & Torniellus, dum anno m. 3407. Ieremiæ vatici[nia in]cantur, & anno 3447. notant Nabuzardanis incendium.

*Cœpit an. 13. Ioſiæ.*

3. Quod Ieremias anno 13. Ioſiæ prophetandi initium fecerit, [...] cap. 1. v. 2. Quod etiam in AEgypto, poſt Sedeciæ caſum, prophetau[erit ...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obierit, certiſſimè indicant, quæ cap. 43. v. 8. & toto cap. 44. huius libri conſignata ſunt: quot autem annos in Aegypto vixerit, incertum eſt. Baruch ſuum libellum legit anno quinto ab Vrbis & Templi euerſione: vnde plerique colligunt, Ieremiam iam tunc lapidibus fuiſſe obrutum, ſic quadriennio vt ſummũ egerit in Aegypto, & in totum 45. annis prophetauerit. Creditur functionem propheticam auſpicatus, circa annum ætatis decimum quintum: quod ſi ita eſt, martyrij palmam ferè ſexagenarius conſecutus fuerit, vt bene aduertit Cornelius. Alij tamen, vt Torniellus & Salianus anno m. 3448. probabilius eſſe putant, Ieremiam occubuiſſe, anno primo, necdum exacto, quàm cum Iudaici populi reliquijs in Aegyptum deſcenderat. Itaque Ieremiæ vaticinia hoc volumine comprehenſa, ad annum vt minimum 42. vt ſummum ad 45. extenduntur. *Concluſio.*

---

IEREMIÆ I. v. 2. & 3.

VErſ. 2. *Quod factum eſt verbum Domini ad eum, in diebus Ioſiæ, filij Amon, regis Iuda, in tertio decimo anno regni eius.* Hunc annum 13. Ioſiæ Cornelius in Harm. Chronol. putat incidiſſe in annum ante æram Chriſti 634. Salianus in 647. ego in 631. quoad priorem ſui partem. Tunc Ieremias ſua vaticinia exorſus eſt, aut anno 630. ante æram Chriſti, cum necdum decimus tertius Ioſiæ effluxiſſet: niſi forte id anno præcedente contigerit. *Quoto anno ante Chr.*

Verſ. 3. *Et factum eſt in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iudæ, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem in menſe quinto.* His verbis indicat Propheta, ſe conſtanter in Iudæa Vatis officio functum, vſque ad eum annum, quo Sedeciæ vndecimus complebatur; imò vſque ad illũ quintum menſem, quo templum & ciuitas conflagrauit. Non negat autem quin idem poſtea in Aegypto præſtiterit. Vide 4. Reg. q. 22. Tres autem reges exprimit, quorum temporibus prophetauit: omiſſo Ioachaz & Iechonia, propter breuitatem regni vtriuſque, vt notat Sanctius hic, & Salianus an. m. 3407. *Hæc intellige de oraculis in Iudæa fuſis.*

## QVÆSTIO II.

### *De Chronotaxi eorum, quæ hoc libro continentur.*

CErtum eſt, in hoc libro, non eodem ſemper ordine vaticinia Ieremiæ & res geſtas oraculis admixtas deſcribi, quo acciderunt. Nam ex. gr. quæ cap. 21. habentur, perſpicuè ad Sedeciæ tempora referuntur: *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, quando miſit ad eum rex Sedecias Faſſur filium Melchiæ.* verſ. 1. *Hic non ſeruatur ordo temporu.*

P. H. Phil
Chron
Vet: Test
A 1
17



Quæ verò cap.22.v.18.ſubnectuntur,ad Ioakimi principatum
*cit Dominus ad Ioakim filium Ioſiæ regem Iuda,non plangent eum* &c. Ru
44. ea legimus, quæ poſt excidium Ieruſalem dicta & facta ſunt
52.quæ excidium iſtud partim præceſſerũt,partim comitata ſunt. Q
non exiguam pariat difficultatem , prudenter Abulenſis ſub finem
gum, Chronotaxin harum prophetiarum , quaſi Pharum aliquam
lucem hiſce vaticinijs præferret. Abulenſem imitati Chriſtophorus
& Cornelius à Lapide, ordine temporis Ieremiæ prophetias dig
commentarijs præfixere;eo qui ſequitur modo.

## CHRONOTAXIS,

*Siue coordinatio prophetiarum Ieremiæ, ſecundum tempus, quæ ſunt*
*phoro Caſtrio breuibus ſubinde notis illuſtrata.*

## SVB IOSIA REGE.

*Sub Ioſia anno 13. regni illius*

CAp.1. Anno 13. exorditur ſuas prophetias, de ſuo munere
dens,& totius operis argumentum præmittens, ſub virga vig
læ ſuccenſæ ſimilitudine. Ex cap.1. Vulgati & Septuaginta.

Cap. 2. contendit iudicio cum plebe Iudaica, ingrati animi
guens, quod plurimis, vti ſponſa, deuincta beneficijs, ſpem in D
collocaſſet;idcirco non mirum videri debet,ſi plurimis malis
Ex cap.2.Vulg.& Septuag.

Cap.3. Arguit Iudam Idololatriæ,& ad reconciliationem
que per Chriſtum docet.Ex cap.3.Vulg.& Sept.

Cap.4. Hortatur populum ad reſipiſcentiam,niſi velit experiri
excidium,per Nabuchodonoſorem.Ex cap.4.Vulg.& Sept.

Cap. 5. Oſtendit merito extremè puniendum populum,
inueniatur vir probus,cuius reſpectu Deus parceret multitudini
& Septuag.

Cap.6. Declarata Chaldæorum feritate, varijs modis ad
hortatur:ſed nihil obtinet à Iudæis , quod reprobi ſunt. Ex cap.
Septuag.

Cap.7. Perſtat in recenſenda imminente calamitate,
da,neque ob templi ſanctitatem,neque ob ſacrificiorum frequ
7.Vulg.& Septuag.

Cap.8. Exaggerat ſtragem futuram,quo odium exci
lam induxêre.Ex cap.8.Vulg.& Sept.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cap.9. Lamentatur populi flagitia, & extremam pœnam, qua propter illa afficiendus eſt. Ex cap. 9. Vulg. & Sept. *Caſtrio & Cornelio aſſentior, dum ea quæ nouem primis capitibus habet S. Ieremias, ad Ioſiæ tempora ſpectare cenſent.*

Cap.10. Oſtendit iiſdem pœnis obnoxios filios, quibus olim patres, ob irritum legis fœdus, & minatur ciuibus Anathoth extremam cladem, quod veneno voluiſſent enecare Ieremiam. Ex cap.11. Vulg. & Sept.

Cap.11. Litem mouet Deo, de ſorte diuerſa proborum & improborum, cui ſatis fit, ac excidium comminatur Iudæis, & vicinis gentibus, ſalute promiſſa, ſi legi Dei parerent, cap.12. Vulg. & Sept.

Cap.12. Sterilitatem & famem obſidionis tempore futuram denunciat; cauſam malorum reijcit in Pſeudoprophetas, idcirco perituros. Rogat Deum, vt populi reſipiſcentis miſereatur. Ex cap.14. Vulg. & Sept.

Cap.13. Dolet ſortem ſuam, quod non audiatur, imò natus videatur ad mala nuncianda, & odium omnium concitandum. Ex cap.15. Vulg. & Sept.

Cap.14. Oſtendit ſtragem futuram Iudæis & gentibus, ob idololatriam, poſtquam reditum pollicetur è Babylone fœliciorem, quam olim ex Aegypto. Ex cap.16. Vulg. & Sept.

## SVB IOAKIM REGE.

Cap.15. Anno 1. mortuo Ioſia, & amoto Ioachaz filio eius, fletu durãte mittitur Ieremias ad domum regis Ioakim, hortaturus eum ne fleret Ioſiam, ſed potius Ioachaz, non rediturum ex Aegypto, & ſeipſum qui inſepultus eſſet relinquendus. Ex cap.22. Vulgati, à v.1. ad 23. & Sept. *Idem cenſent Cornelius, Sanchez, Salianus, quibus aſſentior magis, quam iis, qui hæc de Sedecia interpretantur.*

Cap.16. Anno 1. in principio regni Ioakim, in atrio templi denunciat Vrbis, Templique vaſtitatem, comprenſus reus mortis accuſatur, ſed à ſenioribus defenſus ab Ahicam eripitur, ne plebi traderetur occidendus. Iubetur deinde ſumere catenas, tempore Sedeciæ mittendas gentibus finitimis. Ex cap.26. & 27. à v.1. ad 4 Vulgati & 33. Sept. *quæ vulgatus habet cap.26. certum eſt contigiſſe initio regni Ioakim: quæ verò cap.27. habentur à verſu 2. incluſiuè, ea ad annum 4. Sedeciæ refero, cum S. Hieronymo, Rabano, Lyrano, Hugone, Dionyſio, Maldonato, Sa, Torniello, Saliano, Ghiſlerio. Vide cap.27. q.2.*

Cap.17. Anno 3. oſtendit peccatum Iuda indelebile, quod ſuppetiis Aegypti confiſus, nollet ſe ſubijcere Babylonio iam ſe ad bellum paranti. Ex cap. 17. Vulg & Septuaginta.

Cap.18. Anno 4. ineunte, qui à 13. Ioſiæ erat vigeſimus tertius, & primus Nabuchodonoſoris, prænunciat cladem futuram omnibus gentibus calice propinato, & poſt 70. annos liberationem. Ex cap.25. Vulg. & 25. ac 32. Sept. *Hæc anno 4. Ioakim tribuo quidem; ſed labenti, non ineunti.*

Cap.

P.
H. Phili
Chron
Vet: Test
A 1
17



Cap.19. Anno 4 capta Ieruſalem, & regem Ioakim ducto Baby
Daniele 1. & 2. Paralip. 36. v. 6. Nabuchodonoſor regem Aegypti N
currentem Chareamis pro tuendo regno Ioakim cum exercitu
prophetiam Ieremiæ. Ex cap. 46. a. v. 1. ad 12. Vulg. & 26. Sept. Pro
46. *Ieremiæ, anno 4. Ioakim editam fuiſſe opinor cum Caſtrio, Cornelio, T*
*Quæ vero hic aſſert Caſtrius de capta Ieruſalem, & abducto Ioakimo, alibi*

Cap.20. Anno 4. eodem ſimul prophetat Aegyptum ſubiugan
buchodonoſore. Ex cap. 46. à v. 13. vulgati & 51. Sept. *Conſentit Lyra*
*& Ego.*

Cap.21. Anno 4. iubetur Ieremias ſcribere quæcumque propher
ſuperiores viginti tres annos, vt ijs lectis populus conuerteretur. Bar
metuenti incolumitatem pollicetur. Ex cap. 36. a. v. 1. ad 4. & cap. 4
ex cap. 36. & 51. Sept. *Omnino hæc anno 4. Ioakimi conueniunt.*

Cap.22. Anno 5. poſt reditum Ioakimi è Babylone ſub ſtatis
bus, iuſſit Barucho Ieremias, vt librum legeret populo, in die ſolem
menſe Nouembri, tum etiam regi, qui cum librum combuſſiſſet, iuſſ
pheta iterum ſcribere, grauioribus minis adiectis. Ex cap. 36. a. v. 5. V
Sept. *Aſſentior Caſtrio.*

Cap.23. Anno 6. cum Rechabitæ metu Nabuchodonoſoris, q
anno quarto Ioakim (*imò tertio*) & venturus propediem ferebatur,
venit octauo anno ex 4. Reg. 24. ex agris ſeſe recepiſſent in Ieruſal
miſſus Ieremias, illorum prompta obedientia, inobedientiam increpa
Ex cap. 35. vulg. & 43. Sept. *Hæc Ioakimo regnante geſta ſunt; at quoto anno*
*tum eſt. Vide notas Ierem. 35. v. 1.*

Cap.24. Anno 6. vel 9 iubetur coëmere lumbare lineum & ferre ad
tem: laguncula quoque ſignificare, hoſtis iram, & futuram calam
cap. 13. à v. 1. ad 17. vulg. & 13. Sept. Malo hæc ad Ioakimi tempora
referre, quam cum quibuſdam ad Sedeciæ.

## SVB REGE IECHONIA.

Cap.25. Anno 1. minatur Iechoniam ducendum eſſe Babylonem
quam rediturum. Ex cap. 22. à v. 24. ad finem & 22. Sept. *Id probabile eſt.*

Cap.26. Anno 1. inuehitur in regum negligentiam, quæ duxer
in exilium Babylonicum, polliceturque nouam Reip. formam per C
& Apoſtolos. Ex cap. 23. Vulg. & Sept. *Hoc quoque probabile eſt.*

## SVB REGE SEDECIA.

Cap.27. Anno 1. Iechonia tranſlato Babylonem, ſub viſo ducen
rum, ſignificauit tranſmigrantium ſortem, & miſeriam Ieroſolymi
tium. Ex cap. 24. Vulg. & Sept. *Idem opinor & Cornelius,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cap.28. Anno 1.poſt egreſſum Iechoniam cum regina, & alijs, miſit Ieremias epiſtolam tranſmigratis, per Legatos Sedeciæ, in qua eos admonet, de mora 70. annorum, ne crederent Pſeudoprophetis celeriorem reditum promittentibus. Ex cap.29. Vulg. & 36. Sept. *Aſſentior, cum Cornelio, Torniello, Saliano.*

Cap.29. Anno 1.prædicit felicitatem poſt captiuitatem, tam temporalem, quam ſpiritualem per Chriſtum. Ex cap.30. Vulg. & 37. Sept. *Aliquo è primis annis Sedeciæ, editum hoc vaticinium autumo: quod ad primum annum probabiliter Caſtrius & Cornelius reuocant.*

Cap.30. Anno 1. ad ſolatium captiuorum, promittit reditum ad legem Euangelicam, cuius bona connumerat. Ex cap.31. Vulg. & 38. Sept. *Id valde probabile arbitror.*

Cap.31. Anno 1.apud figulum oſtendit Prophetæ Deus, facile ſibi eſſe reficere ac reſtituere populum priſtinæ libertati, etſi ob animum eius obfirmatum, extremum malum illi comminatur. Ex cap.18. Vulg. & Sept.

Cap.32. Anno 1. epiſtolam miſit Ieremias tranſmigratis, admonens eos, vt cauerent Idololatriam. Ex cap.10. Vulg. & Sept. *Idem probabiliter cenſent, Lyranus, Iſidorus, Cornelius: quamuis incertum ſit, vtrum hæc denunciata ſint, viuo adhuc Ioſia, aut regnante Ioakimo.*

Cap.33. Anno 1. vel 2. in principio regni iubetur mittere catenas gentibus finitimis, admonens, vt ſe ſubijciant Babyloniæ, ſi ſaluæ eſſe velint: quod ipſum ſuadet Sedeciæ. Ex cap.27. à v.2. vſque ad finem & 28. v.1. Vulg. & 34. Sept. *Hæc anno 4. Sedeciæ probabiliter tribuunt auctores quos iam laudabam ad cap.16. huius Chronicorum.*

Cap.34. Anno 2. vel 3. in principio regni Sedeciæ, prophetat Moab deſtruendum à Nabuchodonoſore. Ex ca.48. Vulg. & 31. Sept. *Hæc fortè ad annum octauum vel vltimum Sedeciæ ſpectant. Vide infra q.11. num.4. & q.12. num.3.*

Cap.35. Anno 2. Idipſum prophetat contra Ammonitas, Ex cap.49. Vulg. & 30. Sept. *Probabilis eſt hæc coniectura; non certa.*

Cap.36. Anno 2. Idem contra Idumæam. Ex cap.49. Vulg. & 29. Septuag.

Cap.37. Anno 2. Idipſum contra Damaſcum, Cedarenos & Aelamitas. Ex cap.49. Vulg. & 25. ac 30. Sept.

Cap.38. Anno 4. Laguncula fractione oſtendit, populum per Chaldæum conterendum; in atrio templi. Ex cap.19. Vulg. & Sept. *Hoc fortaſſe ad tempora Ioakimi regis peſſimi ſpectat. Vide notas Ierem. 17. fortaſſe inquam, rem enim in medio relinquo.*

Cap.39. Anno 4. propterea conijcitur in carcerem & educitur. Minatur interitum Phaſſur, & dolet ſortem ſuam, quod iam tæderet viuere. Ex cap.20. Vulg. & Sept.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Phili
Chron
Vet: Test
A 1
17



Cap.40. Anno 4. Babylonem prophetat ſubuertendam, per Cyrum rium ob ſuam crudelitatem. Ex cap.50, Vulg. & 27. Sept. *Sic ſentiunt* *Sanctius, Torniellus, Salianus.*

Cap.41. Anno 4. varijs ſimilitudinibus idem proſequitur, & phetiam in libro, per Saraiam, cum Sedecia Babylonem proficiſcentem ijciat in Euphratem, in ſignum Babylonis exſcindendæ. Ex cap.51. Vulg. Sept. *Ita eſt; quod ipſum notant auctores iam nominati.*

Cap.42 Anno 4. menſe quinto, contendit cum Hanania, de tiarum, quem probat illius interitu. Ex cap.28. Vulg. & 35. Sept. *tio. Vide Ierem. 28. q. 4. num. 8.*

Cap.43. Anno 8. mittitur Ieremias ad Sedeciam rebellantem Nabucho noſori, & ad dominatricem, denunciaturus regni deſtructionem, rent, vt dicitur 4. Reg. 24. v. 29. & in Ioſepho lib. 10. Antiq. cap. 10. v.18. Vulg. & Sept. *Id quidem probabile eſt; ad Iechoniam tamen & matrem* *S. Hieronymus, Rabanus, S. Thomas, Hugo, Dionyſius, Sa, Vatablus.*

Cap.44. Anno 8. denunciat Sedeciam Babylonem ducendum per chodonoſorem, tunc obſidentem Ieruſalem, qui receſſit contra Aegyp rentes opem Iudæis, poſt fœdus cum Deo renouatum, quod cum fregiſſet Rex, Babylonij reditum denunciat. Ex cap. 34. Vulg. & 11. Sept. ad annum 9. Sedeciæ reuocant, Lyra, Torniellus, Salianus; at verò partim ad 9. partim ad 10. Aliqui ad 11. differunt. Vide Ierem 34. q. 6.

Cap.45. Anno 8. mittitur ad Sedeciam, vt hortetur ad reſipiſcentiam berari velit: alioquin Ieruſalem deſtruendam. Ex cap. 22, à v. 1. ad Sept. *Incertus eſt annus Sedeciæ.*

Cap.46. Anno 9. prophetat Palæſtinos deſtruendos per Nabucho ſorem. Ex cap. 47. Vulg. & 29. Sept. *Tunc Nabuchodonoſor obſidionem nam intermiſerat. Vide Ierem. 34. q. 6. & cap. 47. q. 11. num. 4.*

Cap.47. Anno 9. Sedeciæ mittenti vt pro ſe oraret, reſpondit Ieremias diturum Chaldæum, ad obſidionem relictam, & vrbem vaſtaturum egrederetur in Anathoth captus, detruſus eſt in carcerem. Ex cap. 37. 44. Septuag. *De anno res eſt incerta, prout iam notabam ad cap. 43.* *taxeos.*

Cap.48. Anno 10, cum cœpiſſet iterum Nabuchodonoſor obſidere ruſalem, à decimo die menſis decimi, ex 4. Reg. 25. v. 1. Ierem. 39. mittenti, vt pro hoſtis diſceſſu oraret; reſpondit Ieremias non niſi ad eum confugeret, pereundum. Ex cap. 21. Vulg. & Sept. 9. 4. Reg. 25. v. 1.

Cap.49. Anno 10, iubet Dominus Ieremiæ, emere agrum patruelis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſſet adhuc in carcere, quo ſpem populus conciperet reditus, & agrorum reſtitutionis. Ex cap 32. Vulgari & 39. Septuaginta interpretum. *Erat omnino annus 10. Sedeciæ. Vide notas in cap. 32. Ieremiæ.*

Cap. 50. Anno 10. clauſus adhuc promittit felicitatem, poſt tempus captiuitatis. Ex cap. 33. Vulg. & 40. Sept. *Conſentiunt Cornelius & Salianus; Torniellus vero, iam tunc iuiſſe annum 11. Sedeciæ autumat.*

Cap. 51. Anno 11. conijcitur in lacum, quod prædicaret transfugis ſalutem, & interitum renuentibus: ſed eductus ab Aethiope, & dato regi conſilio manſit in veſtibulo carceris. Ex cap. 38. Vulg. & 45. Sept. *Aſſentior cum Cornelio, Saliano, &c.*

Cap. 52. Anno 11 promittit Abimelecho Aethiopi incolumitatem, ob ſe, à ſe liberatum, dum ciuitas irrumperetur. Ex cap. 39. à v. 15. & Sept. *Aſſentior.*

Cap. 53. Anno 11. menſe quarto, completur toties denunciata prophetia. Nam capitur ciuitas, & Sedecias è fuga reducitur ad Nabuchodonoſorem, qui illius oculis erutis, & filijs prius occiſis, cum reliqua plebe miſit regem Babylonem. Ex cap. 39. ad v. 12. Vulg. & 46. Sept. *Hunc annum fuiſſe 11. Sedeciæ ſacra pagina dubitare vetat.*

Cap. 54. Anno 11. commendat Nabuzardan cum reliquis principibus Ieremiam Godoliæ, conſtituto principi reliquiarum. Ex cap. 40. Vulg. & 47. Sept. *Sic ſe res habet.*

Cap. 55. Anno 11. liber iam Ieremias videtur ſcripſiſſe epiſtolam ad abducendos Babylonem, continentem monita de vero Deo colendo, quæ habetur cap. 6. Baruch. *Idem ſentio, cum Torniello, Saliano, Cornelio, Menochio.* Vrbe diruta videtur compoſuiſſe ſuas Lamentationes. *Idem arbitror, vide in Threnos q. 1.*

Cap. 56. Anno 11. menſe ſeptimo, Iſmael occidit Godoliam, & Iohanna collegit reliquias cum Ieremia, vt fugeret in Aegyptum. Ex cap. 41. Vulg. & 48. Sept. *Puto iam fuiſſe tunc annum ineuntem ab Sedeciæ enthroniſmo.*

Cap. 57. Anno 11. menſe eodem, rogant Ieremiam vt pro ſe oret: ille hortatur ne fugiant, niſi velint capi à Nabuchodonoſore in Aegypto. Ex cap. 42. Vulg. & 49. Sept. *Iam vt opinor annus 12. fluebat.*

Cap. 58. Anno 12. qui erat vigeſimus Nabuchodonoſoris, viri ſuperbi nolentes habere fidem verbis Ieremiæ, compulerunt omnes Iudæos ire in Aegyptum vbi in Taphnis prophetat Ieremias vaſtandam Aegyptum per Nabuchodonoſorem. Ex cap. 43. Vulg. & 50. Sept. *Exiſtimo cum Torniello & Saliano, Iudæos in Aegyptum profugiſſe anno 19. Nabuchodonoſoris.*

Cap. 59. Anno 13. qui erat vigeſimus primus Nabuchodonoſoris comminatur Propheta Iudæis exiſtentibus in Aegypto captiuitatem, & regem Aegypti Ephre capiendum, vt captus eſt Sedecias. Ex cap. 44. Vulgati & 51. Sept. Hac

occaſione videtur lapidibus obrutus Ieremias. Quonam anno hoc … cinium ediderit Ieremias, incertum puto, vt monui initio huius lib. …

Anno 15. qui erat vigeſimus tertius Nabuchodonoſoris inuadit … Cœleſyriam, Ammonitas, & Moabitas, & alias gentes, vt prophetau… mias. Ex Ioſepho lib. 10 Antiq. cap. 11. *Annus 15. tranſmigrationis Iechon… cum 22. Nabuchodonoſoris decurrebat.*

Anno 15. eodem Nabuchodonoſor ingreſſus Aegyptum rege … ciſo Amaſin conſtituit, repertoſque ibi Iudæos 745. vt habetur Iere… 30. captiuos duxit Babylonem. Ex Ioſepho, eo loco, inter quos … ruch. Nam Ieremias iam putatur interfectus. *Quoto anno Nabuchodono… ta fuerit Aegyptus*, Vide Ezech. 29.

Anno 16. & 24. Nabuchodonoſoris, qui erat quintus captiuitatis … ma menſis quinti, librum ſcriptum à ſe legit Baruch Babylone coram … & populo vniuerſo, ad flumen Sodi. Baruch 1. *Hunc annum quintum … ſupputandum arbitror, quo Ieruſalem incenderant Chaldæi, vt cenſent Theodoret… Lyranus, & alij multi à me recenſiti Baruch 1. q. 2. num. 2. Tunc circa menſem … riebatur annus 23. Nabuchodonoſoris, qui ferè totus cum anno 16. tranſmigratio… nis congruit.*

## IEREMIAE II. III. &c.

ASſentior Chriſtophoro à Caſtro & Cornelio, qui docent ea, qu… & ſequentibus vſque ad 9. incluſiuè continentur, ad Ioſiæ tempo… nere: nec memini vllum auctorem id inficiari.

## IEREMIAE X.

1. QVæ hoc capite texuntur, ad initium Sedeciæ referenda cenſent … Iſidorus, Caſtrius, Cornelius, eo quod hæc admonitio ad eos … quibus Idololatriæ periculum imminebat, quales erãt ij, qui cum Iechon… ducti fuerant: hinc verſiculus vndecimus eſt Chaldaicus. Fauet Chald… raphraſis, quæ ait hic eſſe exemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias P… ad reliquos ſeniores tranſmigrationis, qui erant Babylone. Quæ Chro… phia probabilis eſt: tametſi quiſpiam dubitare poſſit, vtrum hæc ſcrib… eos, qui iam anno 3. Ioakim cum Daniele & ſocijs eius tranſlati fuerant … lonem.

*Variæ ſunt huius loci interpretationes.*

2. Imò hæc generalius accipi poſſunt, tanquam regula, qua … liceret, vel Idolis inſectandis, vt interpretatur S. Hieronymus, Theodo… retus, Rabanus: vel reſpondendo gentilibus Deos ſuos magnifica… dicantibus, vt S. Thomas, Hugo, Dionyſius exponunt. In hanc ge…

P. H. Phil…
Chron… Vet: Test…
A 1…
17

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

explicationem magis propendet Sanctius hîc numer. 13. quam qui ſequi volet, facilè negabit hæc tradita fuiſſe poſt mortem Ioſiæ, aut tranſmigrationem Iechoniæ, vel Danielis. Ghislerus aliqua tranſmigratis tribuenda concedit: non autem omnia, quæ hoc loco memorantur: ſiquidem in poſteriori parte capitis, Propheta cum ciuibus Ieruſalem agere videtur. Vnde concludit, tam ea quæ hoc capite, quam quæ præcedentibus habentur, dirigi ad ciues Ieruſalem, quos Ieremias præſens alloquebatur. Itaque hæc ad Ioſiæ tempora probabiliter accommodari poſſunt.

## IEREMIAE XI. XII.

INtelligimus, inquit S. Hieronymus, *vel priori prophetiæ & tempori hæc eſſe iungenda, vel certè poſt aliquod temporis interuallum prioris prophetiæ, hunc Domini ad Prophetam factum eſſe ſermonem.* Præcedentia autem Ioſiæ temporibus imputat. Conſentiunt Rabanus & Hugo: Caſtrius autem & Cornelius, licet antecedentia Sedeciæ adiudicent, hæc tamen Ioſiæ malunt attribuere. Ad hunc igitur hæc duo capita reuocanda ſunt. *Sub Ioſia.*

## IEREMIAE XIII. à v. 1. ad 17.

1. QVæ ab initio huius cap. vſque ad verſ. 17. incluſiuè habentur, ea ſub vltima Sedeciæ tempora contigiſſe refert S. Hieronymus, & hanc de lumbari actionem non niſi imaginariam fuiſſe ait, cui Lyranus & Vatablus aſſentiuntur. *1. Interpretatio.*

2. Alij verò, iuxta communem ſacræ ſcripturæ exponendæ rationem, quæ hic de lumbari narrantur, reapſe geſta putant: ſiquidem nihil obſtat, quo minus verba huius narrationis propriè, vt ſonant, intelligantur. Ita Theodoretus, S. Thomas, Iſidorus, Dionyſius, Maldonatus, Caſtrius, Sanctius, Cornelius in hoc cap. Salianus anno m. 3432. Ioakimi 7. Vnde colligimus hanc prophetiam vltimis Sedeciæ temporibus non eſſe tribuendam: tunc enim ſi Ieremiæ, vſque in Anathoth ire non licebat; multo minus vſque ad Euphratem ſemel ac iterum peregrinandi poteſtatem habebat. *2. Interpretatio verior.*

3. Quocirca vaticinium hoc, per cingulum putrefactum, & laguunculam inebriantem, ſub Ioakimo factum videtur, quando & ad Euphratem tutum iter patebat, & plures è ſtirpe Dauidica reges erant, nempe Ioakimus & Iechonias in regni conſortium à patre aſſumptus, vt alibi annotaui, & inſinuat Ieremias hic ver. 13. *Hæc dicit Dominus: ecce implebo omnes habitatores terræ huius, & reges, qui ſedent de ſtirpe Dauid, ſuper thronum eius.* Nullum autem regni ſocium habuit Sedecias, Sanctius hic poſt numer. 32. putat S. Hieronymum ſuam de lumbari *Hæc ſub Ioakimo facta ſunt.*

ſententiam mutaſſe, & exiſtimaſſe Ieremiam reuera Babylonem [illegible] ibi lumbare ipſius computruiſſe, cùm in commentarijs huius cap. [illegible] re videatur, & pleraque eorum, quæ in prooemio ad Oſeam [illegible] locis corrigat, vbi de illis rebus accuratius aut ſcripſit, aut cogitauit [illegible] nim prooemio, negarat Iſaiam nudum inceſſiſſe, quod tamen [illegible]

## IEREMIÆ XIII. v. 18.

*Quidã hic Iechoniam & matrẽ eius intelligunt.*

1. Dic regi & Dominatrici: id eſt, Iechoniæ & matri eius [illegible] Hieronymus hic, Rabanus, S. Thomas, Hugo, Dionyſius, Sa, [illegible] nim regijs ornamentis ſpoliati, Babylonem deportati ſunt, vt [illegible] v. 15. vbi de Nabuchodonoſore dicitur: tranſtulit quoque Ioachin [illegible] nem &c.

*Alij Sedeciam & vxorẽ eius probabilius.*

2. Alij hæc ad Sedeciam & vxorem eius reginam applicant, [illegible] Dominatrice Babylonem abductus eſt, vt tunc ciuitates Iudæ, [illegible] tribuum comparatione, auſtrales erant, clauderentur, & perfecta [illegible] tio, vt Vates minabatur v. 19. *Ciuitates Auſtri* clauſæ ſunt, & non eſt [illegible] translata eſt omnis Iuda, tranſmigratione perfecta. Ita Chaldæus, [illegible] ſtrius, Cornelius.

*Alij hærẽt dubij.*

3. Alij denique de huius vaticinij tempore, dubij hærent, vt [illegible] diſertè ait, nihil ſibi certum, neque ad illud tempus cognoſcendum [illegible] vllam coniecturam eſſe: Maldonatus, Mariana, Menochius tantum [illegible] allatas opiniones recenſent, & rem in medio relinquunt.

## IEREM. XVII. XVIII. XIX. XX.

*Dubia sũt hic rationes tẽporũ.*

CHriſtophorus à Caſtro cap. 17. Ieremiæ conijcit in annum [illegible] put autem 18. ad annum primum Sedeciæ. Idem Caſtrius [illegible] Chronotaxeos, ea quæ Ieremias cap. 19. & 20. ſuæ prophetiæ [illegible] Sedeciæ attribuit: at verò in argumento cap. 19. Ieremiæ [illegible] tationem eſſe Abulenſis 4 Reg. q. vlt. quia Ioſias, qui contaminatus [illegible] non permiſiſſet Ieremiam tam diu male tractari, neque in [illegible] tum ſubiungit: *ſed qua peculiari ratione ductus fuerit, vt ad hæc tempora* [illegible] *kim, non retulerit, non video.* Vnde patet Caſtrium de huius [illegible] dubium fuiſſe. Sed nec ego auſim vni potius horum duorum [illegible] teri imputare.

## IEREM. XXI.

*Tẽpus huius prophetia in cõmuni.*

SEdecia regnante, & Chaldæis Ieruſalem oppugnantibus, hanc [illegible] dem indubitatam facit v. 2. & 3. Ad annum Sedeciæ 10. refert [illegible] Cornelius: Theodoretus autem hoc monitum generale ſuggerit [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rrò, prophetias non ex ordine poſitas eſſe. Hoc enim loco, prophetiam texit eorum, quæ re-mante Sedecia geſta ſunt: paulo poſt autem, quæ temporibus Ioakim & Iechoniæ accide-runt, qui regnarunt ante Sedeciam.* Hoc ipſum monent Cornelius, Mariana, Me-nochius, ac bene addunt, prophetiam huius capitis diu poſt præcedentes edi-tam eſſe, Illæ enim diu Chaldæorum aduentum anteceſſerunt: hæc iſtis vrbem oppugnantibus edita eſt.

## IEREM. XXII. XXIII.

PRophetiam cap. 22. à ver. 1. ad 9. nonnulli de Sedecia interpretantur, vt S. Hieronymus, Rabanus, Iſidor. Hugo, Dionyſius, Maldonatus, Caſtrius: ad Ioakimum autem plerique remittunt, quæ à ver. 9. vſque ad 24. referuntur: quæ hîc conſcripta ſunt, ita connexa apparent, vt vnum ex alio fluere vi-deatur. Eſt Caſtrij, Cornelij, Sanctij, Saliani anno m. 3425. numer. 25. quibus aſ-ſentior. Quod enim ſub initium regni Ioakim hæc denunciata ſint, ſubindi-cant verſiculi 10. & 11. vbi Judæis dicitur, vt plangant non Joſiam haud ita pridem mortuum, ſed Joachazum ſiue Sellum, qui in AEgyptum abductus e-rat. Et ratio additur: *quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis ſuæ.* Et verſ. 18. *Hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Ioſiæ regem Iuda: non plangent eum: væ frater, væ ſoror &c. Sepultura aſini ſepelietur.* Hic enim de re futura eſt ſer-mo, quæ Sedecia ad regni gubernacula reſidente, iam præterierat.

*Hæc nō ad Sedeciam ſed ad Ioakim refe-runtur.*

Cap. 22. verſ. 24. *Si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu &c.* Hæc & ea quæ cap. ſeq. attexuntur, Jechoniæ poſt parentis interitum regnan-te, minatum Jeremiam putant. Caſtrius, Cornelius, quod eſt valde probabile, non tamen certum: potuit enim S. Vates, hæc iacula viuo adhuc Joakimo in Jechoniam contorquere.

## IEREM. XXIV. v. 1.

1. *OStendit mihi Dominus, & ecce duo calathi, pleni ficis, poſiti ante templum Domini.* Hanc viſionem Jeremiæ diuinitus oblatam, Sedecia regnan-te, abducto Babylonem Jechonia, ſacer textus dubitare vetat, dum iſtos cala-thos Prophetæ oſtenſos ait, *poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda.* Vnde bene Sanctus Hieronymus: *ſimpli-cem, inquit, & veram ſequamur hiſtoriam, quod bonorum ficorum calathum di-cerit Iechoniam, qui ſe Ieremiæ conſilio & imperio Dei tradiderat regi Babylonio, cui & proſpera Dominus pollicetur: malorum autem Sedeciam, qui contradicens ſenten-tiæ Dei captus ſit.* Quod ipſum ſacra pagina clarè pandit, & ſacri interpretes admonent.

*Hæc ad Sedeciam.*

2. Hanc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Hancprophetiam anno 1.Sedeciæ tribuunt Caſtrius & Corn[...]
video,quid in contrarium opponi poſſit. Enthroniſmum autem Sedec[...]
nelius inſcribit anno ante Chriſtum 602. Salianus 617. Petauius [...]
rem Chriſti epocham 599. Ego 601.

---

## IEREM. XXV. v. 1. 3. 11. 12.

*Duæ interpretationes huius loci.*

1. IN *anno quarto Ioakim filij Ioſiæ.* Quæſtionem hic mouent interpr[...]
modo in annum 4. Ioakimi, primus Nabuchodonoſoris incider[...]
Danielis 1. dicatur: *anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor [...]*
*lonis in Ieruſalem & obſedit eam?* Quem nodum varijs modis ſolui poſſ[...]
huius loci expoſitores. 1. ſi dicatur Nabuchodonoſor veniſſe Ieroſ[...]
ſecundo regni ſui currente: Ieremias autem hanc prophetiam tradid[...]
primo Nabuchodonoſoris completo, fluente Ioakimi, quarto. 2. [...]
anno tertio Ioakimi labente Nabuchodonoſorem regnare cœpiſſe: [...]
potuerit priore anni primi parte Ieroſolyma veniſſe; poſteriori vero [...]
iſta prophetaſſe, cum iam annus quartus Ioakimi inijſſet.

*Reijciũtur*

2. Vtrumque hunc computandi modum, in Scriptura quando[...]
pari certum eſt: ad hunc tamen locum, arbitror neutrum applica[...]
Nam ex Beroſo narrat Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 11. Nabuchodonoſ[...]
niorem cuius hic fit mentio, Satrapam Ægypto, Cœleſyriæ, Phœnic[...]
ctum viuo adhuc parente, in ſuam poteſtatem redegiſſe eaſque pro[...]
cuperaſſe, ſubaudi anno 3. Ioakim, quo geſta ſunt, quæ initio Propheta[...]
lis referuntur: paulo poſt Nabuchodonoſoré accepto de morte pa[...]
cio, Babylonem regreſſum & regno paterno potitum, anno nempe [...]
quarto. Itaque Nabuchodonoſor anno Ioakimi 3. parentis ſui Leg[...]
dit Ieroſolyma: anno 4 paternum accepit imperium.

*Initiũ regni Ioakim.*

3. Ioakimi enthroniſmum ad finem anni ante æram Chriſti 6[...]
quartum eiuſdem regis annum, auſpicor anno ante eandem æram [...]
mum vero Nabuchodonoſoris anno 608. priuſquam annos Ioakim[...]
expiraret. Quæ computatio, adamuſſim cum S. Hieronymi doctr[...]
locum congruit. *Quarto,* inquit, *anno regis Ioakim filij Ioſiæ, patris Iechon[...]*
*chodonoſor in Babylone ſuſcepit imperium: atque ita factum eſt, vt annus quar[...]*
*Nabuchodonoſor, in Babylone, quartus eſſet in Ieruſalem regis Ioakim.* Vide q[...]
nis Nabuchodonoſor diſputabam, 4. Reg. q. 10. præſertim num. 5.

## CAP. XXV. v. 3.

*Annus 23. Ieremiæ prophetãtis eſt 4. regni Ioakim.*

A *Tertio decimo anno Ioſiæ, filij Amon regis Iuda, vſque ad diem hanc, i[...]*
*vigeſimus annus.* Hunc locum perſpicuè ſic interpretatur S. Hier[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertiodecimo anno Ioſiæ regis, qui regnauit in Jeruſalem annos triginta & vno, Jeremias prophetare exorſus eſt, & prophetauit ſub eo annos decem & nouem, cui ſucceſſit in regnum filius eius Joachaz, quo ſtatim ducto in captiuitatem, à Nechao rege Ægyptiorum regnum obtinuit Joakim frater eius, in cuius regni quarto anno, iſte ad Ieremiam fit ſermo Domini: ac per hoc vigeſimustertius annus erat Ieremiæ prophetæ. Eundem numerum exhibet Maldonatus, Menochius, Mariana hic Sanctius Ieremiæ 36. numer. 1. non tamen ſine errore graphico, vbi 11. pro 13. & 10. pro 12. ponuntur. Si annis Ioſiæ 131. aliquid demeretur, non eſſet legitima iſta computatio: multo vero minus approbari poſſet illa, qua idem S. Doctor in cap. 4. Ezechielis, à ſubuerſa Samaria vſque ad excidium Ieroſolymitanum, annos 135. enumerat.

Verſ. 11. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes iſta regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Non eſt ſenſus, quod Iudææ deſolatio omnium que ac ſingularum gentium paulo ante recenſitarum ſeruitus totos 70. annos; ſed quod vſque ad annum ſeptuageſimum ſeruitutis Babylonicæ, duratura ſit. Quædam enim gentes annos 70. Chaldæis ſeruierunt, aliæ verò tardius quidem ſeruire cœperant, ſed iugum vſque ad finem horum ſeptuaginta annorum pertulerunt, vt hic notat Cornelius, & illuſtrat ſimilibus loquendi formulis, ex Exodi 12. v. 40. Iudith 16. v. 28. Quæ latius deduxi 2. Paralip. q. 4. & ſequentibus. *Anni 70. ſeruitutis Babylonic.*

Verſ. 12. *Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam.* Id eſt, ſicut Ieruſalem poſt 70. annos recipiet priſtinos habitatores: ſic imperium Babylonicum, Medis, Perſiſque venientibus, deſtruetur, vt explicat S. Hieronymus. Hinc factum, vt eodem tempore, & Iudæorum laxaretur captiuitas, & Chaldæorum frangeretur potentia, nempe anno 1. Cyri Babylone imperantis. *Eodẽ tẽpore captiuitas Babylonica & imperium Chaldæorũ finiuntur.*

---

## IEREM. XXVI. & XXVII.

QVæ cap. 26. comprehenſa ſunt, ſub exordium regni Ioakim contigiſſe ipſe Vates clarè docet v. 1. De cap. autem 27. difficultas eſt.

## QVÆSTIO III.

### *Quando contigerint, quæ tradit Jeremias cap. 27.*

1. PRima interpretatio eſt eorum, qui hæc in Ioakimi primordia conijciunt, vt Chriſtophori à Caſtro, & Cornelij. Probatur *primò*: quia nullus eſt, inquit Caſtrius, qui non incipiat cap. 27. ab illis verbis: *In principio regni Ioakim.* *1. Opinio. Arg. 1.*

Sic enim exordiuntur 70. Chaldæus Paraphraſtes, Vulgatus, cum
*Arg.* 2. terpretibus. Probatur *ſecundò*. Non ſolet alibi Scriptura poſt tam
rationem, quanta cap. præcedenti, de Michæa, & Vria conte
quod initio præmiſſum fuerat. Ergo verba iſta: *in principio regni Ioa*
*Arg.* 3. runtur ad præcedentia, ſed ad ea, quæ hoc 27. capite ſcripta ſunt. Ita
iſtud, *dicendo*, ſiue *dicens* connectit præcedentia cum ſequentibus,
verborum complexione. *Fac tibi vincula & catenas.*

*Cautio hic adhibĕda.* 2. Hæc opinio probabilis eſt: quam qui ſequi volet, fate
primum huius capituli verſiculum, nec in translatione 70. Sixti,
editionę Francofurtenſi extare; ſed maiorem eſſe Latini & Hebræ
ctoritatem, qui eum verſiculum repræſentant. Deinde aſſeret,
ciendi catenas datum Ieremiæ, ſub Ioakim; executionem verò perfe
decia abſolutam. Denique Prophetam ipſos 14. annos, aut per
continenter portaſſe catenas, donec legati, de quibus hic eſt ſermo,
ciam venirent.

*2. Opinio magis expedita.* 3. Altera verò ſententia, quæ mihi magis expedita videtur, prop
catenis incipit ab illis verbis: *Hæc dicit Dominus ad me: fac tibi vincula*
autem primum huius capitis, ad præcedens vaticinium remittit.
S. Hieronymus, Rabanus, Lyranus, Hugo, Dionyſius, Maldonatus, S
rius in hunc locum, Torniellus ad ann. m. 3439. numer. 4 Salianus
*Prob.* 1. num. 21. ann 3439. num. 11 quibus aſſentior, referentibus hoc ad
deciæ: quia hæc explicatio ad vulgatam editionem magis accom
tur, nec ab Hebræo fonte, nec à translatione 70. recedit. Sic enim
pheram alloquitur: *Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo, &*
*regem Edom &c. in manu nunciorum, qui venerunt Ieruſalem, ad Sedeci*
In Hebræo & Græco eſt, *venientium.* Ergo nuncij iam venerant,
Reſpondent nonnulli, hoc loco præteritum *venerant*, pro futuro
poſitum, vt plerumq; apud Prophetas contingit. Verum huius
nem, neſcio quam afferre poſſint: ſed pro conceſſo accipiunt, quod
nem vocatur. Alibi id fieri certum eſt; ſed tunc ſolùm, quando
phraſis, aut orationis contextus exigit: hîc autem nihil eſt, quod
poris enallagen inſinuet. Vide notas Aggæi 2. v. 1.

*Prob.* 2. 4. Adhæc, ſi regnante Ioakim, Deus hæc mandata dedit Iere
etiam reuelauit Sedeciam regem futurum: quod qui aſſerit, proba
tro ſibi impônit. Denique ſi quæratur, quare meliores codices 70.
quales ſunt Sixtini, hoc loco, quartũ annum Ioakimi non exprim
dent prioris ſententiæ patroni, eos codices, ſicut & illum, quo S. Hi
vtebatur. *fuiſſe diminutos & erroribus refertos*, vt ſcribit Caſtrus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

partis propugnatores ſuauius dicunt potuiſſe quidem Septuaginta particulam iſtam de anno 4. Ioakim attexere : iure tamen omiſiſſe, tanquam minus neceſſariam, quandoquidem ea prius appoſita fuerat, eaque omiſſa nihil de claritate, nihil de vero Scripturæ ſenſu detrahitur. Confirmat Salianus ex initio capit. ſequentis, vbi legimus : *Et factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda*, quo in loco ait *annum illum* vocari, eundem ipſum annum in quo præceptum datum eſt, de catenis conficiendis, & portandis.

5. Ad *primam* rationem prioris ſententiæ dici poteſt. 1. in quibuſdam exemplaribus illum verſiculum non haberi, nempe in Septuaginta Sixti & Græcis Francofurtenſibus. 2. Etiamſi omnes codices caput 27. illis verbis aperirent : id tamen non obſtaret, quo minus quartum illum Ioakimi annum, ad præcedentis capitis prophetiam reducere poſſimus, idque ex vſu Scripturæ. Nam initium cap. 12. Geneſeos ex grauiſſimorum auctorum ſententia, pertinet ad narrationem de diſceſſu Thare & Abraham ex Chaldæa, capite 11. præmiſſam. Imò apud Ieremiam idem cernere eſt cap. 51. verſ. 59. qui ſic habet: *Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ, filio Neriæ filij Maaſiæ, cum pergeret cum Sedecia in Babylonem in anno quarto eius*. Hunc enim verſiculum etiam prioris opinionis aſſeclæ ad ea quæ cap. 50. deſcribuntur, ſpectare docent. Itaque minimè abſurdum eis videri debet, quod verſiculus primus cap. 27. ad præcedentis capitis oraculum reuocetur. Vnde patet *ſecundam* rationem, non eſſe efficacem. *Ad 1. & 2. primæ opinionis.*

6. Adhæc, quod initio capitis 27. quædam repetantur, quæ in exordio capit. 26. præmiſſa fuerant, non pugnat cum vſu & conſuetudine ſacrorum eloquiorum. Nam Iud. 18. verſiculus primus hanc ſententiam exhibet: *In diebus illis non erat rex in Iſrael.* Quæ ſententia repetitur initio cap. 19. in Hebræis codicibus : in alijs ad calcem cap. 18. Imo Caſtrius, verba illa, *& factum eſt in anno illo*, quibus Latinus & Hebræus capit. 28. aggreditur, retrahit ad id, quod cap. 27. præceſſerat. Prima item verba capitis 31. ad caput præcedens plerique referunt, vt ibidem annotabo; ac proinde negari non poteſt, quin alicuius capitis principium ad præcedens referri poſſit : nec aliud prætendunt auctores ſecundæ ſententiæ. *Regula notanda.*

7. Quod *tertio* argumento proponebatur, iure negari poteſt : neque enim verbum illud *lenior, dicendo*, ſiue *ad dicendum* cum præcepto de vinculis ἀμέσως coniungitur. Nam hęc verba intercedunt: *Hæc dicit Dominus ad me*. Quę verba, ſubſequens de vinculis mandatum reſpiciunt : verbum autem *lenior*, dicendo, præcedentia in memoriam reuocat, & ad annum 4. Ioakim ſpectat. Videtur quidem Saliano, illo num. 21. hoc negotium, vnius vocis commutatione cōponi poſſe, ſi videlicet pro Ioakim, ſubſtituatur Sedecias, hoc modo: *In prin-* *Ad 3.*

*cipio regni Sedeciæ regis Iuda.* Ego verò nullam hic mutationem adm
cenſeo.

*Quamdiu Ieremias cœperit geſtare catenas.*

8. Caſtrius ad cap.21.verſ.1. §. Ad tertiam, dum reſpondet argu
cundæ ſententiæ, ait Ieremiam veras catenas portaſſe, *ab initio regni*
*totos vndecim annos & plures, vſque ad id tempus, quo venerunt legati ad*
*continuo, vel cum ſpiritus adigebat.* Attamen eiuſdem capitis comm
concludit: *Cœpit ergo Ieremias geſtare vincula & catenam, anno 1. Sedeciæ,*
*ad reges, per legatos, & geſtauit vſque ad annum 4. quo ſunt confracta ab Hana*
meo iudicio probabilius hæc omnia ad annum 4. Sedeciæ, ab au
cundæ ſententiæ reuocantur.

## IEREM. XXVII. v.7.

*Nabuch. & filio & nepoti.*

1. *Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Eorum
non probo, qui vt Caſtrius hunc locum explicat, volunt primum
Nabuchodonoſorem illum, quem Ptolemæus Nabopolaſſarum voc
dum Euilmerodach, tertium Baltaſſarem. Nam vt alibi ex ipſo Pto
lijſque monui, Nabopolaſſarus, non peruenit ad annum regni
mum, imò tantum 21. annos ei tribuit Beroſus: parens autem Euilm
minimum 43. annos imperauit.

*Diuerſi fuerunt Euilmerodach & Baltaſſar.*

2. Nec ijs aſſentior, qui Euilmerodach à Baltaſſare non diſting
enim communis auctorum ſenſus non patitur, vt patebit ex ijs quæ
ſucceſſoribus Nabuchodonoſoris afferam in Proph. Danielis. Hic
uerto 1. Prophetam denunciare Nabuchodonoſoris imperium non
petuum, vt notat S. Hieronymus, nec fortè his verbis aliud intendiſ
quod refertur 2. Paralip. 36. v. 20. *Si quis euaſerat gladium ductus in Baby*
*uit regi & filijs eius, donec imperaret rex Perſarum, & compleretur ſermo Do*
*Ieremiæ.* Aduerto ſecundo, eum ſatis ſtrictè hæc verba interpretatur
xerit, nihil aliud ijs ſignificari, quam fore, vt imperium Babylon
tantum ad Nabuchodonoſoris filium, ſed etiam ad aliquẽ nepotum
ueniret, ſiue poſtea hic tertius hæres, ſiue alius ſucceſſor, à Cyro fue

## IEREM. XXVIII. v.1.

ET *factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in an*
*menſe quinto, dixit ad me Hananias filius Azur,* &c. Ita Latinus & H
Septuaginta vero Seniores cap. 35. ita hunc locum tranſtulerunt:
*in quarto anno Sedeciæ regis Iuda, in menſe quinto, dixit mihi Ananias filius*
*do propheta.*

## QVAESTIO IV.

## *Quando hæc diſceptatio inter Ieremiam & Hananiam acciderit.*

1. CONtrouerſiæ præſentis cardo in eo vertitur, quod non appareat, quomodo hoc verbum dicatur factum *in principio regni Sedeciæ*, & ſimul in *anno quarto*. Qua de re quatuor opiniones reperio. *Prima* eſt hanc prophetiam contigiſſe, anno primo, ſiue initio regni Sedeciæ, eundem annum fuiſſe quartum annalis hebdomadę, ſiue ab anno Sabbatico, quem Hebræi quartum Semitę appellant. Probatio ſumitur ex Chronologia, quæ annum primum Sedeciæ, cum quarto Semitæ componit, ſuffragante antiqua Hebræorum traditione, qua [illegible]uerſio ad anni Sabbatici finem refertur, vt patet ex ſequenti laterculo. *Status quæſt.* *Opinio 1.* *Probatur.*

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Anni Sedeciæ. | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8. | 9. | 10. | 11. |
| Anni Semitæ. | 4. | 5. | 6. | 7. | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. |

Ita hunc locum interpretatur Vatablus, Scaliger, Capellus, probatque ex Seder Olam, vbi Ioakim in medio *Iubilei*, migraſſe dicitur: putat tamen Capellus an. m. 3400. legendum in medio *hebdomadis*. Conſentit Sethus, dum hoc Ieremiæ cum Hanania certamen, anno 1. Sedeciæ adſcribit. Quam interpretationem nonnulli ex Orthodoxis admittũt, vt Cornelius, qui aliorum ſupputationem refert, aſſerentium annum 15. Ezechiæ fuiſſe Sabbaticum, inde vſque ad primum Sedeciæ fluxiſſe annos 116. qui per 7. diuiſi, dant 16. annorum hebdomadas & annos 4.

2. Verum hæc opinio potentes habet aduerſarios, nempe omnes ſequentiũ interpretationum aſſeclas, cum Lyrano, ac in primis ipſos 70. Interpretes, qui disertè tradunt Hananiam, ea quæ hoc capite narrantur, anno 4. Sedeciæ locutum ad Ieremiam. Enimuerò, licet annus primus Sedeciæ fuerit quartus Semitæ: non tamen idcirco hæc prophetia ad annum primum Sedeciæ debet applicari, obſiſtente 70. Seniorum auctoritate, qua id quod in Hebræo obſcurum erat, ſic illuſtrarunt, vt clarè teſtarentur, hanc Ieremiæ cum Hanania diſceptationem, anno 4. Sedeciæ habitam. *Contra r. opinionem.*

3. Supputatio quam ex alijs refert Cornelius, vitio non caret, vndecumque tandem id proueniat. Si enim annus decimusquintus Ezechiæ fuit ſabbaticus, debet ab illo 116. annorum numero excludi: ſic autem reliqui erunt, anni Ezechiæ 14. Manaſſæ 55. Amon 2. Ioſiæ 31. Ioakim 11. Sedeciæ 1. ex quibus non niſi 114. colliguntur; qui ſi in 7. diſtribuantur, dabunt 16. annorum hebdomadas, & annos 2. Itaque ſi annus 15. Ezechiæ fuit Sabbaticus; primus Sedeciæ erit alter, non quartus à Sabbatico. *Contra ſupputationem illius.*

*Alia ſuppputatio melior.*

4. Mihi anno ante æram Chriſti 717. aperitur decimusterti[illegible]
in autumno ſabbaticus: anno verò ante eandem æram 601. initium [illegible]
ciæ conſtituo, & menſe Tiſri annum 4. Semitæ ineuntem puto, [illegible]
ctrinam, quàm ſub finem libri Deuter. de annis ſabbaticis ſecutus [illegible]
tione in eam computationem inductus. Annum ſecundum Darij [illegible]
templi inſtauratione nobilitatum, anno ante Chriſti æram 520. [illegible]
locis animaduerti, vt patet ex notis ad 1. Eſdræ 4. v. 24. numer. 1. A[illegible]
vſque ad iſtum annum Darij ſecundum, Scriptores, auctoritate, [illegible]
numero inſignes, annos 70. computant, Clemens Alex. Euſebius, [illegible]
mus, Auguſtinus, Iulianus Tolet. Nicephorus Conſt. Theodoretus [illegible]
Beda, Ado, Marianus, Schafnaburgenſis, Freculphus, quos laudau[illegible]
ſum 2. Paralip. q. 6. num. 6. Taceo recentiores, Riberam, Caſtrium, [illegible]
uerſio Ieroſolymitana mihi incidit in annum ante Chriſti Epocham [illegible]
annus vndecimus Sedeciæ, & Sabbaticus abſoluebatur: atque ita [illegible]
primum Sedeciæ in quartum ſemitæ incurriſſe. Præſens autem nego[illegible]
miæ cum Hanania anno 4. Sedeciæ contigiſſe, nec Latinus nec He[illegible]
gat, ſed potius annuit: Septuaginta verò Seniores, ne dubitandi locu[illegible]
ret, diſertè affirmant.

*Interpretatio Auctoris.*

5. Quocirca, annum quartum cuius hic mentio habetur, puto [illegible]
quartum ſemitę, ſiue requietis, licet in primum Sedecię incide[illegible]
ſtimo recipiendam eſſe 70. Seniorum translationem, Latinæ & He[illegible]
tioni non aduerſantem, tum quia rationi valde conſentaneum eſt, [illegible]
Scripturæ expoſitione, *inſpiciamus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel* [illegible]
*fieri conſueuit*, vt in materia iuſtitiæ fieri aſſolet. Plerumque autem, [illegible]
ſemper, notandis prophetijs & ſacris hiſtorijs digerendis, anni reg[illegible]
antur, & in dubijs, 70. interpretum auctoritas minimè contemn[illegible]
autem Semitæ, in diuinis literis, ad certas temporum notationes [illegible]
hibeantur. Quod ſi forte alicubi factum fuerit; huic tamen loco co[illegible]
putarem, ſicut *ea quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotijs computan*[illegible]
igitur quæſtio, quid ſibi velit iſtud: *in principio?* quod ſequentibus [illegible]
explicandum.

*Opinio 2. valde incerta.*

6. *Secunda* opinio eſt Rabbi Salomon, cui ſubſcribunt Lyranus [illegible]
cum, & nonnulli alij, annum quartum Sedeciæ dici principium [illegible]
non tunc primum initi, ſed à rege Babyloniæ confirmari, *quando Nab*[illegible]
inquit, *præfecit eum quinque regibus*, nempe vt eorum tributum coger[illegible]
interpretatio eſt valde incerta, cum non conſtet de tributo ab illis [illegible]
uendo, nec appareat ratio, cur Sedecias rex antea à Chaldæo conſti[illegible]
tempore confirmari debuerit, aut noua annorum illi æra recudi [illegible]

ait, illam Rabbi Salomonis interpretationem, *natam eſſe è Rabbinorum cerebro, quibus familiare eſt, cum emergere è difficultate non poſſunt, aliquid confingere, à quibus ſi rationem exquiras, quid reſpondeant, nihil promptum habent, niſi fabulationem.*

7. Tertia opinio eſt eorum, qui cenſent, prima huius capitis verba: *Et factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda,* denotare annum 1. Sedeciæ & ſpectare ad præcedentis capituli prophetias: ſequentia autem, *in anno 4. in menſe quinto,* eſſe initium narrationis de Hanania, & intelligenda de anno 4. non ſeptimæ, ſed regni Sedeciæ. Ita Caſtrius, & ex parte Sanctius. Probant; quia ſeptuaginta, Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, nulla de principio regni Sedeciæ facta mentione, res cum Hanania geſtas, ad annum 4. Sedeciæ referunt. At reſponderi poteſt, apud 70. in Hieronymi, Rabani, Theodoreti commentariis nullam fieri mentionem principij Sedeciæ, quaſi ab anno 4. illius diſtincti, ſed omnes huius & duorum præcedentium capitum prophetias, conijci in annum 4. vel Ioakimi, vel Sedeciæ. Sic iſtorum trium patrum auctoritas tertiam opinionem refutat, quartam propugnat. Deinde ſi hæc opinio eſſet vera, textus Latinus & Hebræus corrigendus eſſet, quia principium regni Sedeciæ, & annum 4. eiuſdem, vna eademque verborum periodo comprehendit, & cum facinore Hananiæ coniungit. *Opinio 3. non placet.*

8. Quartam igitur opinionem ſequor, quæ retinet inuariatam Hebræi textus & Latini lectionem, prout eſt apud S. Hieronymum, & in editione vulgatæ Sixti V. hoc modo: *Et factum eſt in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Hananias,* ita vt mentio anni quarti, ſit modificatio eius, quod præceſſerat, *in principio regni Sedeciæ*, q.d. non omnino in principio fuit, erat enim iam annus quartus: ſed vocatur principium, quia vndecim annis regnauit. Ita Mariana hunc verſum exponit, aſſerens hanc interpretationem eſſe planiſſimam, cæteras violentas videri. Idem cenſet Emmanuel Sa, dum hic ſubaudit particulam *nempe*, vt ſenſus ſit: in principio regni Sedeciæ, nempe anno 4. illius. Idem eſt ſenſus S. Hieronymi, qui tum in textu, tum in commentario, deſcribit primum huius capituli verſum, prout illum iam exhibet Vulgata editio, tum ſubiungit: *Fit autem ſermo Domini ſub rege Sedeciæ, in anno quarto regni eius, & in menſe quinto: necdum Propheta Ezechiel vaticinante in Babylone.* Vnde apparet S. Doctorem annum 4. Sedeciæ non diſtrahere ab illo principio, cuius ibi fit mentio. Conſentit Hugo, Dionyſius, Maldonatus, hic, & Salianus ad annum m. 3439. numer. 17. admittit Torniellus ibidem numer. 4. & Sanctius ad huius capitis initium: nec meliori modo cum editione Vulgata conciliari poſſunt Septuaginta. *Conclusio.*

9. Solum

*Explicatur concluſio.*

9 Solum eſt difficultas; quomodo annus 4. Sedeciæ, dici poſſit
regni illius? qua de locutione bene philoſophantur Sanctius, Salm
qui aduertunt ſpatia quælibet temporum, ſolere in tres partes diui
pium, medium, finem: quæ tertiam partem totius interualli non e
principium vulgari modo referri. Quintus autem menſis (cuius
Ieremias) anni 4. Sedeciæ, ad tertiam partem temporis, quo regna
tingit. *Quemadmodum*, inquit Sanctius, *nemo improbaret hãc locutionem, ſi*
*octauo Sedeciæ anno, in fine illius regni contigiſſe diceret: ſic neque quam*
*ſi in principio factum arbitrere, quod poſt tres annos & menſes à princip*
*eſt*. Simili loquendi modo vtitur Caſtrius in Chronotaxi huius li
*Anno*, inquit, *ſecundo vel tertio in principio regni Sedeciæ prophetat* &c. Si
Sedeciæ, principium regni eius vocare licet: non video, cur ad ann
deſinentem hæc locutio extendi non poſſit: hic enim non rigore M
ſed libertate vulgari agimus.

## QVÆSTIO V.

## *Quorſum referatur menſis quintus cuius fit mentio.*

*Concluſ. 1.* 1. AD annum ſacrum Hebræis vſitatum refero: cum enim alibi
Scriptura notati ad annum ſacrum referri ſoleant; non eſt,
more conſueto recedamus. Quare non aſſentior illis, qui hunc men
tum à die enthroniſmi Sedeciæ computant: ſed exiſtimo hunc men
tum eſſe eum, qui Iudæis Ab vocatur, cuius die decima,
Nabuzardan. Ierem. 52. v. 12.

*Concluſ. 2.* 2. Exiſtimo etiam, illam orationis particulam *in illo anno*, com
ad ea, quæ præcedenti capite deſcribuntur, q. d. illo anno, quo
mias vincula & catenas quinque regibus mittendas fecit, ac ſibi
ſacra vaſa templi Babylonem transferenda prædixit, illo inquam,
non procul ab initio regni Sedeciæ diſtabat, erat enim quartus men
rente, *dixit ad Ieremiam Hananias*, &c.

*Reſp. 1.* 3. Dices: Sedecias anno 4. regni ſui Babylonem profectus eſt. Iere
59. Legati verò quinque regum poſt eius reditum, Ieroſolymam ve
tur; & tum Hananias Ieremiæ negotium faceſſiuit: quomodo
menſe anni ſacri hoc fieri potuit? Reſp. 1. Certum eſt ex loco
ciam non prius Ieroſolymis mouiſſe Babylonem, quam annus
quartus iniret, nec eſt valde probabile, poſt reditum Sedeciæ
iſtos ei præſto fuiſſe; ſed aliquanto poſt, à ſuis regibus ablegatos;

Sedeciæ regreſſu conſtaret. Sic Sedecias exiguo temporis ſpatio, è Iudæa Babylonem iuiſſet, & negotijs ibidem confectis, domum reuertiſſet, in eorum ſententia, qui annos Sedeciæ a Niſan auſpicantur.

4. Reſpon. 2. Si legati ante Sedeciæ diſceſſum adfuerunt, rationes temporum difficultate carent: ſic enim illo ipſo menſe quinto anni ſacri, quo Sedecias annum regni quartum inchoabat, (aut forte menſe præcedente inchoarat) Ieremias præſentibus legatis, qui prius aduenerant, vincula induerit. Hananias eadem confregerit. Tum nuncijs per otium expeditis Sedecias iter ſuum adornauerit, & confecerit anno regni ſui quarto currente. Quæ explicatio mihi cæteris anteponenda videtur. *Reſp. 2.*

5. Si poſt reditum Sedeciæ legati aduenerunt, menſis iſte quintus annum quartū Sedeciæ claudebat; vel certè annus iſte vſualis dicebatur quartus Sedeciæ, eo quod priori parte anni vſitati currente, pars vltima anni 4. Sedeciæ labebatur; poſteriori, quintus emergeret, eo ferè modo, quo annus 112. Iulianus, æræ Chriſti 67. Capitone & Rufo Coſſ. modo tertius decimus, modo decimus quartus Neronis appellatur, quia priori parte anni iſtius Iuliani fluebat decimus tertius Neronis; poſteriore decimus quartus, vt dixi Introd. cap. 18. *Reſp. 3.*

## IEREMIAE XXVIII. v. 17.

ET *mortuus eſt Hananias in illo anno, menſe ſeptimo.* Annum illum intelligo Hebræis vſitatum, à Niſan inceptum, ac proinde Hananiam interijſſe, altero menſe, à morte ſibi per Ieremiam denunciata: ſeptimo vero menſe anni ſacri, qui appellatur Tiſri, ſiue tunc curreret adhuc annus quartus Sedeciæ, ſiue iam quintus flueret, iuxta dicta q. præcedenti.

## IEREMIAE XXIX. v. 1. & 10.

VErſ. 1. *Hæc ſunt verba libri &c.* Hanc epiſtolam anno 1. Sedeciæ ſcriptam & miſſam docent, Caſtrius & Cornelius in Chronotaxi, Torniellus & Salianus ad an. m. 3436. ille num. 9. hic 28. quorum ſententiæ ſubſcribo.

Verſ. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo eos.* Hos annos ab enthroniſmo Magni Nabuchodonoſoris auſpicor, cum nonnullis antiquis, quorum ſuppreſſis nominibus meminit Euſebius in Chronico, Sulpitio, Iſidoro, Theodoreto, Hiſtoria Scholaſtica, Ribera, Barradio, Chriſtophoro à Caſtro, Montano, Petauio, Vatablo, Rabbi Salomone, Rabbi Ioſue, Dauide Kimhi, Hebræis in Seder, vt latè diſputaui lib. 2. Paralip. q. 8. Nec aliud cenſere poſſunt, qui à caſu templi, vſque ad eius inſtaurationem annos 70. numerant, Clemens Alexand. Euſebius, S. Aug. S. Hieron. Iulianus, Ado, Beda, Niceph. Conſt. Chronicon Alexand. Marianus, Schafnaburg. Freculphus, & alij, quos *Vnde hi anni 70. oriantur.*

bono numero laudaui 2.Paralip.q.2.num.6.Hos vero 70.annos ... bylonica Cyri Monarchia, finitos, conſtat ex 2.Paralip.36.v.20.& 1.Eſd.

## IEREM. XXX, v. 1.

*Opinio quorundã.*

1. HOc verbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino. Nonnulli vt ... Cornelius hoc verbum anno 1.Sedeciæ factum autumant, & ... ſententiam S.Hieronymi authoritatem producunt. Nec ... ſentit Sanctius, qui ait: incertum quidem eſſe, quando hoc Ieremias ... veriſimile tamen videri, hoc poſt tranſlatum Iechoniam contigiſſe, ... pore datæ ſunt ad exules literæ Ieremiæ, & hanc opinionem eſſe S.Hier. hunc in locum ita ſcribentis: *Promittentibus in Babylone pſeudoprophetis, ... qui cum Iechonia captus fuerat reuerſurum, & Hanania filio Azur, in Ieruſalem ... dicante, Ieremias Propheta & illud quidem futurum aſſeruit, non intra ... mentiebantur: ſed finitis ſeptuaginta annis.*

*Concluſio.*

2. Vnde colligo, hæc vaticinia, aliquo è primis annis Sedeciæ, ... vtrum autem primo tribuenda ſint, incertum eſſe. Anno Sedeciæ qu... naniam ſuas prophetias effutiuiſſe, docet Ieremias cap.28.v.1. ... idem antea præſumpſerit, non liquet. Cum verò S.Hieronymus ... hæc denunciaſſe, Hanania in Ieruſalem eadem prædicante, ita poteſt ... vt ad idem ferè tempus, licet non ad eundem annum reſpexiſſe creda... ibidem, cum dixiſſet, ea quæ in c.37. Ezechielis meditatus fuerat, huic ... uenire, addit: *Præſertim cum eodem tempore, Ezechiel in Babylone & Ieremias ... lẽ prophetauerint.* Nemo autem dubitat, quin Ezechiel, anno demum ... deciæ & ſuæ transmigrationis vaticinari cœperit. Ezech.1.v.2. Hanania ... tẽ Ieremiæ ſeſe oppoſuit, anno 4. Sedeciæ. Itaq; ex Cõmentarijs S.Hier. non video certum annum colligi poſſe, quo Ieremias hæc propheta... valde probabile ſit, iſthæc ab eo prædicta anno 1.Sedeciæ, quo ... ſunt illa quæ duobus præcedentibus capitulis habentur, vt Caſtrius & ... lius arbitrantur.

## IEREM. XXXI. XXXII.

CAp.31.v.1.*In tempore illo.* Hebræa & Græca hiſce verbis caput ... tur, quicquid velit Lyranus. Primum autẽ hunc verſiculum idem ... Hugo, Caſtrius, Cornelius, ad caput præcedens reuocant, & fuerS. H... mus, qui huius loci expoſitionẽ ita contexit, vt oſtendat ſermonem ... denti inceptum, vlterius tendere, vt aduertit Caſtrius, cui ſuffragatur ... natus & Mariana, dum notat, hic Prophetam perſiſtere in argumento ... ſuperioris. Vnde confirmantur ea quæ nuper afferebam, q.1.num. ... ligimus huius & præcedentis capitis Prophetias eodem tempore ...

Cap.32. v.1. *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipſe eſt annus decimus octauus Nabuchodonoſoris.* Eundem annorum concurſum Hebræus & Græcus contextus repræſentant. Duobus autem modis annus 10. Sedeciæ cum 18. Nabuckodonoſoris componi poteſt. 1. ſi dicamus hæc contigiſſe anno decimo Sedeciæ expirante, & decimo octauo Nabuchodonoſoris ineunte. Ita Torniellus ad ann. m. 3445. num. 8. Salianus num. 15. Paludanus in Sedecia. 2. ſi computo ciuili, cenſeamus hæc geſta anno illo ciuili, quo finiebatur annus Sedecię decimus, & decimus octauus Nabuchodonoſoris oriebatur. Sic Ieremias dicetur agrum ſui patruelis emiſſe anno 18. Nabuchodonoſoris, eo ſenſu quo Principes Apoſtolorum martyrio coronati putantur anno 14. Neronis. Fortè etiam non deerit, qui hoc factum referat ad annum 10. Sedeciæ cōpletum: Nabuchodonoſoris autem 18. currentem: ſed malo prædictorum modorum adminiculo hanc annorum connexionem explicare. Vide quæ de annis Ioakim, Sedeciæ, Nabuchodonoſoris diſputabam 4. Reg. q. 16. 20. 22.

*Quomodo annus 10. Sedecia et 18. Nabuchodonoſ. concurrat.*

## IEREM. XXXIII. v.1.

1. ET *factum eſt verbum Domini ad Ieremiam ſecundo, cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris.* Hoc oraculum eodem ferè tempore, quo præcedens, traditum videtur, nempe anno 18. Nabuchodonoſoris: Sedeciæ vel decimo, vt volunt Caſtrius, Cornelius, Salianus; vel vndecimo exoriente, vt putat Torniellus, ad an. m. 3446. num. 1.

*Anno 18. Nabucho.*

2. Videtur autem S. Vates hoc capite reſpexiſſe ad Prophetiam c. 21. Sedeciæ Dominum per Ieremiam conſulenti datam, vt bene aduertit Salianus ad an. m. 3445. num. 18. vbi ex Caſtrio monet, capitulum hoc ritè ſubnexum præcedenti, in quo Ieremias facto ipſo, nempe agri emptione ſpem reditus populo captiuo fecerat: eam autem hoc capite verbis ſolatio plenis confirmat.

## IEREM. XXXIV. v.8.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam percuſſit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ieruſalem, prædicans, vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum.*

## QVAESTIO VI.

### *Quando contigerint, quæ hîc referuntur.*

1. DVo hac in quæſtione ponuntur. 1. quoto anno regni Sedeciæ. 2. Vtrum anno ſabbatico hæc acciderint. De priori Chriſtophorus Caſtrius cenſet Ieroſolyma Sedeciæ tēporibus, bis à Chaldæis obſeſſa fuiſſe, priùs an. octauo Sedeciæ, aut ſaltē nono, ante menſem decimum, tū decimo menſe anni noni,

*Status quaſt.*

*Quidā putant bis obſeſſam à Nabuchodon. Ieruſalem.*

vt legimus 4. Reg. 15. verſ. 1. priorem obſidionem fuiſſe interruptam
Pharaoni obuiam digreſſis, & tum Ieremiam prędixiſſe, Chaldęos
gyptijs redituros, & Ieroſolyma potituros, hoc cap v. 22. & cap. 37.
riorem verò continenter perduraſſe, vſq; ad Vrbis expugnationem.
*ſa eſt ciuitas, atque vallata, vſque ad vndecimum annum regis Sedecia.* 4. Reg.
dem tradit Cornelius ad initium huius cap.

*Vtrum anno 10. an. 11. Sedecia.* 2. Lyranus in huius capitis gloſſa, Torniellus & Salianus
hæc in annum nonum Sedeciæ conijciunt, arbitrantes tunc ſolutam
obſidionem, quæ anno eodem menſe decimo inchoata fuerat.
anno ante æram Chriſti 591. ſcribit vallata iam Vrbe Sedeciam
nono, de ſeruis in libertatem aſſerendis mandatum dediſſe: anno
ti, *cùm Babyloniorum exercitus*, inquit, ab obſidione receſſiſſet, manumiſ
ni ſacri religionem, ſeruos retraxere Iudæi. Scaliger, anno 11. Sedec
buit, quem ſequitur Capellus an. m. 3409. Caluiſius ann. 3560.

*Res haret in dubio.* 2. Etſi vero fateor nullam ex prædictis opinionibus ſua probab
rere: mihi tamen ſecurior apparet doctrina Sanctij, qui ſub initium hu
tis ait, non conſtare, quo anno Ieremias hoc verbum acceperit. Bellum
quo hic eſt ſermo, triennale fuit, cœptum anno Sedeciæ nono,
mo: quoto horum trium annorum hęc prophetia obuenerit, cognoſ
ſe, ne quidem ex huius capitis exordio, eo quod ſit veluti proœmium
vaticinij, oſtẽdens, in quo ſtatu fuerint res Iudaicæ, quãdo hæc de

*Id non eſt factũ initio obſidionis.* 3. Negotium iſtud, de ſeruorum miſſione, ac rurſus in ſeruitutem
ne, non auſim anteponere menſi decimo anni noni Sedeciæ: tum
ſidionis ſine ratione multiplicem, tum quia de obſidione illa priori,
ponit Caſtrius, altum eſt apud antiquos ſilentium, tum quia plures
ribus clarè docent, illam obſidionem cuius meminit liber 4. Reg. ca
præceſſiſſe cauſam ſeruorum à Sedecia tractatam; eamque obſidionem
ruptam fuiſſe. Lyranus, Sanctius, Torniell. Petauius. Imò Corneli
his aſſentitur, vbi correxiſſe videtur, quæ initio huius capitis annota
que quando de libertate ſeruorum agebatur, iam eo miſeriarum de
dæa, vt omnes eius ciuitates à Chaldæis eſſent vel captæ, vel euerſæ,
roſolyma Lachis & Azeca, vt hic monet Propheta v. 7. Minus autem
le eſt, id ante annum nonum Sedeciæ hanc prophetiam ponere.
AEgyptijs. Chaldæi tribus illis ciuitatibus expugnandis, ad annum
tempus protraxiſſe non videntur.

4. Caſtrius & Cornelius, auctoribus præcitatis aſſentiuntur,
tũc ſeruos in ſeruitutem reuocatos, quando intermiſſa tantiſper obſidione
bylonij in AEgyptios mouerant. Quam expeditionem cum breui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abſoluiſſent, & mox ad obſidionem Ieroſolymitanam reuertiſſent; ciuitas in annum tertium vallata & clauſa more; vulgari dicitur, non quidem omnino continenter, ſed interpolatione tam exigua incidente, vt pro nulla reputetur: ſicut non æſtimantur tres menſes, quibus regnauit Iechonias, Ierem. 37. v. 30. *Hæc dicit Dominus contra Ioakim regem Iuda: non erit ex eo, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid.* Itaque dubium eſſe reor, vtrum digreſſio Chaldæorum ab Ieroſolymis, & ſeruorum ad iugum retractio, ad annum nonum Sedeciæ, potius quàm ad decimum, aut poſtremum applicanda ſit.

*Quidam putãt Sabbatico anno, nõ ſolida ratione.*

5. Reſtat de anno Sabbatico non modica difficultas: quam varij varijs modis ſuperare conantur, Torniellus, Salianus, Cornelius, Petauius, Paludanus, conſentientibus pleriſque Sectarijs, anno Sabbatico hanc iniuriam ſeruis ante manumiſſis illatam aſſerunt: ſed non ijſdem omnes nixi fundamentis. Torniellus & Salianus putant annum 9. Sedeciæ concurriſſe cum 861. ab introitu Iſraelitarum in terram promiſſionis, qui numerus, ſi per 7. diuidatur, dabit annum ſabbaticum ordine 123. Verum hanc ſupputationem non proho, ratus æram annorum ſabbaticorum non ab ingreſſu in terram, ſed ſexcennio tardius accerſendam. Paulo etiam plures annos illo temporis interuallo inſerendos puto, ob rationes allatas de annis Ioram regis Iuda. 4. Reg. 8. q. 1. Denique Salianus herilem iſtam in ſeruos malitiam anno ante vulgarem Chriſti epocham 610. inſcribit, qui nulla ſui parte, ſabbaticum legalem attigit, vt ſuo loco probabitur, ſi quod hic auctor putat, ordo ſabbaticorum, qui Herodis & Machabæorum ætate vigebat, ad Ieremiæ tempora, ſine interruptione reducatur.

*Nõ eſt tũc inſtitutus nouus ordo ann. ſabbaticor.*

6. Cornelius à Lapide ait, ſecundum rectum & legitimum computum, annum primum Sedeciæ fuiſſe quartum Semitæ, hoc eſt, hebdomadæ annalis ſabbaticorum; iſtum autem annorum ordinem, multis luſtris, aut fortè ſæculis neglectum, ſed à Sedecia nouo ſtylo, ita mutatum, vt annus regni illius octauus in ſabbaticum incideret. Aſt ego, neque in hac interpretatione acquieſco: tum quia neque auctoritatem Scriptorum, neque rationis diſcurſum video, cur nouam ſabbaticorum ſeriem à Sedecia inſtitutam credam, tum quia hoc modo via aperiretur, ſimili mutatione Calendarij ſæpius excogitata, Chronologicas quæſtiones non tam ſoluendi quam declinandi.

*Sethus & Capellus examinantur.*

7. Caluiſius ann. m. 3360. aſſerit Pharaonem, qui videbatur obſeſſis Iudæis opem allaturus à Chaldæis repulſum, anno vndecimo Sedeciæ, currente ſabbatico, quando ſeruos iterum mancipari contigit. Huic aſſentitur quoad annum ſabbaticum Capellus: ſed rem geſtam ſignat anno ante æram Chriſti 591 Caluiſius 590. Quicquid autem ſit, de concurſu anni 11. Sedeciæ cum ſabbatico; in eo Caluiſij doctrinam non admitto, quod hinc vſque ad Iudæorum è captiuitate Babylonica reditum annos 59. ſupputet: hunc enim reditum tri-

buit anno ſui computi ante Chr. 529. repulſos autem à Nabuchodo[noſore Æ-]
gyptios, captumque Sedeciam, putat anno 588. Ego vero Sedeciæ [...]
eundem quidem annum refero, qui erat ante Chriſti epocham 5[..]
tamen è Babylone, ad annum ante eandem epocham circiter 5[..]
uoco, Capellus ad 536.

*Opinio Authoris.*

8. Porrò dum huius controuerſiæ nodum accuratius verſo, [...]
ficacem cauſam cerno, quæ omnino perſuadeat ſeruos ad priſ[tinam ſerui-]
tutem anno ſabbatico retractos: ſed ſolum ſacer textus mihi vide[tur dice-]
re, ſeruos fuiſſe manumiſſos ex legis præſcripto (quæ cauebat, ne [quis]
Hebræum ſeruum, anno ſabbatico redeunte, inuitum retineret) [...]
poſt abſentibus Chaldæis retractos. Fac igitur anno v.g. quarto a[nni ſab-]
baticæ remiſſionis Sedeciam egiſſe cum populo de lege per Moy[ſen ...]
Iudæi diuinum Numen placarent, & auxilium cœlitus obtinere[nt ...]
facere non poterant, niſi illo ipſo tempore, ab eo peccato deſiſtere[nt ...]
uos contra legem detinebant. Itaque iam tum ſeruis libertas erat [...]
velle enim eam ad vnum pluresve annos differre, perinde foret, ac [...]
velle tam diu perſeuerare, non aliter quam ſi tyrannus quiſpiam [...]
tem carceri mancipatum, aliquanto tempore cognita tua innocent[ia ...]
tinere.

*Explicatur Petauius.*

9. Quod ſi propter quorundam auctoritatem hæc ad [...]
ticum alligare placuerit, proximè ad Petauij calculos mea [...]
commodabo. Nam vt in Synopſi cap. 14. numer. 9. declaraui, [...]
Chriſti æram 591. ſub autumnum anno ſabbatico dedit initium [...]
ſtea docuit Petauius. Ab enthroniſmo Nabuchodonoſoris, vſque [...]
primum Cyri Babylone regnantis annos 70. computo, 2. Paral[ip ...]
rum nouem annos Babylonijs imperaſſe probaui ibidem q. [...]
tior Petauio, dum æram Monarchiæ Babylonicæ Cyri, anno ant[e ...]
pocham 538. auſpicatur. At verò de annis Sedeciæ à Petauij [...]
rumper mea computatio diſcrepat. Ieroſolymorum enim excid[ium ...]
in annum ante æram Chriſti 589. ego in præcedentem, coram [...]
tus, qui à caſu templi, vſque ad annum ſecundum Darij Hyſtaſpi[s ...]
dinumerant, vt latè explicui 2. Paralip. q. 8. adiuncta antiqua ill[a He-]
traditione, qua Ieroſolymitanam cladem anno ſabbatico deſin[...]
die 9. Ab in ſabbatum incurrente, vt dixi 4. Regum q. 25. numer. [...]
uius annum 10. Sedeciæ putat Sabbaticum fuiſſe; ego vndecim[um ...]
guum eſt diſcrimen, nec longa altercatione
dignum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## IEREM. XXXV. v. 1.

*Verbum, quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda.* Quæ hic de Rechabitis narrantur, ea nonnulli circa annum Ioakimi tertium geſta putant, vt Torniellus ad ann. m. 3428. num. 7. alij ſexto aut ſeptimo, vt Salianus ad ann. m. 3431. numer. 1. & Caſtrius in hunc locum, idque indicaſſe volunt Iſidorum, cum hanc prophetiam ait 14. annis Ieremiæ reuelatam fuiſſe, ante annum nonum Sedeciæ. Alij ſeptimo vel octauo, vt Cornelius ad initium huius capitis. Alij denique octauo, vt Hugo. Has opiniones recenſeo; quænam autem ſit omnium probabiliſſima, qui volet, ſententiam ferat. *De Rechabitis varia ſupputationes.*

## IEREM. XXXVI. v. 1.

*Et factum eſt in anno quarto Ioakim &c. Tolle volumen libri.*

## QVÆSTIO VII.

### *Quando ſcriptus ſit hic comminationum liber.*

1. Ratio difficultatis eſt, quod diſertè hæc prophetia Ieremiæ oblata dicatur anno 4. Ioakim; id autem quanam ratione fieri potuerit, nō eſt proclive dictu. Hic enim Propheta Chaldæorum hoſtilem in Iudæam aduentum prædicit, ac ideò volumen illud rex Ioakim ſe combuſſiſſe aiebat, quod in eo ſcriptum eſſet: *feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terrum hanc*, ver. 29. id autem ante quartum annum Ioakimi contigiſſe teſtari videtur Daniel cap. 1. v. 1. Anno, inquit, *tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem & obſedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.* Vnde Caſtrius Ieremiæ 36. nu. 1. ait graue dubium eſſe de tempore huius prophetiæ. *Status q.*

2. Vatablus Dan. 1. vt hunc nodum ſoluat, aſſerit Nabuchodonoſorem, neque tertio, neque quarto anno perueniſſe Ieroſolymam, ſed ſub finem anni tertij, cœpiſſe exercitum conſcribere: anno vero quinto, poſt nonum menſem Ieroſolymis potitum, & regem Ioakimum vinctum duxiſſe Babylonem, idque probat 1. quia menſe nono anni quinti, indictum eſt ieiunium, vt hic dicitur verſ. 9. non alium in finem, quàm vt placatum Dei numen, expeditionem Babyloniorum impediret. 2. Ad hoc obtinendum, ipſo ieiunij die Baruch priorem Ieremiæ librum recitauit, v. 6. 7. 10. Deinde Babylon ab Ieroſolymis adeo diſtat, vt inde huc veniendo, Eſdras quatuor menſes impenderit. 1. Eſdræ 7. verſ. 9. Cum verò Chaldæus ingentes copias ac plurima impedimenta ſecum traheret, Vatablo plus temporis in ſua profectione, quàm annuum ſpatium insumpſiſſe videtur. *1. Opinio. Arg. 1. Arg. 2.*

*Contra 1. opinionem Ad 1. & 2.*

3. Hanc opinationem examinat, & meritò explodit Caſtri- cum: clarior eſt enim Danielis contextus, quàm vt primus Nabuch- aduentus in nonum menſem anni quinti Ioakim differri poſſit. Ad- tabli probationem bene reſpondet Caſtrius, idcirco indictum fuiſ- & volumen à Baruch prælectum, vt Deus impetum Chaldæorum quo minus ſecundò redirent, vrbem exſcinderent, Iudæam in ſolitud- digerent. Merito enim grauiora timebant Iudæi, quam quæ Babyl- obſidione intulerat. Idem docet Cornelius hic v. 1. dum monet h- ſe *poſtquam Ioakimus re cum Nabuchodonoſore compoſita Babylone redire- ſecurè, quin adhuc Iudæi metuerent Nabuchodonoſoris reditum: videt- indixerunt ieiunium.* v. 6. Bene etiam docet, quòd huius ieiunij indictio- nis lectionem præceſſerit: hoc enim legit Baruch ipſo ieiunij die. V- mus regem & populum huius libri recitatione, ad ieiunium co- inductos non fuiſſe, nec ieiunaſſe ad auertendas minas hoc libro co- niſi quatenus eas memoria repetebant, quas antea Ieremias denunc-

*2. Opini*

4. Sanctius in hoc caput, numer. 1. aduertit Ieremiam per 23. an- phetaſſe antequam ſua vaticinia literis mandaret: cœpit enim en- anno 13. Ioſiæ; hæc verò ſcribenda curauit anno quarto Ioakim. Q- modo deducit, quo S. Hieronymus & alij totidem annos illo tem- reperiri docent, vt notaui Ierem. 25. v. 3. & monui errorem graphic- mentarium Sanctij irrepſiſſe. Docet præterea Sanctius Prophet- pſiſſe, eo anno, quo primò Nabuchodonoſor in Iudæam venit, a- quàm in eam eſſet ingreſſus: anno autem 1. regni ſui, Ioakimi 4. *- dæorum fines irrupiſſe.* Adhæc Ieremiam cum Daniele (qui cap. 1. d- bylonis anno 3. Ioakim inuaſiſſe Iudæam) duobus modis concili- dic Ierem. 25. num. 3. & 4. *Primò*, ſi dicamus Nabuchodonoſorem a- ſui inchoato Ieroſolymam veniſſe, quem Ieremias cap. 25. voca- ple completum: Danielem autem neglecta huius anni ſecundi p- aduentum anno tertio Ioakimi tribuiſſe, eo quod *pars illa*, inquit, *- Nabuchodonoſor, pars etiam cenſeatur anni primi.* Secundo modo, & - tratur expedito, componi inter ſe hæc duo teſtimonia poſſe aſſer- annum Nabuchodonoſoris incurriſſe dicamus, partim in terti- iam adultum, partim in quartum inchoatum, aut modicè progreſ- *optimè*, inquit, *& quam veriſſimè dici poteſt, veniſſe Nabuchodonoſor in I- anno regni ſui, & veniſſe anno tertio & quarto Ioakim, quia illorum an- extremum, alterius initium primus ille annus complexus eſt.* Simili ratione- niam dici abductum anno octauo Nabuchodonoſoris. 4. Reg. 24. - inchoato, eundem annum vocari ſeptimum. Ierem. 52. ver. 28. quod- non eſſet completus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*3. Opinio.*

5. Caſtrius dubium initio huius quæſtionis propoſitum, ita diſſoluendum ait, vt Nabuchodonoſor anno regni ſui primo, *qui erat*, inquit, *tertius completus Ioakim, & quartus inceptus*, Ieroſolymam venerit, eam ceperit, & regem Ioakim cum regijs adoleſcentibus duxerit, mox pace cum Chaldæo inita Ioakim domum redierit, Ieremias interim librum priorem dictauerit, menſe denique nono anni quinti Ioakimo Babylone reuerſo volumen lectum fuerit. Pleniorem autem huius rei declarationem ex ſuis Commentarijs in cap. 22. Ieremiæ petendam monet, vbi inter cætera ait, Nabuchodonoſorem ſumpto imperio decreuiſſe Syriam confeſtim recuperare, idque effeciſſe, vt Daniel. 1. verſ. 1. narratur anno tertio regis Ioakim penè completo, & tunc Ioakimum cum cæteris captiuis tranſtuliſſe. Quæ cum latius explicaſſet hiſce verbis concludit: *Anno ergo tertio regni ſui Ioakim captus à Nabuchodonoſore ductus eſt Babylonem, vbi manſit, vſque ad finem belli facti iuxta Euphratem, anno quarto ipſius Ioakim. Nam annus primus Nabuchodonoſoris partem vtriuſque anni, tertij & quarti comprehendit.* Idem ſentire videtur Cornelius Dan. 1. verſ. 1. vbi ait annum primum Nabuchodonoſoris inchoatum fuiſſe anno tertio Ioakim, & finitum anno quarto, ac idcirco ea quæ à Nabuchodonoſore anno primo ipſius geſta ſunt, nunc ad annum tertium Ioakim, nunc ad quartum referri. *Cœpit enim expeditionem*, inquit, *contra Iudæos parare anno tertio: eandem perfecit anno quarto.* Et paulo poſt diſertè affirmat, Ioakim anno tertio regni ſui captum à Chaldæis.

*Opinio auctoris.*

6. Ego vero arbitror, Nabuchodonoſorem Magnum, regnante adhuc ſuo parente Jeroſolymam veniſſe anno 3. Joakimi, Vrbem regemque cepiſſe, tum accepto de morte parentis nuncio, curam captiuorum amicis demandaſſe, cum paucis per deſerta Babylonem contendiſſe, ac tandem regni adminiſtrationem, quæ interim penes Chaldæorum Magnates fuerat, anno quarto Joakim iam ad finem prono accepiſſe, vt ex Beroſo, Joſepho, Faſtis Siculis retuli 4 Regum q. 20. num. 3. Vbi annum primum Nabuchodonoſoris à quarto Joakim ita deduxi, vt annus tertius Joakim nulla ſui parte primum Nabuchodonoſoris attingeret, cum auctoribus ibi numer. 5. relatis. Itaque quod ad præſentem locum attinet, opinor Joakimum à Babylonio prius captum, abductum, imò forte rebus compoſitis reuerſum, quàm prophetia de volumine ſcribendo Jeremiæ offerretur. Quo in articulo ſequor Caſtrium, Cornelium in hoc cap. Petauium libr. 9. cap. 61. idemque ſentire videtur Torniellus, ad ann. m. 3429. numer. 6. Salianus ibid. numer. 26. iuncto 31. clarius verò id aſſerit ann. 3430. num. 4.

*Anno 4. Ioakim nõ eſt capta Ieruſalẽ.*

7. Anno quarto Joakim vaſtatam à Nabuchodonoſore Jeroſolymam, aut captum Joakimum in ſacris literis diſerte legere non memini. Pharaonem

quidem percuſſit Babylonius ad Euphratem in Charcamis, Ierem.
iam ante ceperat Ioakimum. Hinc Ioſephus lib. 10. Antiq. cap.
bens: *Babylonius*, ait, *ſuperato Euphrate totam Syriam Peluſium*
*excepta*: quia nimirum paulo ante fœdus pepigerat cum Ioakimum
ſuum Babylone remiſſo.

*Ieremias & Daniel de anno 3. & 4. Ioakim conciliantur.*

8. Hac ſententia admiſſa Ieremias & Daniel inter ſe non diſſ
enim tantùm narrat Chaldæum anno 3. Ioakimi veniſſe Ieroſolym
que adeo regem Ioakimum in ſuam poteſtatem redegiſſe, ſ
pellectilem, in Aſſyrios ex parte tranſtuliſſe, quorum nihil negat Ier
tantum aſſerit Nabuchodonoſorem regnare cœpiſſe, anno 4. Ioakim
num quartum Ioakimi, cum primo Nabuchodonoſoris concurriſſe,
cum hic antequam ſceptro Babylonico potiretur Ieroſolymam
& in ea expeditione, victum Ioakimum Babylonem abduxiſſet. C
aſſerit Daniel Babylonium anno 3. Ioakim, Iudæos aggreſſum,
eodem anno, an quarto eiuſdem Ioakimi, cætera ad illud bellum
Chaldæus expediuerit, neque ait, neque negat.

*Ad 2. opin.*

9. Quocirca illi duo modi, quos Sanctius ad Hieremiam & D
inter ſe conciliandos proponit, hoc in negotio non vtor, vt dixi
num. 2. ijs ſolum poſſunt eſſe vſui, qui Nabuchodonoſoris principatum
Ioakimi necdum finito auſpicantur. Ego autem huius enthroniſmum
parente, vſque ad annum quartum Ioakimi iam deſinentem d
Quod de anno 7. & 8. Nabuchodonoſoris ex 4. Reg. & Ieremia
ctius, id 4. Reg. q. 20. num. 4. expediui. Denique vtrum Ioakimus

*Ad 3. opin.*

ctum in Charcamis Pharaonem Babylone detentus fuerit; non
tror eum citius in Iudæam remiſſum. In reliquis à Caſtrij & Corn
non abhorreo: fixo tamen ad finem anni 4. Ioakim, enthroniſmo N
donoſoris regnique illius epocha.

10. Denique S. Vates illo verſ. 29. non loquitur de primo Ch
aduentu, ſed de vltimo, quando Nabuchodonoſor, anno Sedeciæ
*ſtauit terram, & ceſſare fecit ex illa, hominem & iumentum*: quod nec pr
uentu fecerat, nec ſecundo, quando Ioakimum pendere tributum
que poſtea, quando Iechoniam abduxit. Ieiunium fuit inſtitutum
eo quod Chaldæus victis ad Euphratem Ægyptijs, (aut ſaltem bell
parato) potentior in dies euaderet, & eius inſolentia meritò time

IEREM. XXXVI. v. 9.

*Factum eſt autem in anno quinto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe*
*runt ieiunium, in conſpectu Domini, omni populo in Ieruſalem, vniuerſ*
*confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVÆSTIO VIII.

### *Quando hoc ieiunium celebratum fuerit.*

*Hoc ieiũniũ nõ fuit expiationis*

1. QVidam, vt refert Lyranus, opinati ſunt, hoc ieiunium fuiſſe expiationis, quo Hebræi animas ſuas affligere iubebantur. Leuit. 23. Qua ratione, non fuiſſet opus, de nouo ieiunium inſtituere, ſed tantum iubere, vt quod lege cautum erat, ſeruaretur. Verum licet ieiunium Anomaſticè, pro eo ſumatur, quo filij Iſrael die expiationis, ex legis mandato pœnitebant; vt notat Sanctius: de eo tamen hoc capite non agitur. Dies ſiquidem expiationis erat decima mẽſis ſeptimi, ſiue Tiſri. Leuit. 23. v. 27. hoc verò ieiunium, menſe nono, qui Casleu appellatur, fuit impoſitum, vt præſens Scripturæ locus aperte indicat, & bene aduertunt Lyranus, Sanctius, Caſtrius, Cornelius &c.

*De cauſa huius.*
*1. Opin. reijcitur.*

2. Sed difficultas eſt, quænam cauſa ſubeſſe potuerit, quæ menſe nono ieiunium ſuaderet, anno quinto Ioakim. Sanctius hic num. 9. coniectat, eo tempore quo Ieremias, libri ſcribendi mandatum accepit, necdum obſeſſam fuiſſe à Nabuchodonoſore Ieroſolymam, neque captum Ioakimum. Quod ne accideret, verebantur Iudæi, & vrgentem ieiunij cauſam habebant, vt idem auctor exiſtimat. Quam coniecturam fallacem eſſe, patet ex ijs, quibus oſtendi Babylonium Ieroſolymam obſediſſe, anno 3. Ioakimi. Aliqui, vt Cornelius, affirmant hoc ieiunium, non eſſe ad minas & Chaldæos auertendos inſtitutum: ſed potius in ſignum publici luctus, eo quod anno præcedenti, Vrbs capta & ſpoliata eſſet à Chaldæis. *2. Opin.*

*3. Opin.*

3. Salianus ad an. m. 3430. num. 4. & 5. cenſet, hoc tempore nullam timendi Chaldæis fuiſſe cauſam, cum Ioakim recens ab eo, liber dimiſſus eſſet, & illi, pactum tributum perſolueret. Itaque Iudæos ad ieiunandum inductos putat vt auerterentur illæ calamitates, quæ regno Iudæ à Prophetis imminere dicebantur, eamque cauſam his Ieremiæ verbis inſinuari: *ſi forte cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peßima.*

*Concluſio.*

4. Dicendum tamen arbitror, hoc ieiunium anno quinto Ioakim, menſe Casleu fuiſſe publicatum, vt ſacra teſtatur pagina, & huiuſce rei cauſam legitimam habuiſſe regem cum Iudaico populo; quam equidem non credo fuiſſe luctum dũtaxat publicum, ſed etiam timorem, ne Chaldæus nouam in Iudæos expeditionem reſumeret, quem timorem, meritò incutiebant comminationes Prophetarum, vt monet Salianus, non illæ quidem à Ieremia ſcriptæ, ſed viuæ vocis oraculo per tres & viginti annos editæ, & vſq; ad annum 4. Ioakimi ſæpius inculcatę. Quamobrẽ, ita Hugoni, Lyrano, Caſtrio & alijs aſſentior, qui idcirco Iudæos hoc tẽpore ieiunaſſe credunt, quod alterũ Nabuchodonoſoris aduentum, nouamque irruptionem metuerent, quicquid reclamet Torniellus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad ann.m.3429.num.vltimo. Potuit enim Joakimus è captiuitate nihil miteſcere, veluti ictus piſcator ſapere, animum nonnihil ad Jere cinia applicare, Victoris, Nabuchodonoſoris ferociam timere, a uertendis periculis, quæ impendere dicebantur, ieiunium inſtituere no, ineunte anno regni ſui quinto. Quod ipſum fatetur Cornelius *ctum eſt*, inquit, *hoc ieiunium, ante hanc Ieremiæ iuſsionem, idque ad placandum & auertendum Chaldæos.* Illud autem, quod de tributo hactenus nus affert, dubium eſt, vt patet ex ijs, quæ annotabam 4.Reg.24.v.

*Fuit die 7. noni mẽſis.* 5. Probabile eſt, hoc ieiunium die ſeptima noni menſis celebra ſe, ſi, quod Scripturæ textus innuit, ipſo ieiunij die, liber Jeremiæ Joakimo lectus & cultello diſciſſus, in fauillas abijt: Hebræi enim ſeptimã ſui Chisleu anniuerſario ieiunio celebrem fecerunt, ob vo remiæ tunc à Joakimo combuſtum. Sic cenſent Torniellus, ann.m. 44. Caſtrius in hoc cap.num.3. Cornel.v.6.

*Chronotaxis rerum huc ſpectantium.* 6. Harum rerum Chronotaxin ita concipio. Anno tertio Joakim chodonoſor venerit Jeruſalem, eiuſque regem Joakimum ceperit, kimus vel eodem anno, vel quarto iam incepto, cum cæteris captiuis nem abductus fuerit, rebuſque ibidem compoſitis fluente eodem regni ſui Jeroſolyma poſtliminio redierit. Eodem anno Jeremias cula ſcribendi, *aduerſus Iſrael & Iudam*, mandatum acceperit, Jerem. no iſto quarto exeunte Jeremias priorem librum dictauerit, Judæ tiorum, vel alterius negotij cauſa Jeroſolymam confluentibus: ſub pus ieiunium decretum, & paulo poſt, die ſeptima noni menſis, Joakim oriente ſeruatum fuerit, & volumen combuſtum. Vnde mile eſſe conijcio, annos regni Ioakim vel circa menſem octauum, tium noni menſis exordium ſumere: exiſtimo enim Prophetam, poris interpoſita, vt ei anno 4. Ioakim præceptum fuerat, librum num expediuiſſe, inſtante ieiunij indictione: facta verò ieiunij prom anno 5. Ioakimi, & menſe Caſleu ineuntibus Barucho dixiſſe: *Ego nec valeo ingredi domum Domini: ingredere ergo tu, & lege de volumine, ex ore meo verba Domini, audiente populo, in die ieiunij.* Non eſt autem Propheta anno 4. Ioakim iuſſus fuerit ſua vaticinia in volumẽ refer verſ.1. huius cap. eodemq; anno dictauerit ſuo Amanuenſi, vt v.1. Denique anno 5. per Baruch recitanda curarit, hic v.9.&10.

## IEREM. XXXVII. XXXVIII.

CAp.37.verſ.3. *Et miſit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ &c.* Tunc ſa tantiſper obſidione Ieroſolymitana, Chaldæi obuiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iudæis ſuppetias ferre conanti, vt patet v. 6. & 7. Vbi Pharao in terram ſuam, Chaldæi ad obſidionem reuerſuri dicuntur.

Verſ. 10. *Ergo cum receſſiſſet exercitus Chaldæorum, egreſſus eſt Ieremias de Ieruſalem, vt iret in terram Beniamin.* Quo tempore hæc geſta ſint, paulo antè diſputaui q. 6.

Cap. 38. Quæ hic narrantur, in annum XI. Sedeciæ conijciunt Caſtrius, & Cornelius in chronotaxi. Salianus an. m. 3446. num. 15. quibus aſſentior.

## IEREM. XXXIX. v. 1. & 2.

VErſ. 1. *Anno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebat eam.* Subaudi die decima illius menſis, vt diſertè legimus 4. Reg. 25. v. 1. Ierem. 52. v. 4.

Verſ. 2. *Vndecimo autem anno Sedeciæ, menſe quarto, quinta menſis aperta eſt ciuitas.*

1. Annos nonum & vndecimum hiſce verſiculis notatos, non completos omnino, ſed currentes puto: menſes decimum & quartum, ad annum ſacrum ſpectare arbitror, vt decimus menſis idem ſit, qui Tebeth, quartus autem Tamuz. Annum nonum Sedeciæ aperiunt meæ tabulæ anno ante æram Christi 593. cyclo Solis 5. Lunæ 17. Epacta 20. Sic Vrbis obſidio circa diem vltimam Decembris cœpta videtur. *Quando vrbs obſideri cœpta.*

2. Petauius biennio tardius annum nonum Sedeciæ orditur cyclo Lunæ 19. & initium menſis decimi in diem 28. Nouemb. confert, ac proinde obſidionem ſeptima Decembris inchoatam autumat, nempe 10. die Tebeth. Tunc erat Epacta 23, quæ Neomeniam non procul ab octaua die Martij abfuiſſe indicat, & plenilunium ante æquinoctium: idcirco fortè menſe integro tardius Nabuchodonoſor Ieroſolymam cinxit, quam notat Petauius. Cætera, quæ huc ſpectare videntur, annotabam 4. Reg. 25. v. 1. & 2. & latius diſputabam ibid. q. 23.

## IEREM. XL. XLI.

QVæ cap. 40. narrantur, poſt capta Ieroſolyma, ante menſem ſeptimum proximè ſequentem acciderunt, tum menſe ſeptimo geſta ſunt, quæ ca. 41. continentur. A templo exuſto, vſque ad cædem Godoliæ. Hebræi in Seder, dies enumerant, & anniuerſarium ieiunium die tertia Tiſri deſignant, quod tunc Godoliam & ſocios eius in Maſpha cæſos credant. Sequenti die occiſos ab impio Iſmaële 70. viros, & hanc lanienam ſeptimo menſe patratam conſtat ex 4. Reg. 25. v. 25. Ieremiæ 41. v. 1.

## QVÆSTIO IX.

### *Quorſum referatur verſiculus 1. cap. 40.*

a SErmo, qui factus eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquam dimiſſus eſt, à Nabuzardan, magiſtro militiæ, de Rama. Sunt qui hæc verba referant ad ea quæ proximè ſe- *Num ſpectent ad euentum prophetias?*

P. H. Phili
Chronol
Vet: Test.
A 1
17



quuntur. q. d. tunc impletus eſt ſermo Domini, quo Ieremiæ liberta-
ſerat. Ita Rabanus & Hugo, quibus adhæret Sanctius. *Non eſt inquit*
*Domini, poſtquam dimiſſus eſt Propheta de Rama: ſed tunc impletus, quando*
addit 1. non longè ab hac cogitatione abijſſe S. Thomam, cum dic-
*mone reuelatum, quod poſtea opere narratur expletum.* Addit 2. id confirma-
ne Tigurina quæ pro *ſermone*, reddit actionem, quaſi liberatio Ierem-
hic agitur, antea fuerit ſaltem in communi reuelata.

*Non: ſed ad ip, am reuelatio-nem.*

2. Alij probabilius aduertunt, ſermonem hunc ad Ieremiam fa-
non cum dimitteretur, ſed *poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzardan*, vt habet
ditio, conſentiente fonte Hebræo, & 70. Seniorum tranſlatione. R-
que hic verſiculus, ad prophetiam, qua Deus vetuit, ne reliquiæ Iuda-
Godoliæ necem in Ægyptum transfugerent, cap. 42. v. 7. Antequam
prophetia apud Ieremiam deſcribatur, inſeritur prolixa digreſſio,
parentheſis, à verſu 2. huius capitis, vſque ad 6. capitis 42. incluſiue. In
Maldonatus, Cornelius, hunc locum interpretantur, quorum explica-
ſcribo, & verſionem Tigurinam hoc loco minus ſinceram exiſtimo.
*ſermo*, ſiue Hebræum *dauar*, hic ſignificaret *actionem, ſiue rem, quæ* in
quentibus narratur; ſenſus eſſet: hæc eſt res, ſiue actio, quæ de Ieremia
cta eſt. Iſtum autem ſenſum, neque phraſis Hebræa facile admittit,
nus Græcæ voces, πρὸς τὸν: planè verò indicant, prophetiam non
ſed ipſi Ieremiæ oblatam eſſe, poſtquam *achar, μετὰ τὸ, dimiſit eum Na-*
*Rama.*

## IEREM. XLII. XLIII. XLIV. XLV.

CAp. 42. v. 7. *Cum autem completi eſſent decem dies, factum eſt verbum Domini ad Ie-*
*remiam.* Ex quo nempe Ieremias Deum precari cœperat, ad Dom-
de profectione in AEgyptum intelligendam, prout turba Iudæorum
nus petierant. Ita Lyranus, Carthuſianus, Caſtrius in hunc verſiculum
in Argumento cap. 42. & 43. Salianus ann. m. 3447. num. 63. Fuit
tus, dum hæc verba expendens, ait, Prophetam non accepiſſe reſpon-
certis diebus tranſactis.

Res & vaticinia cap. 43. contenta, ad annum 12. transmigrationis
tem ex parte referenda arbitror, cum Caſtrio, cui conſentiunt T-
lianus, beneq; monent hunc eſſe annum decimum nonum Nabucho-
Vltimum autem vaticiniorum, quod Ieremias hoc libro conſign-
44 deſcribitur: & quonam tempore pronunciatum fuerit, incertum
nui q. 1. in has Ieremiæ Prophetias.

Cap. 45. verſ. 1. *Cum ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioakim &c. Hinc apparet priorem librum Ieremiæ ſcriptum fuiſſe anno quarto Ioakim: eum autem anno quinto iam incepto combuſtum docemur Ierem.36.v.9.& 10. Cum enim annus quintus ibi, ex communi interpretum ſententia currens intelligatur, non eſt, quod quartum accipiamus completum, & S. Vatem annis illo cap. numerandis ambiguè locutum ſuſpicemur.

---

## IEREMIAE XLVI. v.1.

*Quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quarto anno Ioakim.* Eundem annum exhibet textus Hebræus hoc loco, & verſio 70. cap.26.v.2. vbi ſic habet. Ipſi AEgypto ſuper virtutem Pharaonis Nechao regis AEgypti, qui erat ad flumen Euphratem in Charmis, quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonius anno quarto Ioakim regis Iuda.

## QVÆSTIO X.

### *Quo tempore geſta ſint, quæ hic vſque ad v.13. referuntur.*

1. AD hanc quæſtionem ſoluendam, ſcitè monet Caſtrius, noſſe oportere huius belli hiſtoriam, quam hunc in modum narrat Ioſephus lib.10. Antiq. cap.4. ex verſione Gelenij. Anno quarto, ex quo is (Ioakim) regnare cœpit, quidam Nabuchodonoſorus, apud Babylonem regno potitus, cum inſtructiſſimo exercitu Charcabeſam ad Euphratem ſitam petijt, bellum inferens AEgyptio Nechao, qui tum toti Syriæ dominabatur. At ille cognito Babylonij conatu, non contempſit hoſtem, ſed cum validis & numeroſis copijs ad Euphratem ſeſe oppoſuit, & collatis ſignis cum eo congreſſus, amiſſis multis millibus, coactus eſt cedere: Babylonius autem ſuperato Euphrate totam Syriam, Peluſium uſque ſubegit. Iudæa ſola excepta. Hæc Ioſephus, qui bene Iudæam excipit, quia tunc anno tertio Ioakim ſubegerat Chaldæus. Dan. 1.v.2. *Hiſtoria huius belli.*

2. Anno igitur Ioakimi quarto, percuſſus eſt Nechao, hoc eſt, victus & in AEgyptum ſe recipere coactus, vbi eum poſtea deceſſiſſe, & filio ſuo Samni ſiue Sammerico imperium tradidiſſe narrat Herodotus lib.2. intellige annis aliquot, poſtquam, euentu diſpari, etiam ad Euphratem pugnauerat, anno vltimo Ioſiæ, quo victo, & ex vulnere mortuo rex Ægypti Iudæos in ſuam poteſtatem redegerat. 4.Reg.23.à v.19. *Nechao victus anno 4. Ioakim.*

3. Anno 4. Ioakim incipiente, victos à Nabuchodonoſore AEgyptios ſtatuit Caſtrius. Quod ſi verum eſt, tunc Nabuchodonoſor parenti necdum ſucceſſerat: hoc enim mortuo, non niſi ſub initium quinti menſis, aut ſaltem circa vel poſt medium quarti, labente anno 4. Ioakim, regni adminiſtratio Nabuchodonoſori magno tradita eſt, vt ſuo loco dixi. Sin autem ea pugna

P.
H. Philip
Chrono
Vet: Test.
A
17



anno 1. Nabuchodonoſoris iam regnantis commiſſa eſt; dicentes
patriam Ægyptios, ſub finem anni quarti Ioakim. Sed reſtat quæ
Ieremias hanc prophetiam, de clade Ægyptiorum ediderit.

*De tẽpore huius vaticinii ſuſpicio.* 4. Suſpicaretur fortè quiſpiam hoc vaticinium à Propheta pro
poſt mortem Pharaonis Nechao, ſiquidem v. 1. dicitur: *Quem percuſſit*
*donoſor rex Babylonis.* Et v. 6. *ad Aquilonem, iuxta fluuium Euphratem.*
retus, qui initio huius cap. aſſerit hanc prophetiam eſſe factam, po
Pharaonis Nechao, qui Ioſiam, inquit, interfecit, iuxta fluuium Euph
que itidem occiſus eſt, à rege Babyloniorum.

*Opinio Sanctii.* 5. Sanctius hic num. 1. cum dixiſſet hoc vatidicum fulmen in
vibratum, *multo ante quam à Chaldæo vinceretur*; paulo inferius ſubiung
modo, quo vaticinium exorſus eſt Propheta, tunc hæc à Ieremia
cta, quando ad bellum neceſſaria præſidia parabantur, aut ante
ctum, aut paulo poſt, cum intermiſſum pauliſper bellum integratum
*Concluſio.* tum eſt. Ego nihilominus magis propendeo in Caſtrij, Cornelij, T
liani ſententiam, qui hanc prophetiam anno quarto Ioakim poſt
regnantis, prolatam eſſe cenſent. Imò videtur hæc viſio Ieremiæ
multo ante prælium ad Euphatem initum, quando Ægyptius iam
camis. Nam verſ. 1. dicitur hoc verbum ad Ieremiam factum, contra
Pharaonis Nechao, *qui erat iuxta fluuium Euphratem.* Sic habent La
cus: in Hebræo eſt *haia*, quod reddi poteſt, *fuit*, vel *erat*.

*Hoc vates prædixit ante mortẽ Nechao.* 6. Negandum igitur eſt, hanc prophetiam denunciatam eſſe,
tem Nechao, quem non occidit, ſed vicit duntaxat, & in Ægyptum
buchodonoſorus. Nec obſtat, quod de hac Ægyptiorum ſtrage, tan
præterita Ieremias loquatur; hoc enim ad euentus certitudinem mon
tico indicandam facit. Sicut Michæas de futuro conflictu côſilius,
det, ac ſi iam eſſet commiſſus: *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus*
*non habentes paſtorem*, 3. Reg. 22. v. 17. Et ipſe Ieremias hic cap. 21. ad
nanda verba præteriti temporis vſurpat. Et c. 48. futura vaticinans,
biti de loquitur, ac ſi iam vaſtata eſſet.

IEREM. XLVI. v. 13.

*Anno 4. Ioakim hoc prædictum.* 1. *Verbum quod locutus eſt Dominus ad Ieremiam Prophetam, ſuper eo,*
*eſſet Nabuchodonoſor.* Hæc & ſequentia vſque ad finem capitis anno 4.
ſcribunt Caſtrius in Chronotaxi cap. 20. & clariùs in huius cap. com
ſecutus Lyranum, Cornelius in Chronotaxi, Salianus anno m. 24
Ratio communis eſt, quod ea propheria, quæ neque expreſſè, neque
lam temporis habet notationẽ, ad præcedentis prophetiæ tempus
Hæc itaque cùm omni chronico charactere deſtituatur, vna cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præcedenti vaticinio probabiliter anno quarto Ioakimi tribuitur, ita vt occaſione vincendi, aut victi Pharaonis ad Euphratem, aliam ſtragem denunciet Ægyptijs imminentem, quam aliquot annis poſt Ieroſolymorum euerſionem Nabuchodonoſor intulit, quando Ægyptum longè lateque populatus in ſuam redegit poteſtatem. Ad hoc enim tempus, huius oraculi euentum applicant auctores iam laudati, Sanctius hic num. 23. & indicat Theodoretus cùm ait, Ieremiam illa quæ hic minatur prædixiſſe Iudæis, cum deſcendiſſent in Ægyptum, quando lapides condidit ſub veſtibulo palatiorum: quod ſine dubio poſt vrbis & Sedeciæ caſum accidit, vt patet Ierem. 43. v. 9.

2. Dices: Septuaginta cap. ſuo 26. verſ. 13. hanc prophetiam ita ordiuntur: *Quæ locutus eſt Dominus in manu Ieremiæ, cum veniret Rex Babylonis ad percutiendam terram Ægypti.* Hæc autem verba videntur indicare, hoc vaticinium eo tempore editum, quo Chaldæus infeſtis ſignis petebat Ægyptum. Reſp. ita quidem habere, verſionem Latinam Græco textui annexam: Sed valdè obſcuro ſenſu. Ipſi enim Septuaginta, vocem Hebræam *labo*, reddiderunt, τὸ ἐλθεῖν, quod aliqui vertunt, *quod veniret*, ſiue *eo quod veniret*, alij transferunt *de veniendo*, vel *de eo, quod venturus eſſet*, alij denique *vt veniret*. Vulgata autem editio optimè cæteros textus his verbis declarat: *ſuper eo, quod venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis, & percuſſurus terram Ægypti*, hoc eſt, de hoſtili Nabuchodonoſoris aduentu, ſiue expeditione in Ægyptum, vt bene Caſtrius hic num. 7. Taceo, ex communi authorum ſenſu, videri Ieremiam prius vitâ functum, quam Babylonius, eò moueret.

*Editio Græcanō pugnat cum Latina.*

---

### IEREM. XLVII. v. 1.

*Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam Prophetam, contra Palæſtinos, antequam percuteret Pharao Gazam.*

## QVAESTIO XI.

## *Quando edita hæc prophetia: quando completa.*

1. Cum S. Vates præmittat, hoc verbum ſibi factum, *antequam percuteret Pharao Gazam*, tempus ſubindicat, non completæ, ſed oblatæ ſibi prophetiæ, vt monet Caſtrius, ac proinde Scriptores, vt doceant, quo tempore hæc prædixerit Ieremias, inquirunt, quando Gazam ceperint Ægyptij. Qua de re nobis diuinandum eſſe affirmat Sanctius: *quia neque ex ſcriptura ſancta*, inquit, *neque ex probato aliquo auctore, quod ego viderim, aliquid inuenio ſolidi, cui innitar.*

*Edita eſt Gaza nondū capta.*

2. Aſſignat tamen idem auctor, tria diuerſa tempora, quibus Gazam ab *De Gaza capta 3. Opiniones*

Ægyptijs percuſſam ſuſpicari quiſpiam poſſit. 1. anno poſtremo Ioſ...
aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Aſſyriorum, ...
Euphratem. 4. Reg. 23. verſ. 29. Cum enim vel contra Aſſyrios ...
rao, aut victor ab Euphrate rediret, cur certis de cauſis, non potuerit
expugnare? 2. Anno 4 Ioakim, quo Ægyptij in Charcamis à Nabuchodo-
noſore victi ſunt. Ierem. 46. verſ. 2. Tunc forſitan in reditu Gazam ...
3. Eo tempore, quo rex AEgypti Sedeciæ Iudæorum regi à Chaldæis ...
ſubſidium afferre volebat: ſiquidem veriſimile eſt, tunc Gazam ... Chal-
dæorum veniſſe poteſtatem, quando Nabuchodonoſor omnes ... ci-
uitates expugnauerat, exceptis Ieroſolymis, Lachis, & Azeca, Ierem. 34.
7. Cum igitur Gaza non procul ab AEgypto diſtaret, potuit eam Pharao
prius vel poſterius expugnaſſe, quam à Nabuchodonoſore victus in Ægyptum
regrederetur.

*Non eſt capta mortuo Ioſia.* 3. Tametſi vero abſolutè fieri potuerit, vt Pharao Nechao, po... teritum Gazam diriperet, aut ſaltem vexaret: nullum tamen ſignum ... id reipſa eo tempore contigiſſe. Imo tunc Pharaonis imperio parebat ... atque adeo tota Syria, vt notat Sanctius, qui putat, veriſimilius eſſe, ... num quartum Ioakim Gazam ab AEgyptio percuſſam, cum hic ... ad Euphratem malè multatus, & magna Syriæ parte priuatus, ... refugeret. Tunc enim putat non eſſe incredibile Gazæos Chaldæis ... potentioribus ſeſe adiunxiſſe, ac ideo Pharaonem pudore & dolore ... motum, iram ſuam in Gazæos effudiſſe. Quam opinationem nec pu... Sanctius, nec alij mox laudandi, quia tunc nulla ſuberat cauſa, cur ... ſæuiret Pharao, quippe, quos AEgypto vicinos, & initio ſuſceptæ ... tem expeditionis ſubiectos habebat: nec eſt veriſimile Gazam ... nios defeciſſe, quam Pharao cum ſuarum copiarum reliquijs in AEgyptum re-grederetur.

*Concluſio.* 4. Probabilior itaque videtur opinio Hebræorum, Lyrani, ... thuſiani, Caſtrij, Maldonati, Cornelij, Marianæ, Menochij, qui ... cladem Gazæis illatam, eo tempore, quo interrupta Ieroſolymorum ... ne, Nabuchodonoſor, Pharaonem, Iudæis opem ferre conatum ... mum redire compulit. Tunc Gazenſes Chaldæis ſe adiunxiſſe videntur ... Pharao, vel antequam cæderetur, vel poſt ſuorum ſtragem, potuit ... arma ſtringere, Babylonijs obſidionem Ieroſolymitanam exemplo ... tibus. Quando autem id acciderit diſputaui cap. 34 q. 6.

*Quando completa hæc prophetia.* 5. Completa eſt hæc prophetia poſt excidium Ieroſolymorum, ... captam Ægyptum. Prior huius aſſerti pars inde colligitur, quod ... v. 4. vniuerſæ terræ Philiſtinorum atque Phœniciæ cladem prædicit ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erco euenit, quod euerſæ Ieruſalem inſultauerint, & Iudæos malè tractauerint. Amos 1. v. 9. Ezech. 25. v. 15. & cap. 26. v. 5. Id autem ante vaſtatam à Nabuchodonoſore AEgyptum accidiſſe indicat Iſaias cap. 23. v. 5. Cum auditum fuerit in AEgypto dolebunt, cum audierint de Tyro. Quem locum ſic interpretatus S. Hieronymus: *cum hoc AEgyptus audierit, ipſa etiam terrebitur, ſe quoque intelligens eadem quæ Tyrus paſſa eſt, eſſe paſſuram.* Conſentit Ioſephus, quoad priorem partem, & tempus adimpleti huius vaticinij clarius aſſignat lib. 10. Antiq. cap. 11. *Quinto* inquit *post excidium Ieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſoris vigeſimus tertius, magnis copijs inuaſit Cœlen Syriam,* (ad quam ſpectat Palæſtina & Tyrus) *qua ſubacta bellum geſſit contra Ammonitas & Moabitas, & his quoque perdomitis, AEgyptum hoſtiliter eſt aggreſſus.* Ita docent Caſtrius & Sanctius: at vero Salianus ad an. m. 3451. num. 2. etſi fateatur hanc doctrinam eſſe S. Hieronymi & Ioſephi; putat nihilominus prius vaſtatam ægyptum, quam Cœleſyriam. Malo S. Hieronymum ſequi, propter locum Ezechielis iam indicatum. Vide Notas in ca. 19. Ierem. v. 17.

---

IEREM. XLVIII. v. 1.

*Ad Moab: hæc dicit Dominus exercituum.*

## QVÆSTIO XII.

## *De tempore huius prophetiæ.*

1. DVbium eſt *Primò*, quando editum ſit hoc vaticinium: vtrum eo tempore,
quo contra Palæſtinos denunciata ſunt ea, quæ cap. præcedenti conte- *Dubium.*
xuntur, iuxta communem illam regulam, qua plerique omnes ea oracula quæ *Ratio dubitandi.*
nullam temporis notam præferunt, ad præcedentis prophetiæ tempus reuocare ſolent: an vero ad initium regni Sedeciæ, quando Ieremias contra ÆIam prophetauit, vt cap. ſeq. v. 34. legimus. Omnes enim iſtæ prophetiæ, inter ſe quodammodo connexæ, & ad idem tempus ſpectare videntur.

2. Hoc poſterius magis arridet Caſtrio, in huius cap. argumento, vbi opinatur, *has omnes prophetias editas ab Ieremia in principio regni Sedeciæ,* quando ad aduē- *1. Opinio.*
tum Legatorum, à regibus Edom, Moab, Ammon, Tyri, Sidonis, miſſorum, S. Vates ſibi catenas & vincula iniecit, vt latè deſcribit ipſe Ieremias cap. 27. Cum
enim tunc tēporis contra ÆIam vaticinatus ſit, vt Caſtrius autumat; pari ratione *Ratio.*
de cæteris gentibus, occaſione Legatorum futura ceciniſſe videtur. Caſtrio adhæret Sanctius, ideoque hoc & ſequens caput 27. putat eſſe ſubnectendum.

3. Hæc tamen ratiocinatio imbecillis eſt: non enim conſtat Ieremiam propheaſſe contra AElam, quando ſibi fecit catenas & vincula. De- *Examinatur.*
inde, illa, quæ ca. 27. habentur, Gentes concernunt, nec tamen ſub initium, ſed



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potius ſub finem regni Sedeciæ prodita ſunt. Babylonij etiam in gen…
merantur, de quibus Ieremias vaticinia promit, c.50.& ſeq. anno qu…
ciæ, vt indicat verſiculus 59.cap.51. Itaque ex eo quod Moabitæ gen…
non idcirco prophetiæ in eos directæ, primordijs regni Sedeciæ inſcri…
Quare probabile eſt, eodem ferè tempore Ieremiam de Palæſtinis &…
tis oracula deprompſiſſe: quamuis neque id certum ſit.

*Dubiū 2.* 4. Alterum hoc loco dubium oritur, quando reipſa hoc vatici…
impletum, & ea calamitas quam Propheta minatur in Moabitas…
*1. Opinio.* Lyranus occinit, ea quæ hic denunciantur, partim ſub Sennacherib…
Nabuchodonoſore accidiſſe. Nam Iſaias ca.15.& 16. ijſdem pene…
prædixit, quæ ſub iſtis duobus regibus Moabitæ ſenſerunt. Fauet S…
mus Iſa.14. & 16.

*Hic nō eſt Hiſtoria de præterito ſed Prophetia de futuro.* 5. Aduertendum 1. Ieremiam hoc loco non contexere hiſtoriam de…
Moabitarum calamitate, ſed ſpiritu prophetico venturam prædicere…
*mos in tranſmigrationem. Veniet prædo ad omnem Vrbem.* v.7.& 8. *Ecce dies ve…*
*Dominus, & mittam ei ordinatores, & ſtratores laguncularum, & ſternent eum,…*
*exhaurient, & lagunculas eorum collident, & confundetur Moab à Chamos.* v…

*Idq; cōtra Moabitas.* 6. Aduertendum 2. Ieremiam non ante annum 13. Ioſiæ vaticin…
cum multis iam retro annis Sennacheribus interijſſet. Aduertendum…
tas non prius fuiſſe abductos, quàm hæc denunciaret Ieremias, vt ip…
cat v.11. *nec tranſfuſus eſt de vaſe in vas, in tranſmigrationem non abijt,* hoc eſt…
mutauit habitationem ſuam, *non fuit ſedibus ſuis pulſus,* inquit Theodo…
teris minimè contradicentibus.

*Reſp. ad 2. dubium.* 7. Hiſce animaduerſis, cōmuni ſententiæ ſubſcribo, quæ hanc p…
Sennacheribi tempora ſpectare negat, ſed totam regno Nabuchodo…
iudicat, quando Moabitidem vaſtarunt Chaldæi. Eſt Theodoreti, R…
gonis, Iſidori, Carthuſiani, Vatabli, quos laudant, & ſequuntur, Sa…
nelius hic, Salianus an.m.3451.num.19. Quod v.40. S. Vates N…
ſorem reſpexerit, fatetur cum cæteris Lyranus; quod autem ſermo p…
v.12. ad Aſſyrios & Sennacheribi tempora non alludat, ipſe verbo…
tus palam facit: nam tempus futurum deſignat Lyrano etiam conſ…
vero damna quæ Aſſyrij Moabitis intulere, annum Ioſiæ decimum…
ſua vaticinia exorſus eſt Ieremias, longo multorum annorum inte…
ceſſerunt.

*Reſp. ad 1. Opinionē.* 8. Nec quicquā officit, quod eadem fermè verborum cōplexione…
remias ſubinde vtantur, v.g. *in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis…*
Iſaiæ 15. verſ. 2. *Omne caput caluitium, & omnis barba raſa erit.* Ierem…
Rurſus: *audiuimus ſuperbiam Moab: ſuperbus eſt valde.* Iſaiæ 16.v.6. Ierem…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item: *ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo.* Iſaiæ 16. v.10. Ieremiæ 48. v.33. Hoc inquam non obſtat, quo minus hæc Ieremiæ comminatio tota quanta ad Nabuchodonoſoris imperium referatur. Si Iſaias ad Aſſyrios reſpexit, tales ferè cauſas vidit, cur Moabitidis vaſtata fuerit ab Aſſyrijs, quales calamitatē à Chaldæis illatam præceſſerunt, & Ieremiæ innotuerunt. Ex. ca. ſuperbia Moabitarum. Damna etiam, quæ prius Aſſyrij, tum Babylonij Moabitis crearunt, magna ex parte ſimilia fuerunt, vt caluitium, raſio barbæ, ablatio lætitiæ de Carmelo, & cætera huiuſmodi, quæ furor bellicus inuehere ſolet. Vnde mirum non eſt, ſi ab vtroque Vate ſimiles verborum formæ, de rebus diſtinctis quidem, ſed non diſparibus vſurpentur. Denique ſi non omnia, at ſaltem aliqua Iſaias de Nabuchodonoſore prædixerat, quæ hic inculcat Ieremias. Nam verba illa Iſaiæ 16. verſ.3. & 4. *Abſconde fugientes, & vagos ne prodas: habitabunt apud te profugi mei* S.Hieronymus & Caſtrius, de ijs interpretantur, qui vaſtata Ieruſalem ad Moabitas confugerant: Ieruſalem autem non Aſſyrius, ſed Babylonius expugnauit. Et illud Iſaiæ ver. 8. *Flagella eius vſque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, tranſierunt mare,* de captiuitate Babylonica ab ijſdem auctoribus accipiuntur. In expeditione verò Aſſyriaca, vix intelligi poteſt, quomodo mare tranſierint, cum ante Ieremiæ tempora ſedes non mutauerint Moabitæ. Quare cum Caſtrio arbitror, Iſaiam de Chaldæis potius intelligendum eſſe, quam Ieremiam de Aſſyrijs, cum de populanda Moabitide vaticinantur. Eſto inter cæteras euerſionis Moabiticæ cauſas, ea referatur hic verſ.27. quod Moab Iſraelem deriſerit, quaſi inter fures repertum: hoc enim ad Moabitarum ſuperbiam ſpectat, in qua cum perſiſterent, iuſto Dei iudicio à Chaldæis debellati & abducti fuerunt.

---

## IEREM. XLIX. L. LI.

*Id factum vno è primis annis Sedeciæ.*

CAp.49.ver.34. *Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam Prophetam aduerſus Ælam in principio regni Sedeciæ regis Iuda.* Hoc oraculum de Ælam ſub initium regni Sedeciæ prolatum fuiſſe, clare docet ſermo diuinus: inde tamen colligere non licet, id anno primo Sedeciæ contigiſſe, cum principij nomen ad priores regni illius annos extendi poſſit. Ad ſecundum annum hanc prophetiam applicant Caſtrius, Cornelius, quod improbabile non eſt. Eodem referunt quæ hoc cap. de Ammon, Idumæa, Damaſco, Cedar, & regno Azor prædicuntur. Coniecturæ ſunt: nihil in his video, quod auſim aſſeuerare.

*Omnia onera Babylonis deſcripta 4. anno Sedeciæ.*

Cap.51. v.59. *Verbum, quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius.* Ex hoc & ſequenti verſiculo colligunt interpretes, omnia mala Babylonijs impendentia, quæ hoc & præcedenti cap. continentur, anno quarto Sedeciæ, edita, deſcripta, Saraiæ

P.
H. Phili
Chrono
Vet: Test.
A
17



tradita. Ita docent Caſtrius, Sanctius, Cornelius, in ſuis commenta-
niellus & Salianus in Annalibus ad an.m. 3439. num. 1. & 7.

---

IEREM. LII.

**V**Erſ. 1. *Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpiſſet.* De Se-
deciæ diſputaui, 4. Reg. q. 22.

Verſ. 4. *In anno nono regni eius, in menſe decimo, decima menſis, venit Nabucho-*
*ſor.* Vide notas 4. Reg. 25. v. 1. & 2.

Verſ. 12. *In menſe autem quinto, decima menſis, ipſe eſt annus nonudecimus N-*
*donoſor regis Babylonis.* Vide 4. Reg. q. 20. & in cap. 25. v. 8. notas.

Verſ. 28. *Iſte eſt populus, quem tranſtulit Nabuchodonoſor, in anno ſeptimo*
*millia viginti tres.*

## QVÆSTIO XIII.

### *Vtrum hoc in tranſmigratione Iechoniæ accid*

*1. Opinio id affirmat*

1. **A**Ffirmat ex opinione Rabbi Salomon, Lyranus, quem ſequun-
thuſianus, Sanctius, Vatablus: quibus ſi obijcias Iechoniam an-
no Nabuchodonoſoris captum fuiſſe & Babylonem abductum, 4. Reg.
v. 12. reſpondet Lyranus annum ſeptimum Nabuchodonoſoris à Iere-

*Sed contra eſt.*

merari, *ab illo tempore, quo Ioakim filius Ioſiæ fuit ei ſubditus, ſeruiens ſib-*
iam Nabuchodonoſor vno anno regnaſſet: in libris autem Regum, an-
octauum ab initio regni illius computari. Hæc tamen reſponſio non
quia neque ratio, neque Scriptorum auctoritas ſuadet, Nabuchodo-
anno regni ſui ſecundo tributum imperaſſe Ioakimo. Eſto verò id ſibi
ſet: attamen nullum ſignum habemus quo ſuſpicemur inde Ieremiam
ſeptimum deduxiſſe, cum annos ſupputet, ab eo tempore, quo Nabucho-
noſor principatum adijt; non quo Ioakim ei ſeruire cœpit.

*Effugium 1. opin. inualidum.*

2. Nonnulli, vt Sanctius, aiunt migrationem incidiſſe in annum
chodonoſoris abſolutum, vt eſt apud Ieremiam: octauum fluentem,
bris Regum legitur. Verum neque hoc reſponſo ſatis fit quæſtioni:
do Iechoniam tranſportauit Nabuchodonoſor, tunc anno regni
*tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus,*
*in captiuitatem, & omnẽ artificem & incluſorem.* 4. Reg. 24. ver. 15. Anno
mo tranſtulit *Iudæos tria millia & viginti tres*, vt ſcribit Ieremias, & in
non agere de ea captiuitate, quæ illo libro quarto Regum deſcribitur.
gni momenti eſt Lyrani effugium, vbi ait Iudæos tria millia apud
intelligendos eſſe de tribu Iuda: de reliquis verò tribubus fuiſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& hæc apud Ieremiam omiſſa: Liber enim Regum illo cap. 24. verſ. 16. narrat Babylonium tranſtuliſſe cum Iechonia *omnes viros robuſtos ſeptem millia, & artifices & incluſores mille*, vniuerſè decem millia, vt ver. 15. notatur. Ergo apud Ieremiam non ſunt omiſſa tria millia: ſic enim exurgeret numerus vndecim millium, nempe robuſtorum 7000. artificum & incluſorum 1000. quibus ſi accenſeantur 3023. à Ieremia numerati, conficient 11023. cum tamen libri Regum non niſi 10000. repræſentent.

3. Itaque magis aſſentior Caſtrio & Cornelio in hunc locum v. 12. Torniello ad ann. m. 3435. numer. 7. Saliano ann. 3536. numer. 2. qui Ieremiam interpretantur, non de transmigratione Iechoniæ, & ſociorum eius, ſed de ea captiuitate, quæ anno vndecimo Ioakimi, Nabuchodonoſoris ſeptimo necdum expleto contigit: quando Babylonius teſte Ioſepho libr. 10. Antiq. cap. 8. florem iuuentutis Jeroſolymitanæ, vna cum ipſo rege interfecit, quem etiam inſepultum extra mœnia iuſſit proijci, & pro eo Jechoniam filium regem conſtituit, eorum verò qui in aliqua dignitate fuerant, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Ezechiel. Hæc Gelenio interprete Ioſephus, qui rotundo trium millium numero contentus, fractiones, Iudæorum, more Scriptoribus non inſolenti prætermiſit. *Concluſio negatiua.*

4. Annos quorum hoc capite meminit ſermo diuinus, omnes fluentes non omnino expletos intelligo, nempe *nonum* & *vndecimum* Sedeciæ. Nabuchodonoſoris *decimum nonum* verſ. 12. ſeptimum, verſ. 29. vigeſimum tertium, verſ. 30. vt dicebam 4. Reg. q. 20. numer. 4. & in cap. 25. v. 1. & 2. Denique quod hic repetitur de anno trigeſimo ſeptimo tranſmigrationis, explicabam illo cap. 25. v. 27. libri 4. Regum. *Hi anni ſunt currentes.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN THRENOS IEREMIÆ.

## QVÆSTIO XIV.

### *Quando Ieremias Threnos ediderit.*

1 QVidam putant mox ab obitu Joſiæ fuiſſe compoſitos. Ita Rabbi Salomon, quem citat & ſequitur Lyranus Thren. 5. initio. Fauet S. Hieronymus Zach. 12. ſub finem, vbi ait ſuper Joſia lamen- *1. Opin. putat mox ab obitu Ioſiæ.*

tationes

cationes Ieremiam *quæ leguntur in Eccleſia.* Rabanus, Maldonatus, qui
cinari videtur Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 6. *Ieremias*, inquit,
ſiæ) *ſcripſit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus.* In hanc
adduci ſolet *primò*, illud 2. Paralip. 35. ver. 24. de Ioſia: *Vniuerſus Iuda*
*luxerunt eum; Ieremias maximè: cuius omnes cantores atque cantatrices*
*tem diem, lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael*
*ptum fertur in lamentationibus. Secundo*, illud Thren. 4. verſ. 20. *Spiritus*
*Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris.* Quem verſiculum nomine
interpretantur.

**Refutatur** 2. Sed hæc opinio communiori auctorum conſenſu explodi
tiones paulo poſt adducendas. Lamentationes illæ de quibus in
nis eſt ſermo, iam olim interierunt; ſiue tempore Ioſephi & S. Hier
terint, ſiue non. Illud autem Thren. 4. licet ex Hebræo verti poſſit,
*mini*: Septuaginta tamen interpretes, & Vulgata editio retinenda
bet, *Chriſtus Dominus captus eſt*, Ioſiæ non conuenit iſtud nomen Do
in Hebræo ſit tetragrammatum, & Ioſias nõ ſit captus, ſed vulnera
quamuis lætaliter, vt cum Origene notant recentiores in hunc locum
licet obiter, in hiſce lamentationibus Ioſiæ mentio fieret, vt putat
Paraphraſtes; non tamen inde colligere liceret, eas ante caſum
ciæ calamitatem, à Ieremia, vel voce vel ſcripto editas fuiſſe. De
uatore verba illa: *Chriſtus Dominus in peccatis noſtris captus eſt*, optimè
tur. Occaſione enim peccatorum, ob quæ Ieruſalem à Chaldæis
aſſurgit S. Vates ad ſcelera Iudæorum, qui Chriſto necem mach
excidium ſub Tito factum, vt latè oſtendunt Caſtrius & Cornelius
ſentior) tum plurimorum antiquorum auctoritate, vt Clementis,
ſtini, Origenis, Tertulliani, Ambroſij, Hieronymi, Theodoreti,
bus, quibus ſuadent, non ſenſu tantum accommodatitio, ſed
Chriſto Redemptore accipienda eſſe. Si punctorum quæ Iudæi
ratio haberetur, Meſſias ſiue Chriſtus eſſet in ſtatu regiminis, &
ſet *Meſchiach Adonai, Chriſtus Domini*: vt maioris momenti eſt 70.
ctoritas, qui in ſtatu abſoluto legerunt *Maſchiach*, quam lectionem
imo ratam eſſe iubet Latina verſio, tum antiqua, tum maximè S

**2. Opinio anno 4. Ioakim.** 3. Secunda opinio eſt quorundam, maximè Hebræorum,
ſtrius, qui aſſerunt hunc librum anno quarto Ioakim eſſe compoſitum
dem enim eſſe volunt, cum eo volumine, de quo late Ieremias cap.
ita vt primum, ſecundum & quartum alphabetum harum lamentationum
libro, quem Ioakimus combuſſit, deſcripta fuerint iſta tria alphabeta
verò tertium, quod incipit: *Ego vir vidēs paupertatem meam*, Thren.

anno quinto Joakimi. Et hoc putant eſſe volumen illud, in quod Baruch ea retulit quæ in libro combuſto prius conſcripta fuerant, imò & alia appoſuit, de quibus illo cap. 36. extremo fit mentio.

4. Verum huius doctrinæ falſitas vel ex eo deprehenditur, quod in eo co- *Refellitur.*
dice, quem Joakimus flammis tradidit, ea conſignata fuerint, quæ ab Ioſiæ temporibus Ieremias à Deo, *aduerſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes, acceperat*: in hiſce autem lamentationibus hæc minimè reperiantur. Deinde illo cap. 37. verſ. vltimo, Baruch dicitur in poſteriori volumine, non ſolùm *omnes ſermones libri quem combuſſerat Ioakim rex Iuda igni*, deſcripſiſſe; ſed *& inſuper additi ſunt ſermones multo plures, quam antea fuerant*: quæ ad librum Threnorum non quadrant, etiamſi tribus alphabetis prius exaratis aliud poſtea fuerit adiunctum.

5. Tertia communis & vera ſententia eſt, has lamentationes ab Jere- *Concluſio Threni compoſiti poſt caſum vrbis Ieruſalem.*
mia, poſt Vrbis & templi euerſionem editas fuiſſe. Hoc diſertè aſſeritur apud Septuaginta in prooemio hiſce verbis: *Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias flens, & lamentatus eſt lamentationem hanc ſuper Ieruſalem.* Quod teſtimonium cum ab Eccleſia vſurpetur, magnæ auctoritatis eſſe debet, vt benè ſuggerit Sanctius. Id ipſum clarè ex totius huius libelli contextu manifeſtum eſt. *Viæ Sion lugent, eo quod non ſint, qui veniant ad ſollemnitatem: omnes portæ eius deſtructæ*, cap. 1. verſ. 4. *Succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius*, cap. 4. verſ 11. Similia paſſim occurrunt, quæ nec ad Ioſiæ mortem, nec ad annum 4. Joakim ritè poſſunt accommodari, vt minimè audiendus ſit Lyranus, qui hic cap. 3. *Dicendum*, inquit, *quod Ieremias vidit deſtructionem dupliciter: vno modo viſione intellectuali, & prophetica, & ſic eam deplorauit ſcribendo antequam eueniret: alio modo viſione corporali quando fuit completa, & ſic eam deplorauit, illud quod prius ſcripſerat, per modum lugubris carminis ore proferendo.* Non eſt, inquam audiendus: ſic enim Ieremiæ lachrymas & leſſum iſtud, ſine ſufficienti ratione multiplicat. Deinde ſi deſtructionem ciuitatis, antequam eueniret, iſtis Threnis deplorauit, vt ipſe loquitur; ergo aliæ fuerunt lamentationes, quibus Prophera Ioſiam luxit; quod Lyranus antea negabat. Denique Patres & antiquitate & ſanctitate conſpicui hoſce threnos abſolutè ad Vrbis excidium & populi tranſportationem differunt, Origenes in Commentario huius libri: *Ieremias cum captiuus populus teneretur in Babylone, luget regionem & Vrbis ac populi caſum.* Euſebius ait, Ieremiam verbis iſtis Ieroſolymorum & populi qui captiuus erat, miſerias lamentatum eſſe. *Similiter*, inquit Caſtrius, *loquitur Athanaſius, in Synopſi, in Ieremia, Chryſoſtomus, Hieronymus, Procopius, Theodoretus. Proſper quoque Aquitanicus lib de promiſſione p. 2. cap. 33. Rabanus, Rupertus, Hugo, S. Thomas, Lyra & Dionyſius, aliique recentiores huius libri Commen-*

*tatores: atque ita lamentantur hiſtoriam, non prædicit futuram vaſtitatem.* He

*Quomodo hic aliqua ad Ioſiam referantur*

6. Fatendum eſt tamen, nonnullos ex auctoribus iam relatis, ſub iam Ioſiæ caſum reſpexiſſe, vt S. Hieronym. Lyram, Raban, &c. ſed li terali, de nupera Vrbis & gentis Iudææ miſerijs, hunc librum poſſe pretatos, vt fecit S. Hieronymus, qui in harum lamentationum p cùm dixiſſet, eas non ſolum ſuper Vrbis Ieruſalem vaſtationem, ſed e ſiæ regis occaſum conſcriptas eſſe, ait: *primum,* (Vrbis nempe & popu tionem) *iuxta hiſtoriam in explanatione retexemus, Deinde allegoriam, pro ca, ſiue ad Ioſiam, qui interpretatur ſalus Domini, vel fortitudo Domini, ſiue hoc eſt, confitentes pertinent, inſeremus.* Quod in Commentarijs, ita non de futura, ſed præterita Vrbis ruina textum interpretetur, Et mio cap. quarti, de quarto alphabeto ait: *Simili modo, vt in cæteris, Iudaici atque vaſtationem Vrbis lamentabili voce, propheta hiſtorialiter deplor* bus verbis, id quod hac de re alibi, vel ex aliorum ſententia, vel ob ſenſu ſcripſerat, perſpicuè exponit, & docet Ieremias ſuos Threnos quarto, tum in cæteris alphabetis, non ſpiritu prophetico de rebus fu ſed ſenſu hiſtorico de præteritis compegiſſe. Quam in ſententiam etiam tiores conſpirant, Caſtrius, Sanctius, Cornelius in ſuis Commentar niellus ad ann. m. 3448. Salianus ann. 3447. numer. 47. Vnde Le an Mariana S. Hieronymi ſententiam bene interpretetur, cùm ve ctoris in præcitato procœmio ſic explicat, vt dicat, Ieremiam de Iud prius monodiam ſcripſiſſe; deinde ad exciſam Vrbem vertiſſe m carminibus locupletatam.

*Concluſio*

7. Contexuit igitur haſce lamentationes Ieremias anno illo, qu & templum conflagrarunt, annus 11. Sedeciæ claudebatur, decimu Nabuchodonoſoris aperiebatur, quando mihi 550. ante Chriſti epocham decurrebat.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN PROPHETIAM BARVC

## CAPVT I. v. 1.

IN *anno quinto, in ſeptimo die menſis, in tempore, quo ceperunt Chaldæi ſuccenderunt eam igni.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVÆSTIO I.

### *Vnde annus iſte quintus numeretur.*

1. SVnt, qui ab eo tempore, quo Iechonias Babylonem ductus eſt, *Quidam*
hunc annum quintum, putent numerandum: ſiquidem vel *putant à*
hinc, vel ab Vrbis euerſione ſupputari debet. Quo minus autem *capto Ie-*
hoc poſterius aſſeratur; obſtare videtur *primò*, verſiculus 10. huius *chonia id-*
capitis, quo indicat Baruch ſe librum ſuum legiſſe, quando altare Ieroſolymis *que 3. arg.*
habebatur: Vrbs autem & templum cum altari à Chaldæis euerſa fuerant an- *1. Arg.*
no 19. Nabuchodonoſoris. *Secundò*, verſiculus tertius hoc volumen coram Ie-
chonia lectum fuiſſe teſtatur, quia nempe Sedecias, necdum tranſportatus fue- *2. Arg.*
rat, alias lectioni interfuiſſet, idque ipſum Baruch memoriæ prodidiſſet. Deni- *3. Arg.*
que ſicut Ezechiel annos à capto Iechonia ſupputat; ita & Baruch indidem po-
tuit ſupputare. Auctores huius opinionis putant hic nihil aliud dici, quàm
quod Baruch libellum à ſe ſcriptum legerit ea tempeſtate, qua ſexcennio dein-
de tranſacto, Ieruſalem à Babylonijs deleta eſt.

2. Alij tamen validioribus argumentis contendunt, Epocham huius an-
ni quinti ad Vrbis excidium conſtituendam, ita vt Baruch librum ſuum abſol- *Alij me-*
uerit, & recitauerit anno quinto, ex quo Ieroſolymam ceperant, & incende- *lius ab e-*
rant Chaldæi. Ita cenſent Theodoretus, Hugo, Lyranus, Caſtrius, Cornelius, *uerſis Ie-*
Sa, Lanſſelius, Menochius, in huius verſiculi explanationem, Torniellus ad an. *roſolymis.*
m. 3451. num. 1. Salianus ann. 3449. num. 2. Probatur 1. ex huius cap. verſ. 8. & *Probat. 1.*
9. ex quibus colligimus hunc librum eo tempore lectum, quo argentea templi
vaſa, quæ fecerat Sedecias, Ieroſolymam remittebantur: inde autem non prius
aſportata fuerant, quam Chaldæi eam Vrbem expugnaſſent anno 11. Sedeciæ.
2. Hoc ipſum indicatur c. 2. v. 2. & 3. vbi iam adducta dicũtur ſuper Iudæos *ma-* *Prob. 2.*
*la magna, vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ.* Vtique in longa illa
obſidione, qua Iudæi Ieroſolymis à Nabuchodonoſore preſſi ſunt. 3. Ibidem
à verſ. 20. ita deſcribuntur Iudæorum, quæ tunc erant calamitates, vt nullis in- *Prob. 3.*
commodis conueniant, niſi ijs, quæ ipſi poſt Vrbis & Templi vaſtitatem
pertulerunt.

3. Altare quod in templo fuerat, ignis Chaldæus ſine dubio abſumpſerat,
ſed non deerat aliud minus nobile, in quo populi reliquiæ, inter ciuitatis an- *Ad tria*
te quinquennium combuſtæ rudera, ſacrificia offerebant. Sedecias tunc, aut *arg. 1. opin.*
iam ſupremum vitæ diem clauſerat, aut vinculis & cæcitate arctius ſtringeba-
tur, quam Iechonias. Hic enim vltrò ſe Nabuchodonoſori dediderat, nec vn- *Ad 2.*
quam ab eius imperio deſciuerat: Sedecias autem fœdifragus, nec niſi vi captus

P. H. Philip
Chrono
Vet: Test:
A 1
17



fuerat. Vnde merito Jechonias plus libertatis nactus, non ita ſtricto [illegible]
*Ad 3.* nebatur, quin Barucho librum ſuum legenti poſſet adeſſe. Demum [illegible]
chiel fecit; ita & Baruch à transmigratione ſuorum annorum [illegible]
potuit: hic tamen iuſtam cauſam habuit, cur ab euerſis Ieroſolymis [illegible]
putaret. Quia hæc populi & ciuitatis ruina adeo famoſa fuit, vt inde [illegible]
dæi nouam æram auſpicati ſint, quam etiamnum in ſuis Ephem[illegible]
quotannis præfigere ſolent, ſicut & aliam ſimilem à poſtrema V[illegible]
tum euerſione retinent, multis antea retro ſæculis vſurpatam. Et [illegible]
ter rationes prioris opinionis eſſe minus efficaces. Hæc de anno [illegible]
de menſe quæſtio.

*In ſeptimo die menſis, v. 2.*

*Forte hic mẽſis erat Niſan.* 1. Hunc menſem fuiſſe Niſan exiſtimant Lyranus, Sa, Corne[illegible]
chius, Torniellus ann. m. 3451. num. 1. quia lecto iſto libro, pecunia [illegible]
collecta eſt, & Ieroſolymam perlata, cùm die 10. menſis Siban, Ioa[illegible]
dos acciperet vaſa templi, quæ prius ablata fuerant, vt indicat v. 8. C[illegible]
menſis Siuan in anno ſacro ſit ordine tertius, videtur abſolutus & le[illegible]
chi libellus, menſe primo, qui Niſan appellatur. Quæ explicatio, cùm [illegible]
mæ notæ patronos habeat, temeritate caret.

*Vel potius Ab.* 2. Sed nec improbabilis eſt interpretatio Caſtrij in huius loci [illegible]
rio, & Saliani, ad ann. m. 3451. numer. 34. qui diem iſtam ſeptimam, [illegible]
menſem reuocant: mox enim Baruch hæc ſubnectit: *in tempore* [illegible]
*Chaldæi Ieruſalem, & ſuccenderunt eam igni.* q. d. in anno quinto, ſeptim[illegible]
ſis quinti, quo Vrbem expugnatam flammis abſumpſerunt Chaldæi [illegible]
4. Reg. 25. v. 8. *Menſe autem quinto, ſeptima die menſis (ipſe eſt annus* [illegible]
*gis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis* [illegible]
*& ſuccendit domum Domini, & domum regis, & domos Ieruſalem.* Pruden[illegible]
hunc diem elegit, vt recurrente tam funeſtæ calamitatis menſe & [illegible]
Iudæorum animos, ad dolorem, jeiunia, orationem & cætera id ge[illegible]
tia commoueret.

*Ad rationem 1. Opinionis.* 3. Ad rationem prioris opinionis reſponderi poteſt, 1. non ap[illegible]
ſam, cur primus menſis hic intelligatur potius, quam ſecundus [illegible]
commodatior enim appareret explicatio, ſi quis diceret die ſeptima [illegible]
tij lectum à Barucho volumen, pecuniam mox collectam, & die de[illegible]
lone miſſam, cùm Ioakim vaſa templi Ieroſolymitani reciperet. Re[illegible]
Caſtrius, illo verſiculo octauo nihil aliud dici, quàm quod pecun[illegible]
fuerit, eo anno, quo menſe Siuan Ioakimus vaſa templi receperat. C[illegible]
ea, non ita pridem recepta ſcirent Iudæi, putarunt ſui officij eſſe, qua[illegible]
poterat, in medium conferre, & in vſum ſacrificiorum Ieroſolym[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Saliani verò opinione collectio pecuniæ vaſorum miſſionem anteceſſit, ac proinde putat, menſe quinto, anni quinti ab Vrbis excidio lectum codicem; vaſa autem menſe tertio anni ſequentis Ieroſolymam relata: ſed malo Caſtrij interpretationem ſequi. Eadem erit ratio Chronologiæ, ſi ex quorundam opinione, dixeris, non Ioakimum, ſed Baruch ſacram ſupellectilem accepiſſe in Ieruſalem remittendam: nam ſiue huic, ſiue illi, ea tradita fuerit, id menſe tertio contigiſſe certum eſt.

## BARVCH I. v. 8.

*Vaſa reddita ante lectum librum.*

1. CVm acciperet vaſa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda, decima die menſis Siuan, &c. Græcè, ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸ, *in accipiendo ipſum*, quod verti poteſt, cum acciperet, vel accepiſſet, vt interpretatur Maldonatus: eſt enim Hebraiſmus. Quare probabile eſt, ſacra vaſa duobus fere menſibus, ante lectionem libri Baruch fuiſſe remiſſa, idque indulgente Nabuchodonoſore, qui cum collectionem etiam pecuniæ ad ſacrificia Ieroſolymis offerenda permiſiſſet, iure petebant exules, vt Ieroſolymorum incolæ pro vita illius orarent, cuius permiſſu nuper vaſa Ioakimo tradita fuerant.

*Templum ter ſacris vaſis ſpoliatum.*

2. Hæc vt melius intelligantur, aduertendum eſt, ſacram templi ſupellectilem aut ſaltem illius partem, ter aſportatam fuiſſe Babylonem. *Primò* anno tertio Ioakim Dan. 1. v. 2. *Secundò*, in tranſmigratione Iechoniæ, quando *ſuſcepit eum rex Babylonis anno octauo regni ſui; & protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ, & concidit vniuerſa vaſa aurea, quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini.* 4. Reg. 24. v. 13. 2. Paralip. 36. ver. 10. Horum autem aureorum vaſorum loco, Sedecias argentea ſubſtituit, quorum hic fit mentio. *Tertiò* ad finem regni Sedeciæ, quando Nabuchodonoſor Vrbem euertit, *vniuerſaque vaſa domus Domini, tam maiora, quam minora: & theſauros templi & regis, & principum tranſtulit in Babylonem.* 2. Paralip. 25. ver. 18. & latius refertur 4. Reg. 25. à ver. 13. Ierem. 52. à v. 17.

## BARVCH VI. v. 1. & 2.

*Varia huius loci expoſitiones.*

1. EXemplar *epiſtolæ, quam miſit Ieremias, ad abducendos captiuos in Babylonem.* Lyranus legit, *ad abductos captiuos in Babylone*, & putat hanc epiſtolam ſcriptam quidem, poſt tranſmigrationem Iechoniæ: ſed ante captiuitatem generalem, ſub Sedecia factam, ac tandem mortuo Ieremia Babylonem allatam, atque à Baruch, captiuo populo prælectam. Lyrano concinit Dionyſius, & ex parte Maldonatus, qui credit Jeremiam, hæc Iudæis quidem prædixiſſe, antequam in captiuitatem ducerentur: ſed poſtea cum eſſent abducti, in epiſtolam per Baruch redacta, iiſdemque verbis quibus erant prædicta ad captiuos

 deue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deueniſſe. Hugo eandem retinet lectionem, ratus hanc epiſtolam ad iter exilij iam ingreſſos ſcriptam, ac proinde tunc fuiſſe partim ad... partim abducendos: ſolum enim vertebant, necdum Babylonem... nerant.

*Refutantur.* 2. Sunt alij, qui hanc interpretationem ſolido fundamento... ficiantur, & autumant, hanc epiſtolam, non ad *abductos*, ſed ad... exaratam: ſic enim legimus in 70. Seniorum tranſlatione, Latina... correcta, Tigurina, Pagnini. Ita etiam legit Tertullianus in Scorpiace... ait, Ieremiam hæc ſcripſiſſe, *ad eos quibus captiuitas imminebat*, & alia... allegandi.

*Concluſio.* 3. Probabilior cæteris Eorum ſupputatio qui cenſent Ieremiam... per Nabuzardam Iudæis, in Babylonem iamiam ituris hanc epiſtolam... quam illi ſecum deferrent, & ea quaſi antidoto aduerſus cultum i... rum vterentur. Sic enim vera lectio retinetur, & facile intelligi... re Propheta ſcripſerit: *abducemini in Babylonem*: quia nempe erant in p... vt abducerentur. Ita Caſtrius, Cornelius, Menochius hic, ſecun... rum de promiſſionis Dei, p. 2. cap. 33. Torniellus ad an. m. 3447. num... lianus ib. num. 31. Miſerit igitur S. Vates hæc monita ad captiuos ſub... tempus, quo Ciuitas conflagrauit, inſtante, vel ineunte anno decimo... buchodonoſoris, vt in ſuis Annalibus notant duo auctores iam nomi...

Verſ. 2. *Ingreſſi itaque Babylonem eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vſque ad generationes ſeptem.*

## QVAESTIO II.

## *Quomodo ſeptem generationes, cum ſeruitute annorum 70. congruant.*

*Quidam putant eſſe diuerſas à 70. annis.* 1. LYranus has ſeptem generationes pluribus quam 70. annis conclu... rit, eaſque à transmigratione Iechoniæ, vſque ad annum ſeptimum... quo Eſdram Babylone Ieroſolymam veniſſe putat, extendit, per annos... tratur 130. vel ſaltem 120. A deportato Iechonia, vſque ad captiuitatem... vndecim annos computat: inde vſque ad annum primum Monarchiæ... hinc ad Cambyſen ex Hebræorum computo triennium, aut vt alij... annos 12. Cambyſis imperio octennium impendit, cum Aſſuero 40... rio vſque ad profectionem Eſdræ ſeptennium, ac tandem concludit... poris interuallo ſeptem generationes cōtineri, quarum ſingulæ annos...

aut ſeptendecim complectantur, qui ſecundum naturæ curſum ſoboli procreandæ ſufficiunt.

2. Mihi verò hæc doctrina minimè probatur. Etenim nulla ſubeſt ratio, *Refutatur.* quæ contra communem doctrinam ſuadeat haſce generationes diuerſas eſſe ab annis 70. quibus Ieremias cap. 25. & 27. Babylonicam ſeruitutem definiuit. Adhæc effluxerunt quidem à transmigratione Iechoniæ, vſque ad Sedeciæ caſum anni fermè vndecim, & deinceps vſque ad Cyri Monarchiam 52. Sed Cyrus neque tres, neque duodecim; ſed vel 7. vel potius 9. annos imperauit. Eum ſecutus eſt Cambyſes, & hunc Smerdis per octennium: tum Darius Hyſtaſpis annos triginta ſex regnauit, cui ſucceſſit Xerxes annis 21. Xerxi ſublato Artabanus, Artabano Longimanus annis 40. Redijt itaque Eſdras cum ſuis in Iudæam, annis circiter 144. à transmigratione Iechoniæ, qui numerus ſi in 17. diſtribuatur, facile octo generationes dabit.

3. Carthuſianus duobus modis ſeptem haſce generationes ad 70. captiuitatis annos applicat. 1. generationis nomen accipiendo, pro ætate *Duæ interpretationes duræ.* hominis quatuordecim annorum, quæ ad prolem generandam idonea habetur. Hoc modo, quinque generationes annos quidem ſeptuaginta complebunt, ſed Dionyſius ait, Ieremiam vſum tali ſupputatione, vt terminos extrinſecos, vtrimque complecteretur, & ſic numeraret generationem vnam qua 70. annos ſeruitutis præceſſerat, & alteram, quæ ſecuta eſt. 2. ait, vocabulo *ſeptem* in ſcriptura quandoq; complementum & perfectionem denotari, & hoc loco poſſe pro vitæ humanæ periodo accipi, quæ eſt ferè 70. annorum: quod enim vlterius excurrit, *labor* eſt, *& dolor.* Pſalm. 89. Quas interpretationes durinſculas eſſe notant Pererius & Caſtrius: nec immerito. Nam iuxta priorem modum, qui dies quinque ieiunauit, diceret ſe vſque ad dies ſeptem ieiunaſſe, nempe adſcitis vtrimque terminis extrinſecis. Sic inter Paſcha & Pentecoſten liceret nouem hebdomadas computare. Alter autem modus tanquam conceſſum ſumit, quod probandum eſſet.

4. Pererius libro decimo in Dan. quæſt. 3. tres modos hunc nodum expli- *Tres modi* candi proponit. *Primum*, ſi vocabulum *ſeptem* pro numero indefinito accipia- *has res inter ſe conciliandi.* tur, vt ſit idem quod *multa.* vt Leuit. 26. v. 24. *percutiã vos ſepties propter peccata veſtra.* Et Prouerb. 24. v. 16. *Septies in die cadit iuſtus & reſurgit.* Et 1. Reg. 2. v. 5. in Hebræo eſt *donec ſterilis peperit ſeptem*: noſter autem reddidit: *donec ſterilis peperit plurimos.* Sic Ieremias videtur dixiſſe, ſolutum iri captiuitatem poſt ſeptem generationes, id eſt, poſt multas. *Secundum*, ſi generatio accipiatur hoc loco, pro ætate, quæ naturaliter valet ad generandum, qualis eſt, quindecim annorum, & quinque generationes mediæ, ſumantur integræ; prima autem & vltima

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Phili[illegible]
Chrono Vet: Test:
A 1 17



non completæ. Porrò iuxta hunc modum Pererius ſupponit hanc
fuiſſe ſcriptam, ad Iechoniam, & Iudæos, qui cum ipſo erant Babylon
nerationes à transmigratione Iechoniæ, vſque ad annum Cyri, quo
captiuitas, extendit, eoque temporis interuallo, vnum & octogint
cludit. *Atque hac ratione*, inquit, *computatio Baruch non pugnat cum computa
miæ: hic enim loquitur de captiuitate Iudæorum ſub rege Sedecia: ille verò ſub*
tium modum huius difficultatis expediendæ ait eſſe, ſi dicamus Baru
qui, de captiuitate Iudæorum ſub Sedecia, ſed eam terminaſſe
Artaxerxis Longimani, quando ea pars populi, quæ cum Zorobabe
dierat, duce Eſdra in patriam reuerſa eſt. A captiuitate Sedeciæ, vſque
ſionem Eſdræ, numerat annos 170. qui in ſeptem generationes
modè diſtribui.

*1. Modus explicatur.*

5. Primus horum modorum Caſtrio diſplicet, arbitranti Prophe
cum indefinitè dixiſſet, populum Babylone, *annis plurimis, & temporibus*
turum, explicandi gratia addidiſſe, *vſque ad generationes ſeptem*, quo tem
finitum, definiret. Verum facile Pererius negaret, hæc vltima verba
dentium explicatiua: quippe quæ ex ſe obſcuriora ſunt, quàm vt alia
luſtrare. Quin potius videntur per idiotiſmum Hebraicum inſerta,
acrius inculcarent, cùm alias Ieremias ſæpius denunciaſſet huius
ad annum vſque 70. duraturum. Itaque hanc eſſe commodam hu
terpretationem autumo.

*2. Modus exploditur.*

6. Secundus modus nonnulla inuoluit, quæ iure merito nega
ſupponit enim hanc epiſtolam, non ad *abducendos*, ſed ad abductos
cuius contrarium paulo antè v. 1. declaratum eſt. Deinde à Iechonia
vſque ad annum primum Cyri, quo finita eſt Iudæorum captiuitas,
annos 81. hoc autem pugnat cum rationibus & auctoritate priſcorum
ex quibus à caſu Sedeciæ, vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis, non
intercurriſſe probabam 2. Paralip. q. 2. præſertim num. 6. Denique
ratione hanc epiſtolam Barucho tribuit, & iſtas ſeptem generationes
70. ſeruitutis Babylonicæ, à Ieremia cap. 25. & 29. prædictis, auell

*3. Modus non placet.*

7. Sed nec ea probo, quæ tertius modus complectitur: hac
nerationes ab annis 70. ſeruitutis non ſeparo, & ab enthroniſmo Nab
noſoris auſpicor; finem iſti ſeruituti anno primo Cyri ſacra pagina
Eſdræ. 1. & alibi. A. Sedeciæ caſu, vſque ad annum ſeptimum Artax
mani annos nõ 170. ſed 132. computo. Et ſicuti anno primo Cyri imple
la verba Ieremiæ 29. v. 10. *cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta*
*vos. &c.* ita valde probabile eſt, eodem tempore completum, quod
ſtola v. 2. ſcribitur; *eritis ibi vſq; ad generationes ſeptem; poſt hoc autem*

*pace.* Quod Deus feciſſe videtur, quando Cyrus edictum de ſoluta captiuitate 1.Eſdræ.1.promulgandum curauit.

8. Torniellus ad annum m.3447.num.7.modum tertio loco adductum à Pererio, quoad rem ipſam probat; quoad annorum verò diſtributionem ab eius computo recedit. Nam 7.iſtas generationes à capto Sedecia vſque ad annum ſeptimum Artaxerxis protendit quidem; ſed hoc temporis interuallum 150.annis metitur, non 170.vt fit apud Pererium. Generationis vocabulum pro ætate viginti annorum accipit, & ad ſuæ ſententiæ confirmationem monet ex B.Theodoreto in cap.9.Danielis, Iudæos *ſicut pluribus vicibus ac veluti per partes in captiuitatem abducti fuere: ita etiam pluries in patriam eſſe remiſſos, videlicet ſemel à Cyro, & hic à memorato Artaxerxe, qui plures cum Eſdra, deinde alios multos cum Nehemia in Iudæã remiſit.* Hæc Torniellus, cui Salianus adhæret, ad eundem an.nu.31. Verum neq; hæc interpretatio omnem exhaurit difficultatem: nam ex antiquorum ſententia, vt iam num.6.dicebam, à capto Sedecia, Vrbeque exciſa, vſque ad annum 2. Darij, non niſi 70.anni fuerunt: his adde reliquos Darij 34. aut 35. tum Xerxis 21. & 7. Longimani, conficient vt ſummum 133. Sic ad 7. generationes deerit ſeptennium, quandoquidem, vt ipſi volunt, ſingulæ generationes annis vicenis abſoluuntur. Deinde Ieremias, cum dixiſſet, Iudæos vſque ad ſeptem generationes Babylone futuros, mox addidit: *poſt hoc autem educam vos inde in pace*, Quibus verbis indicare videtur, poſt illas generationes, mox futurum captiuitatis finem: iſti verò auctores hiſce generationibus 140. annos attribuunt, Deum verò Iudæos Babylone annis 150. euolutis reduxiſſe volunt. Itaque ex eorum opinione Deus exules non ſtatim poſt ſeptem generationes, ſed inſuper, poſt 10.annos reduxit, Hoc autem affirmare non auſim. Quemadmodum enim ex communi ſententia Ieremiæ oraculum cap.25. & 29. ſic accipi debet, vt adueniente vel abſoluto anno ſeruitutis ſeptuageſimo, mox imperium Babylonicum euertendum, & Iudæi poſtliminio redituri dicantur: ita decurſis iſtis ſeptẽ generationibus, ſtatim Deus reditum exulibus promiſiſſe videtur: neque enim apparet ratio, cur hic potius, quam ibi decennium abijcere, aut adiungere liceat. Præterea Deus per Ieremiam cap.29.v.10.clarè prædixerat: *reducam vos ad locum iſtum*: nempe poſt 70.annos: ergo Ieremias valde ambiguè locutus eſt, ſi in hac epiſtola, iſta Domini verba: *educam vos inde*, non niſi poſt 150.annos effectũ ſortitura denunciauit: quod ad fidem diuinis oraculis conciliandam parum valet. Denique cum terni fuerint, ex illorum enumeratione, reditus è Babylonia, quare Ieremias de ſecundo potius, quam vel de primo, vel de tertio in hac epiſtola vaticinatur? Primum igitur modum huic longè præponendum autumo.

*3 Modum quidã propugnans.* — *Sed non ſatis bene.*

9. Villalpandus apparatu in Ezechielem p.1. lib.5. cap.2. ſingulas gene- *Alia in-*

rationes annis 14. definit, & generationem accipit, non pro ...
*Interpretatio.* ſed pro genitis ſiue filijs : tum has generationes ita diſtribuit, ...
bylonem tranſlata ſit, ea cum Babylonem appuliſſet, filios, hoc eſt ...
generationem procreauerit, hæc poſt annos 14. tertiam : tertia poſt ...
annos, ſcilicet anno 28. deſolationis genuerit quintam ; Hæc ſextam, ...
*Exploditur.* quæ tandem ſeptimam generationem ediderit anno deſolationis 70 ...
*ptiuitate liberati ſunt*, inquit ille. Hanc explicationem Cornelius nec ...
lem, nec incongruam eſſe aſſeuerat : ego verò quicquid ſit de proba...
lius, eam non probo : quia vt alia taceam, hac ratione finis harum ...
num incideret in annum 2. Darij Hyſtaſpis, contra intentum Villalp...

10. Chriſtophorus à Caſtro, eruditè multis, de generationis ...
*Alia Expoſitio.* cabulo præmiſſis, ait, duobus modis hunc Ieremiæ locum explanari ...
ſingulæ generationes ſeptennio conſtent, & ſic ſeptem generationes ...
complectantur, quibus ſi vnus quaſi Iubilæus apponatur, exurgent ...
quot ferè effluxerunt, ab anno xi. Sedeciæ, quo hæc ſcribebat Ieremias ...
redditam Iudæis à Cyro libertatem. 2. vt ſeptem generationes nihil ...
quam ſeptem annorum decades, hoc eſt, ſeptuaginta anni, à Sedecia ...
ad annum ſecundum Darij, Hyſtaſpis computandi, quaſi diceret ...
eritis ibi, vſque ad annos 70. poſtea inde vos educam in pace.

11. Verum ego hiſce duobus modis non penitus acquieſco ...
*Ex parte commoda.* tentia quam & ſequitur Caſtrius, & cæteris antepono, ex eo tempore ...
decias captus eſt, & hæc epiſtola ſcripta, vſque ad annum primum Cyri ...
neque 50. ſed 52. anni ſupputantur, vt alibi probaui. Sic prior modus ...
exorbitat ab accurata horum annorum computatione. Alter modus ...
capite mihi non arridet quod has generationes ab Sedeciæ calamitate ...
vt ex dictis manifeſtum eſt.

12. Cornelius tradit ſeptem generationes eſſe 70. annos captiuitatis ...
*Alia valde probabilis.* valde probabile exiſtimo. Hos annos inchoat ab vndecimo Ioakim ...
Monarchiæ Cyri concludit: ab anno vndecimo Sedeciæ, vſque ad ...
Cyri numerat annos 59. ego aliam Chronologiam ſecutus ſeptuaginta ...
rum ſeruitutem anno primo Nabuchodonoſoris inijſſe, & anno primo ...
deſijſſe credo, & alibi probare conatus ſum.

13. Auditis tandem prædictorum auctorum hac de re placitis ...
*Ieremias conſtanter ait captiuitatē fore 70 annorum.* luce aliqua ad illuſtrandam præſentis controuerſiæ obſcuritatem ...
opinior in primis Ieremiam hoc loco, cap. 25. & cap. 29. de ...
duratione non dixiſſe tum hoc, tum illud : ſed conſtanter de ...
moſæ captiuitatis vbique locutum. Huius opinionis patronos ...
nyſium, quamuis duriuſculam adhibeat interpretationem, ...

dicebam, Maldonatum in hoc caput verſ. 2. *Manifeſtum eſt*, inquit, *Ieremiam voluiſſe dicere, Iudæos per 70. annos in captiuitate futuros eſſe, quemadmodum prædixeras cap. 25. verſ. 11. 12. & cap. 29. verſ. 10.* Cornelium hic §. ſeptem ergo. vbi diſertè monet, Baruch diſcipulum & ſcribam Ieremiæ in hac epiſtola referre ſe ad cap. 25. v. 11. Villalpandum l. c. Pererium in primo modo, quo hunc locum explicari poſſe fatetur.

*Opinio Authoris.*

14. Duplex autem eſt modus, quo Baruch hoc loco, ad ea, quæ Ieremias cap. 25. & 29. prædixerat reſpexiſſe potuerit. 1. indefinitè. q. d. non niſi longo tempore, & vt dici ſolet, poſt ſeptem, hoc eſt, non paucas generationes Deus vos inde reducet. Et hic modus mihi expeditiſſimus videtur. 2. Definitè vt ſit ſenſus: poſt ſeptem generationes (quarum ſingulæ decem annos contineant) id eſt, poſt illos 70. annos, quos alias prædixit Ieremias inde, propitio numine redibitis. Non eſt autem ſenſus, quod iſti Iudæi, ad quos hæ literæ mittebantur totos 70. annos iugum ſeruitutis eſſent laturi: ſed quod 70. annis ab initio regni Nabuchodonoſoris Babylone completis, tandem populus captiuus redeundi poteſtatem eſſet conſecuturus, ſicuti illi qui cum Iechonia abducti fuerant, non integros 70. annos Babylone tranſegerunt, ſed compleuerunt, iam antea inchoatos, vt dixi. 2. Paralip. quæſt. 7. numero 9.

*Hebræi rem vnam ſæpe diuerſis verbis ſimul prolatis inculcant.*

15. Obijciet quiſpiam contra priorem modum ex dictis ſequi, diuturnitatem exilij ter diuerſis verbis à Ieremia inculcari: nempe, *annis plurimis, temporibus longis ſeptem generationibus.* Reſp. ita eſt, nec mirum videri debet, cum apud Hebræos non raro contingat, vt Pſalm. 5. *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ.*

*Generatio aliquando ſignificat 10. annos.*

16. Contra poſteriorem modum opponit Salianus anno mundi ter milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo numero 31. *Decem annorum generationes fingere ridiculum videtur, & à ſimplici narratione Prophetæ alieniſſimum.* Verum id abſolutè negant Maldonatus, Caſtrius, Cornelius. Denarius enim, vt hic ait, inſignis plenuſque eſt numerus, qui omnes ſimplices numeros, quos Arithmetici digitos vocant, puta omnes ab 1. ad 9. in ſe complectitur. Rurſum denarius primus eſt numerus multitudinis, poſt digitos, eſtque terminus numerandi: nam poſt decem redimus ad vnitatem. Decem & vnum ſunt vndecim, decem & duo, ſunt duodecim &c. Cur autem ridiculum videatur, 10. decem annorum ſpatium, generationem appellare? an quia generatio plures annos requirit? Imo Caſtrius & Cornelius notant, generationem aliquando ſumi pro ſeptennio, & probant ex eo, quod Orpheus apud Suidam, nouem generationes, hoc eſt; 63. annos vixiſſe dicatur, & medici vetent, ante duas generationes, id eſt, ante annum decimum quartum puero venam incidi. Omnibus

*Encomia numeri denaris.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

autem coſideratis, hic locus, quo de agimus inter obſcuros, & explica-les meritò habetur: ad cuius declarationem, quæ mihi occurrebãt, ſin-nacia in medium protuli, paratus meliora, ſi quis oſtenderit, ſequi, me-que moniti Apoſtolici, Rom. 12. v. 3. *non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

# IN PROPHETIAM EZECHIEL

## *De tempore quo prophetauit Ezechiel.*

*Cœpit An. 5. ſuæ trãſmigrationis poſt Iſaiam & Ieremiam.*

SVates Ezechiel cum Iechonia Babylonem abductus, anno ſuæ tranſmigrationis vaticinari cœpit, vt ex cap. 2. vers. 2. ma-est. Idem erat annus quintus Sedeciæ: hic enim occiſo Ioa-gni gubernacula abſque interregno ſuſcepit. Hinc infert C-Ezechielem prophetare cœpiſſe, annis poſt Iſaiam 199. mihi ab anno quo plerique Iſaiæ vaticinia auſpicantur, vſq; ad annum quintum tranſmigra-tionis Iechoniæ, anni 200. effluxerunt. Verùm, vt Iſaiæ 1. qu. 1. annotatum du-bium eſt, an Iſaias illo anno Oziæ 17. ſuas prophetias exorſus fuerit. Ab an-no 13. Ioſiæ, quo vaticinandi officium aggreſſus eſt Ieremias, vſque ad an-iſtum, tranſmigrationis quintum, eundemque prophetantis Ezechielis pri-mum, annos 34. aut 35. ſupputo, quibus Ieremias Ezechielem præceſſit. Vlti-mam ordine temporis ſuarum prophetiarum ſacris literis mandatam Ez-anno 27. tranſmigrationis edidit cap. 29. v. 17. Prophetias igitur ab eo -habemus annorum viginti trium terminis incluſas: an verò diutius -fuderit oracula, non conſtat.

---

E Z E C H. I. v. 1.

*Et factum eſt, in trigeſimo anno.*

### Q V Æ S T I O I.

### *Vnde hic triceſimus annus computetur.*

*Quidam putant eſſe Nabopolaſſaris.*

1. ANnum hunc fuiſſe trigeſimum Nabopolaſſaris regis Babylonis -dunt Cornelius hic, Petauius infrà citandus, nec aliud volunt H-

mus, Prada, & ante eum Scaliger, quem ſequitur Capellus ann. mund. 3404. Caluiſius ann. m. 3354. Probant, quia Nabopolaſſarus, vt ipſi aſſerunt, nouam æram conſtituit, primuſque eius annus conſurgit à centeſimo vigeſimo tertio Nabonaſſari: nam illius annus quintus erat 127. Nabonaſſari, quo fuit eclipſis Lunæ.

2. Hæc interpretatio, vel eo nomine ſuſpecta eſt, quod huius non meminerint antiqui; recentiores in ea explicanda inter ſe minimè conueniant. Nam vt benè aduertit Torniellus ad ann. m. 3440. æra illa ab Aſtrologis Chaldæorum obſeruata, non ducitur ab imperio Nabopolaſſaris, nec inde Ptolemæus, Cambyſis, Darij, Adriani, & aliorum regum annos enumerat: ſed à Nabonaſſari. Quod cum ignoraret Pradus in eum errorem incidit, vt æram Nabonaſſari cum annis Nabopolaſſaris confunderet, vt monet Petauius. *Quod autem etiam ab ipſo Nabopolaſſaro, noua æra poſtmodum, auctoritate publica fuerit instituta, nuſquam reperimus, neque Pradus id probat*, inquit Torniellus, neque alij, quos hactenus viderim, probauerunt. *Eorũ ratio non placet.*

3. Reſpondet Capellus id non eſſe neceſſe; ſed ſufficere, quod *cuiuſque regis, quamdiu regnat, æra ab ijs, quibus imperat, paſſim vſurpabatur*. Et paulo poſt: *Quid proſtrationi conuenientius dici, quàm vt Ezechiel Babylone agens deſignarit annum regis cui parebat? pro cuius incolumitate quotidie precabatur?* Addit hunc regem non fuiſſe Nabuchodonoſorem, ſed patrem eius, qui cum filio regiam ſuam poteſtatem, aliquot annis antequam moreretur, communicauerit, idque ex Beroſi & aliorum teſtimonio. Nabopolaſſarum ait regnaſſe annos 29. ac tandem concludit: *omnino fixum ac immotum ſtet, neceſſe eſt, quod toties, & tam luculenter, à Scaligero demonſtratum, à Torniello planè diſſimulari miror, nempe ſubintelligi hic vocem Nabopolaſſaris*. Ac rurſus inculcat, annum Nabopolaſſaris triceſimum, auctore Ptolemæo, minimè omnium ſuſpecto eſſe Nabonaſſari centeſimum, quinquageſimum ſecundum, & conſequenter, conſentientibus vno ore, omnibus Aſtronomiæ peritis, annum ante Chriſti æram, quingenteſimum nonageſimum ſeptimum, atque ita Ezechielem prophetare cœpiſſe annus 596. ante Chriſti æram. Hæc ille, quæ paulo accuratiùs ad calculos reuocanda puto. *Opinio Capelli.*

4. Annus triceſimus Nabopolaſſaris eſt centeſimus quinquageſimus ſecundus Nabonaſſari, fateor, ſi Ptolemæus horum duorum regum annis examuſſim inter ſe coniunxit: at verò annus Nabonaſſari 152. non eſt annus ante æram Chriſti 597. hoc enim anno 597. ante Chriſti epocham inijt annus Nabonaſſari 151. die 20. Ianuarij. Anno ante eandem epocham 596. incepit annus Nabonaſſari 152. die 19. Ianuarij. Itaque annus iſte 152. nulla ſui parte attigit annum ante Chriſti æram 597. nec video, quo iure Capellus aſſerat annum 152. Nabonaſſari, conſentientibus vno ore omnibus Aſtronomiæ peritis, eſſe *Refellitur 1.*

annum ante Chriſti æram, quingenteſimum nonageſimum ſeptim... uius lib. 12. ad annum Per. Iulianæ 4118. annum 152. Nabonaſſari ... clariſſimè inſcribit anno ante Chriſti æram 596. die 19. Ianuarij, cyc... Lunæ 14. Idem expreſsè tradit Caluiſius an. m. 3354. additque illum ... Ianuarij fuiſſe feriam primam. Conſentiunt meæ tabulæ, *in Opuſ. ...mini* &c. Siquidem cap. 9. tabella principalis annum illum 152. aperi... ma; tabella 1. cap. 12. eundem annum inchoat 19. Ianuarij: tabella d... eiuſdem capitis exordium anni Nabonaſſari ſignat 19. Ianuarij, ... Chr. 596. Totus igitur annus 597. ante æram Chriſti iam efflux... nus 152. Nabonaſſari oriretur.

*Capellus à Ptolemæo diſſentit.* 5. Quod Capellus Ptolemæum vocet *auctorum omnium minim...* agatur de æra Nabonaſſari; non abnuo: de annis autem aliorum reg... bopolaſſaris, Mnemonis, Ochi, Antonini, eum non eſſe accuratum ... Reg q. 17. num. 5. q. 19. num. 6. Neque id inficiabitur Capellus, qui ... Mnemoni, dat annos 44. Ptolemæus autem 46. Capellus annum ... Ochi inſcribit anno ante æram Chriſti 361. quo vſque ad 21. Nouem... rebat annus Nabon. 387. Ptolemæus in Canone annum primum O... eſſe 390. Nabonaſſari. Capellus Ocho 23. annos tribuit: Ptolemæ... que Capellus Nabopolaſſaro tribuit annos regni 29. Ptolemæus ... nonnulla habent exemplaria teſte Petauio) 25. illi adſcribit.

*Et à Beroſo.* 6. Dum Capellus Beroſi teſtimonio ſuam doctrinam adſtruit, ... eam potius euertat: ſiquidem ex opinione Capelli, Ezechiel hic *...* *regis cui parebat*. Atqui anno 5. tranſmigrationis, non parebat Nabop... fides habetur Beroſo ſcribenti, tunc Nabopolaſſarum obijſſe, qu... ipſius Magnus Nabuchodonoſor erat in expeditione contra rebel... pam, Ægypto, Cœleſyriæ & Phæniciæ præfectum, vt habet Ioſep... Antiq. cap. 11. & retuli 4. Reg. q. 20. num. 3. quæ nullo modo ad an... tũ Sedeciæ, qui idem eſt, cũ quinto tranſmigrationis Iechoniæ, qu... videntur. Imò idem Beroſus tam apud Ioſephum l. c. & lib. 1. contra ... apud quã Euſebium lib. 9. de præp. Euang. teſtatur Nabuchodonoſ... ciũ de morte parentis in prędicta expeditione accepiſſe, tum Babylo... to reuerſum, atq; tunc demum regni paterni adminiſtrationem, qu... Nabopolaſſare, interim penes Chaldæorum primares fuerat, accep... ex Beroſi ſententententia, cui Ioſephus, Euſebius, & alij plerique aut ... preſsè ſubſcribunt, Nabopolaſſar anno quinto Sedeciæ in viuis ... nique ex opinione Capelli, annus triceſimus Nabopolaſſari erat ... tius Nabuchodonoſoris. Ergo ſi hucuſque vixit, & regnauit Nabop... anni vt minimum duodecim fuerunt ipſi cum filio communes, qu...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuſtuleris, tantum relinquentur anni 17. Chronologici, Nabopolaſſari contra Ptolemæum, & alios, qui vt minimum 21. annos ab aliorum regum temporibus diſtinctos, eum regnaſſe volunt. Sententiam Scaligeri de initio Nabopolaſſari refert Petauius lib. 9. cap. 57. dum ait: Hęc diuerſis in locis ac libris, à Scaligero prodita inuicem contraria & pugnantia ſunt. Deinde id refellit, *quod totus ac tam luculenter à Scaligero demonſtratum* putat Capellus.

7. Petauius lib. 9. cap. 58. & lib. 13. ad an. Periodi Iul. 4089. initium regni Nabopolaſſari anno ante Chriſti æram 625. ſtatuit, ita vt quintus annus illius ſit 127. Nabonaſſari anno ante eandem æram 621. die 26. Ianuarij inchoatus. Anno ante Chriſtum 607. Ioakimi quarto, Nabuchodonoſoris primo, Nabopolaſſarum obijſſe ſcribit. Anno ante Chriſt. 599. deportationem Iechonię, & Sedeciæ enthroniſmum notat. Anno deniq; ante Chriſtũ 595. ait, *Ezechielem prophetare cœpiſſe, anno quinto deportationis Iechoniæ triceſimo ab æra Nabopolaſſari, vt Villalpandus exiſtimat. Quanquã non rectè Nabopolaſſarum cum Nabonaſſaro confundit.* *Supputatio Petauij*

8. Qua in computatione, quædam mihi ſubobſcura videntur. Nam menſe illo quarto, quo vaticinari cœpit Ezechiel, inſtabat annus decimus tertius Nabuchodonoſoris ex ſententia Petauij, qui excidium Vrbis, & templi conflagrationem conijcit in annum ante Chriſtum 589. quo annum vndecimum Sedeciæ inchoat: nec eſt dubium, quin ſub initium anni deciminoni Nabuchodonoſoris Vrbis incendium excitarit Nabuzardan. Ergo cum prima viſio oblata eſt Ezechieli, annus 12. Nabuchodonoſoris ferè effluxerat, ex huius auctoris computo. His adde annos Nabopolaſſari 21. exurget annus non trigeſimus, ſed trigeſimus tertius ferè abſolutus, ab enthroniſmo Nabopolaſſari, vſque ad prophetiam Ezechielis numeratur. Dices fortè iſtos 21. annos Nabopolaſſari, non fuiſſe Chronologicos, ſed primum & vltimum mutilos, ac proinde negligendos. Verum ſi hoc tibi negetur, quî probabis? Deinde hoc admiſſo, remanebũt anni ſolidi huius regis vndeviginti, quibus ſi 12. Nabuchodonoſoris addiderimus, ad finẽ anni 31. Nabopolaſſaris perueniemus. At fortè hic duo regnandi initia habuit: de priori Beroſus & alij, qui regnum eius annis 21. definiunt, intelligendi fuerint; de poſteriori Ptolemæus, dum ad annum quintum illius regis, lunæ defectionẽ refert: Ezechiel autem ærã Ptolemæi vſurpauerit. *Explicatur.* At neque hoc, difficultate caret: ſiquidem Ptolemæus in Canone, non pauciores annos quam vnum & viginti repræſentat, eoſque ab annis Nabuchodonoſoris Chronologicè diſtinguit. Ptolemæus etiã annum quintum (vt iam legimus) Nabopolaſſari & centeſimum vigeſimum ſeptimũ Nabonaſſari, pro eodem accipit. & ſic in æra Ptolemæi annus primus Nabopolaſſari non eſt à centeſimo vigeſimo tertio Nabonaſſari diſtinctus, & inijt anno ante Chriſtum 625. die 27. Ianuarij: anno autem ante eandem æram 595. die 19. Ianuarij, ortus

ortus eſt centeſimus quinquageſimus tertius Nabonaſſari, idemque
primus, à prædicto Nabopolaſſaris exordio. Ergò quando Ezechiel
595. ante Chriſtum (vt vult Petauius) menſe quarto vaticinan
trigeſimus Nabonaſſari, iam ab aliquot menſibus effluxerat, & iux
culationem, ſic Ezechielem interpretabimur: Et factum eſt, in anno
(ante quinque circiter mêſes expleto, Nabopolaſſari annis abhinc
tui) &c. *Iſte eſt annus quintus* (inchoatus) *tranſmigrationis regis Ioachim.*
catio non exiguam continet amphibologiam, & tantum octodecim
Chronologicos tribuit Nabopolaſſari.

*Alia ſupputatio.* 9. Villalpandus non niſi vndeviginti annos largitur Nabopo
tidemque Cornelius, idque adſtruit ex Ioſepho, lib. 1. contra Appion
quit, *ſuccedit filius Nabuchodonoſor, qui regnare cœpit anno quarto Ioakim*
*kim regnauit annis vndecim, à quibus deme annos quatuor, quibus ante Nab*
*rem regnauerat cum patre eius Nabopolaſſar; remanent anni Ioakim ſeptem;*
*annos quinque Sedeciæ, habebis annos triginta, quos quærimus.* Confirma
quod Ezechiel hæc in Chaldæa ſcripſerit, ac proinde eam tempo
nem apponere debuerit, quæ Chaldæis eſſet nota, qualis erat Nabo
ris æra.

*Refutatur* 10. Huic computationi iure poteſt opponi, quod apud Ioſeph
tra Appionem non 19. ſed 29. anni Nabopolaſſaris imperio adſcribun
autem Ioſephus lib. 10. Antiq. & Euſebius de præparatione Euange
& viginti conſignent, nec pauciores in Canone Mathematico Ptole
hibeantur. At eſto, regnauerit Nabopolaſſar annos 19. his adijce ſept
kim, & quinque Sedeciæ; exurget annus 31. Cum autem Ezechiel an
migrationis currentem hic ponat: non eſt cur eum, de anno tricesim
polaſſaris completo interpreteris. Adhæc aliqui iubent de annis Ioaki
4. *quibus*, inquiunt, *ante Nabuchodonoſorem regnauit.* Verùm iſta calc
congruit cum rationibus eorum, quibus aſſerunt annum primum Nabu
donoſoris inchoatum fuiſſe anno tertio Ioakim. Si hoc poſterius ver
de annis Ioakimi non vltra triennium tollere oporteret: & ſic rema
qui cum 19. Nabopolaſſaris & 5. Sedeciæ conficerent annum 32. ab
bopol. computandum. Denique Cornelius à Lapide in Harmonia Chr
gica Prophetarum §. Anno m. 3351. initium Prophetiæ Ezechielis
Chriſtum 598. conſtituit: Danielis 1. ita digerit annos Nabuchodono
ratiocinia, quibus ipſe tempora diſpenſat, non patiantur, vt prima
chielis in annum 30. Nabopolaſ. conferatur.

*Obiect.* 11. At Ezechiel, inquiunt, vti debuit æra aliqua Chaldæis cogn
*Reſpon.* equidem nec aio, nec nego. Si tamen debuit, id abunde præſtitit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quintum tranſportationis Iechoniæ ſuis vaticinijs præfixit: hic enim annus Chaldæis Victoribus ignotus eſſe non potuit. Sexcentas autem rationes habere potuit S. Vates, cur *annum* iſtum *trigeſimum*, ab aliqua epocha Gentilibus ignota, propter Hebræos accerſeret.

12. Quidam Hebræorum putarunt hunc annum eſſe trigeſimum à Iubilæo, quod proximè anteceſſerat. Ita Rabbi Ioſeph, Kimhi, & filius eius Dauid, & Rabbi Salomon, vt referunt, iureque merito verum eſſe negant paſſim ſacri interpretes, cum Chronologis Chriſtianis. Æra mundi Iudaica, erronea eſt, vt alibi monui: vnde fit vt anni Iubilæorum ex ea collecti, ad annos regum ritè applicari non poſſint.

*Non fuit hic annus triceſimus à Iubilæo.*

13. S. Hieronymus diuerſis in locis, diuerſas ſententias proponit. Initio huius capitis, *triceſimus annus*, ait, *non vt plerique exiſtimant, ætatis Prophetæ dicitur, nec Iubilæi, qui eſt annus remiſſionis, ſed à duodeuiceſimo anno Ioſiæ regis Iuda, quando inuentus eſt liber Deuteronomij in templo Dei, vſque ad quintum captiuitatis annum Ioachin cognomento Iechoniæ.* Quæ verba in gloſſam ordinariam huius capitis tranſcripta ſunt. At verò præfatione in Ezechielem quæ ad finem Bibliorum vulgatæ editionis habetur, ex tomo 3. S. Hieronymi ep. 119 ſic legimus: *Ezechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem &c. triceſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto, exorſus eſt ad captiuos loqui.*

*Sed forte 30. ætatis Prophetæ.*

14. Origenes hom. 1. in Ezechielem: *ſecus*, inquit, *fluuium Chobar, Ezechiel cum 30. eſſet annorum, apertos vidit cœlos.* Eadem eſt interpretatio S. Gregorij homil. 2. quibus aſſentiuntur Hugo, Lyranus, Hiſtoria Scholaſt. Dionyſius, Sanctius in hunc textum, Torniellus ad annum m 3440. numer. 2. Salianus ad ann. 3441. Cornelius in Harm. Chron. *Ezechiel*, ait, *Sacerdos Iudæus in Babylone anno 30. ætatis ſuæ, videt in nube ac igne ſimilitudinem quatuor animalium.* Idem habet Iſidorus in libro proœm. vbi tamen vitioſè 35. ponuntur pro 30. nempe annus 5. tranſmigrationis, cum 30. qui præceſſerant, adiunctus eſt. Hæc ſententia probabilis eſt, nec deſunt coniecturæ, cur Propheta hoc loco, ætatis ſuæ meminiſſe potuerit, nimirum ad auctoritatem ſibi conciliandam, vt Iudæi intelligerent, Ezechielem iam tunc ad eos annos perueniſſe, quibus ſacerdotes in tabernaculo miniſtrare, & munia Prophetarum obire poterant. Tum quia hac ratione Ieremiam imitabatur, qui ſe in ætate tenera vaticinari cœpiſſe inſinuauit. Quod & Daniel fecit, quando ſcripſit ſe Suſannam imminenti mortis periculo eripuiſſe, vt patet ex illo Dan. 13. v. 45. *Cumque duceretur ad mortem, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel.* Simili modo S. Lucas ætate Chriſti Domini notauit tempus, quo Prophetæ & Doctoris munus obire cœpit, vt notat Salianus num. 3. Addit Sanctius Prophetam, ex modeſtia fortè & humilitate ſuorum vaticiniorum primordia, anno ætatis

P. H. Philipp
Chrono
Vet: Test
A 17



ſuæ trigeſimo conſignaſſe, vt à ſe laudem illam remoueret, quanon[illegible] adulti prophetiæ dono celebres eſſe cœperunt, vt iam de Daniele, & [illegible] dictum.

*Caſtigatur Ioſephus.*

15. Neque audiendus eſt Ioſephus, dum lib. 10. Antiq. cap. 8. ait [illegible] lem adhuc puerum cum Iechonia Babylonem abductum, vt nonn[illegible] monent: nullum enim indicium habemus, quo illum tunc ætatis [illegible] fuiſſe putemus. Imò Sanctius aſſerit, ea quæ de Ezechiele, primo [illegible] uitatis tempore dicuntur, aliquid inſinuare ſupra ætatem puerilem [illegible] lianus non malè negat, Ezechielem cum abduceretur, puerum voca[illegible] ſe, niſi more Scripturæ, quo illi etiam qui ſunt 25. annorum, pueri [illegible] dicuntur.

*S. Vates iure potuit ætatis ſuæ meminiſſe.*

16. Nec eſt, quod dicas, inſolitum eſſe, vt Prophetæ notent, [illegible] fuerint, quando primùm prophetiæ ſpiritum acceperunt. Fateor [illegible] eſſe ordinarium: iuſtæ tamen aliquando ſuberant cauſæ, cur id vel in co[illegible] vel in particulari facerent. Enimverò, qui anno 30. Nabopolaſſaris, [illegible] cinij tempus conſignatum eſſe volunt, ad extraordinarium modum [illegible] neceſſe eſt, & dicant, mortuo iam ab aliquot annis Nabopolaſſare, [illegible] Prophera præter morem vſurpari.

*Forte hic annus fuit 30. à 18. anno Ioſiæ.*

17. Probabile etiam exiſtimo, hunc annum 30. numerari, ab oct[illegible] mo regni Ioſiæ, cum neque auctores, neque veriſimiles coniecturæ [illegible] bus id inſinuetur. Hoc enim aliquando placuit S. Hieronymo l. c. [illegible] bet Chaldæus Paraphraſtes, & probabile iudicat Salianus, num. 6. [illegible] Chronographiam arbitrantur Theodoretus, & Maldonatus: qu[illegible] iudicio, argumentum, quo id ſtabilire conantur, infirmum à pleriſque [illegible] cenſeatur. Huc etiam propendet Mariana, neque mea ratiocinia [illegible] Nam in tabulis annorum expanſorum anno ante æram Chriſti 626. [illegible] Ioſiæ aperio, anno deinde ante eandem æram 597. annum quintum [illegible] grationis ineuntem ſigno. Ioſias regnauit annos 31. de his tolle 17. [illegible] decimum octauum præceſſerant; remanebunt 14. His adiunge annos [illegible] quos Scriptura Ioakimo tribuit, & vt Chronologicos vſque ad S[illegible] computant S. Hieronymus, Hilarion, Beda, Faſti Siculi, Nicephorus [illegible] Ado, Marianus, Vincentius, Honorius, Auguſt. Gordonus, T[illegible] nus, Cornelius. Rurſus appone quintum tranſmigrationis & ex horum [illegible] rum ſententia, annum trigeſimum colliges, ab illo celeberrimo [illegible] vſque ad primam viſionem Ezechieli oblatam: quod ipſum hic [illegible] Hugo Cardinalis. Nec deerant tituli, quorum gratia S. Vates ad illum [illegible]

*Prærogatiua anni 18. Ioſiæ.*

18. reſpiceret. Tunc inuentus eſt Liber Deuteronomij, eiuſque lectione [illegible] clara ſubito religionis & morum inſtauratio ſecuta eſt. Tunc app[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mo Paſcha celebratum. *Non fuit ſimile in Iſrael à diebus Samuelis Prophetæ: ſed nec quiſquam de cunctis regibus Iſrael, fecit Phaſe ſicut Ioſias.* 2. Paralip. 35. v. 18. *Octauo decimo anno regni Ioſiæ hoc Phaſe celebratum eſt.* verſ. 19. Tunc denique Deus per Holdam propheti dem Iudæis futuram ſub Nabuchodonoſore calamitatem denunciauit. *Ecce adducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius, omnia verba legis, quæ legit rex Iuda.* 4. Reg. 22. v. 16. quod ſcilicet, *fierent in ſtuporem & maledictum.* v. 19.

18. Hinc colligo 1. non eſſe hic ad annos Aſtyagis recurrendum, tum quia non deſunt aliæ expoſitiones magis idoneæ, tum quia nec temporum rationes id patiuntur, tum denique quia nihil occurrit, quod ſuadeat Ezechielem, natione Hebræum, Babylone agentem, regis Medorum annos, nullo appoſito talis ſupputationis indicio, numerare voluiſſe. *Non fuit 30. Aſtyagis.*

19. Colligo 2. illius opinionem vix mereri fidem, qui huic loco hanc notam apponit: *Ego potius dicerem intelligi à capto Iechonia, cum quo Ezechiel abductus, ſenſumque eſſe, vſque ad illum annum habuiſſe ſe viſiones, quarum primam recenſit, cæteras poſtea. Quæ verò fuerit viſio anni 30. in quarto menſe, non dicit hic. Tantum ait, ſe habuiſſe viſionem, deinde tranſit ad annum quintum capti Ioachin, dicturus cap. 8. de ſexto & de alijs deinceps. Vide cap. 40.* Hæc enim opinatio, neque Scriptorum ſuffragijs, neque argumentorum fundamentis nititur. Quin imò ſicut Ieremias capit. 25. annum quartum Ioakim cum primo Nabuchodonoſoris; ita Ezechiel hic annum iſtum 30. cum quinto tranſmigrationis componit. Vtrobique ſimilis eſt phraſis, & pari modo plerique interpretes vtrumque locum exponunt. Cap. 40. nihil admodùm reperies, quo communis auctorum hunc annum 30. ad præterita tempora applicantium interpretatio labefactetur. *Neque 30. à capto Ioachim.*

20. Colligo 3. Cæteris præponendas videri eorum explicationes, qui Ezechielem hic, vel de ſua ætate, vel de Epocha ad annum decimum octauum Ioſiæ appoſita locutum autumant. Cum autem hæ duę ſupputationes pari curſu, ab eadem origine, ad idem annorum ſpatium ferantur; nihil obſtare video, quo minus Propheta, & ad ſuam ætatem, & ad anni 18. Ioſiæ celebritatem, duplici ſenſu literali reſpexiſſe cenſeatur. *Opinio authoris.*

## EZECH. I. v. 1.

*In quarto,* ſubaudi menſe, vt exprimunt Septuaginta, & paſſim interpretes monent. Quartus hic menſis à Niſan cõputatur, eumq; Iudæi Tamutz vocant. Ita Chaldæus, Pradus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Menoch. nec memini S. Hieron. ſecus cenſuiſſe, quicquid nõnulli è Neotericis hic aſſerant. Notat quidem in huius capitis commentario, Chriſtum ad baptiſma veniſſe, menſe apud Orientales quarto, qui annum ab initio Octobris illa ætate auſpicabantur: at *Menſe Tamutz.*

verò infrà cap. 29. menſem decimum à Niſan enumerat, nec aliunde hunc
tum deduxiſſe videtur.

*Capellus & Caluiſius examinantur.*

*In quinta menſis*, nempe quarti ex vnanimi interpretum conſenſu, C
& Caluiſius hæc ad annum 596. ante Chriſti æram reducunt, cyclo So
næ 14. Diem iſtum quintum, quarti menſis Caluiſius ſcribit fuiſſe
lij fer. 5. Capellus verò coniungit cum 22. Iulij, fer. 2. Erat illo an
lit. Dom. E. litera æquationis Epactarum H. Epacta 18. quæ Neo
Tamutz, non procul à 28. Iunij abeſſe patitur, atque ita commo
menſis Tamutz in 3. Iulij, fer. 5. potuit incidere. Tantum addo
annum quintum tranſmigrationis exeuntem. Characteres Capelli
æram Chriſti 596. non conueniunt: quia tunc dies 22. Iulij in ferias
incurrebat, eratque circiter 23. apud Hebræos menſis quarti. Anno
quenti cyclo Solis 3. Lunæ 15. dies quinta quarti menſis ad 22. Iun
cedebat. Quod tamen Capelli rationes non approbat: ſiquidem
nus 31. Nabopolaſſari iam fluebat, ſi, quod aſſerit Capellus anno
Nabopolaſſar. erat 127. Nabonaſſari, anno ante æram Chriſti 6
Sic enim anno ante Chriſt. 595. die 22. Iunij currebat annus Nabon
& Nabopolaſſari 31. idque à 19. Ianuarij, ex ſupputatione Ptolem
natur Capellus annum 30. Nabopolaſſari cum quinto tranſmigra
muſſim coniungere: quod tamen non efficit. Nam anno m. 3399. an
601. Sedeciæ coronam imponit à menſe Tiſri vel à Niſan ſequentis
enthroniſmi auſpicatus: paulo poſt verò ſcribit: *Sedecis autem*
*modò ab huius anni, modò à ſequentis anni Niſan, modò ab intermedio Tiſri*
dò bicipitem, modò tricipitem hanc æram conſtituit, & ſuam
nem valde dubiam eſſe oſtendit. Ego propheticarum Ezechielis p
refero ad initium anni quinti tranſmigrationis ipſius ciuiliter à Niſan
putati; diem quintam Tamutz, non procul à 14. Iunij remoueo,
vulgarem Chriſti epocham 597. ſtylo Iuliano cyclo Lunæ 13. Solis

*Quando Ezechieli 1. viſio oblata.*

Dices; Ex eorum opinione qui anno ante Chriſti æram 601. & Na
buchodonoſoris octauo, Iechoniam migraſſe putant, colligitur
Chriſtum 597. die 5. quarti menſis annum quartum tranſmigrationis
ſe exactum: ergo anno ante Chr. 596. Ezechieli primã viſionem
tam. Reſpõderi poteſt; ſi tranſmigrationis æram, à die tranſmigrationis

*Reſp.*

niæ mathematicè ducamus, id verum videri: At verò Ezech. inter
vſuali vtitur, in quem annus iſte quintus incurrit, à Niſan popula
ptus, ſicut Moyſes annos egreſſionis ex Ægypto ab eodem menſe
Exod. 40. v. 16. vt ibid. diximus. Aliàs inter primam Ezech. viſione
cap. 8. deſcribitur, haud facilè eſſet 430. dies reperire, quibus Propheta

ſiniſtro, tum dextro lateri incubuit. Ieremias autem cap. 52. & auctor lib. 4. Regum cap. 25. annos non tranſmigrationis, ſed regni Sedeciæ numerat, accuratè à die enthroniſmi: erat enim Ieremias Ieroſolymis. Quod maximè conuenit eorum ſententiæ, qui annos vndecim tranſmigrationis Chronologicos, Vrbis excidio præponunt: quos auctores partim alibi recenſui, partim cap. 40. huius libri recenſebo.

## EZECHIEL. IV. v. 4. 5. 6.

VErſ. 4. *Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum.* Eadem in Hebræis eſt lectio: translatio verò ſeptuaginta, Sixti addit; *centum quinquaginta dies*, prout etiam legit Theodoretus: ſed alia exemplaria Græca, cum Latina & Hebræa editione congruunt.

*Varia lectio.*

Verſ. 5. *Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies.* Conſonat Hebræa lectio, & Græca in pleriſque codicibus: Septuaginta verò, tantum centum & nonaginta dies offerunt, quos Theodoretus, & Polychronius acceptant.

*Varia lectio.*

Verſ. 6. *Aſſumes iniquitatem domus Iudæ, quadraginta diebus.* Ita conſtanter Latini, Hebræi, Græci codices. In præcedentibus Latina Sixti editio retinenda eſt, vtiam olim diſertè cenſuit S. Hieronymus, *ſatis miror*, inquiens, *cur vulgata exemplaria* (ſubaudi non correcta) *centum nonaginta annos habeant, & in quibuſdam ſcriptum ſit, centum quinquaginta, cum perſpicuè & Hebraicum, & Aquila, Symmachuſque & Theodoſio trecentos nonaginta annos teneant.* Idem ſentit Origenes, qui conſideratis cæteris editionibus, ait ſe 390. dies inueniſſe, vt ex Codice Vaticano refert Villalpandus. Conſentiunt alij interpretes, vt ſuperfluum videatur, in confirmationem huius lectionis plura congerere. Vnde verò hi 390. anni, & ruſus alij quadraginta computandi ſint; operoſius inquirendum eſt.

*Editio vulgata retinenda.*

## QVÆSTIO II.

### *Quid hac de re ſcripſerit S. Hieronymus.*

1. ANnos 390. Iſraelis ab eo tempore ducit, quo Theglathphalaſar rex Aſſur magnam 10. tribuum partem vaſtauit, ſub rege Iſrael Phacee, qui regnauit annos 20. Huius ſucceſſori Oſee dat annos 9. vſque ad euerſionem Samariæ, tum Ezechiæ deputat annos 24. Manaſſæ 55. Amon 2. Joſiæ 32. Ioakimo 11. Sedeciæ 11. & ſic concludit: *fuit itaque à prima captiuitate Iſrael, quæ facta eſt ſub rege Phacee, vſque ad vndecimum annum Sedeciæ, quo templum deſolatum eſt, anni centum ſexaginta quatuor; à ſecunda quando captus eſt Oſee, & omnis ſubuerſa Samaria*

*Inſignis ſupputatio S. Hieronymi.*

P. H. Philip
Chrono
Vet: Testa
A N
17



*anni centũ triginta quinque. Fuerunt deſolationis templi anni ſeptuaginta,* … *captiuitati faciunt annos ducentos triginta quatuor. In ſecundo enim Darij* … *plum extructum eſt* &c. Inde numerat annos reliquos Darij Hyſtaſpis 20. Artabani menſes ſeptem, Longimani annos 40. Xerxis II, … Sogdiani menſes 7. Darij Nothi annos 19. Mnemonis 40. … *do anno Darij, vſque ad extremum annum Aſſueri, anni centum quinquaginta* … *menſes quatuor, qui additi ſuperioribus annis 234. faciunt annos 389, & qua-tuor.*

*Duplex ſenſus huius loci.*

2. Aduertendum iniquitates Hebræorum referri poſſe ad … vel illi peccauerunt, vel quo propter ſua peccata grauibus incommodis … ſunt: & hoc ſecundo modo locum iſtum interpretatur S. Hieronymus … Iſraelitæ ab initio regni Phacee, vſque ad annum quadrageſimum … Mnemonis iniquitates ſuas portauerint, hoc eſt, pœnas ſuis pecca… exſoluerint. Ab exordio Phacee, vſque ad Samariæ euerſionem … nos 29. nimirum Phaceę 20. & Oſee 9. Quæ computatio alibi … regi Oſee anni in totum 18. attributi, idque propter annos regum … anno vigeſimo regni Ioatham, qui erat quartus Achab, Phacee … num inuaſit Oſeas: inde vſque ad initium Ezechiæ, ſunt anni circiter … ſi addatur annus ſextus Ezechiæ, quo Samaria eſt euerſa, colligentur … Phacee, vſque ad captam ab Aſſyrio Samariam anni circiter 38. In … vitio caret computus iſte à S. Hieronymo repræſentatus.

*Oſee debẽtur anni 18.*

*A fine regni Iſrael ad finem regni Iuda ſunt Anni 135.*

3. Adhæc dum ab anno 6 Ezechiæ incluſo vſque ad annum Sedeciæ … ter incluſum ſupputat annos 135. Ioſiæ 32. attribuit: Scriptura verò … Sic vnicus hac de ſumma tollendus eſt. Si verò annus ciuilis quo … Samaria, & alius quo exciſa Ieroſolyma incluſiue computentur, … hoc temporis interuallo reperientur: ſed S. Hieronymus annum … roſolymitanæ excludit, ac proin, hic redundat annus ille trigeſimus … quem Ioſiæ tribuit, cum non niſi 31. annos regnauerit.

*Explicantur rationes S. Hieronymi.*

4. A caſu templi, vſque ad annum ſecundum Darij Hyſtaſpis … bene meo iudicio ſpatium 70. annorum intercipit. Quod etiam … ad finem Aſſueri, ſiue Artaxerxis Mnemonis annos 155. & quatuor … nat; rationi conſentaneum, quoad annorum numerum arbitror. … nus ſecundus Darij Hyſtaſpis in 520. ante Chriſti æram incidit, vt … batum eſt. Artaxerxes Longimanus anno ſeptimo belli Peloponneſiaci … exceſſit è viuis, nempe anno ante Chr. 425. exeunte, vel 424. … ſucceſſit Xerxes ſecundus, duobus menſibus, Xerxi Sogdianus … tem, ita vt Darius Nothus imperium adeptus fuerit, anno ante Chriſtum … labente, quod annos 19. tenuit. His adde annos 40. Aſſueri Mnemonis

procedes ad annum circiter 365. ante Chriſtum, cui ſi annos illos 155. appoſueris, haud difficile pertinges ad annum illum 520. ante Chr. Darij Hyſtaſpis ſecundum.

5. Aliam ſupputationem his verbis idem S. Doctor proponit. *Qui* autem voluerit ſupputare à prima captiuitate, quæ facta eſt ſub Manahem filio Gadi rege Iſrael, qui regnauit in Samaria annis decem, quando venit Phul rex Aſſyriorum in terram Iſrael, & mille talenta accepit argenti, & poſt eum alios duos annos Phaceia, quos regnauit in Iſrael, inueniet viceſimo octauo anno regis Aſſueri, compleri 390. annos, quando Eſther fertur hiſtoria. Quod & credibilius eſt: neque enim finito Imperio Aſſueri, ſed adhuc regnante eo, Iſrael iugum grauiſſimæ ſeruitutis abiecit. Hæc ibi.

*Alia ſupputatio S. Hieronymi.*

6. At neque iſta computatio difficultatem exhaurit: tum quia ſicut in præcedenti; ita & in hac interpretatione, nouennium Oſee negligitur. Tum quia Eſtheris tempore Iudæi, imminenti lanienæ excepti ſunt, non quadrageſimo, non vigeſimo octauo Aſſueri anno, ſed duodecimo, vel deſinente, vel abſoluto. *Menſe primo, (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo Aſſueri, miſſa eſt ſors in Vrnam, quæ Hebraice dicitur Phur, quo die, & quo menſe, gens Iudæorũ deberet interfici, & exijt menſis duodecimus qui vocatur Adar.* Eſther 3. verſ. 7. Eodem anno, menſe tertio regijs edictis cautum eſt, ne Iudæorum internecio ante decreta mandaretur executioni, *accitiſque ſcribis & librarijs regis (erat autem tempus tertij menſis qui appellatur Siban) vigeſima & tertia die illius, ſcriptæ ſunt epiſtolæ, vt Mardochæus vocarat.* Eſther 8. verſ. 9. *Et conſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt, tertiadecima menſis duodecimi Adar,* verſu 12. Nec dubium eſt, quin tunc Iudæi ſuos hoſtes vlti fuerint, vt ibidem fide indubitata narratur, cap. 9. Præterea multi auctores Aſſuerum Eſtheris maritum negant fuiſſe Artaxerxem Mnemonem; vt antiqui apud Euſebium in Chronico, Ioſephus, Zonaras, Suidas, Rupertus, Sabellicus, Canus, Feuardentius, Bellarminus, Serarius, Ioannes Benedictus, Salianus, Petauius, Menochius, vt latè diſputaui in lib. Eſther, q. vnica. Neque etiam abſolutè S. Hieronymus Eſtheris hiſtoriam ad Mnemonem reuocat, ſed tantum ait: *quando Eſther fertur hiſtoria.* Addit Cornelius à Phul, vſque ad annum 28. Mnemonis, tantum fluxiſſe annos 383. quot ego ab initio Phaceę computo; at verò à principio Manahem, vſque ad annum iſtum 28. Mnemonis, 395. enumero. Monent etiam nonnulli, ſub Aſſuero Eſtheris nullam Iſraelitarum captiuitatem ſolutam fuiſſe: ſed tantum Hebræos, à nece quam eis machinabatur Aman, liberatos. Ita Villalpandus, Cornelius, &c.

*Declaratur.*

*Mnemon Eſtheris maritus non fuit.*

7. Annos porro quadraginta, quibus Propheta iubetur, *aſſumere iniquitatem domus Iuda, quadraginta diebus,* S. Hieronymus ait, facile ſupputari à tranſmigratione

P. H. Philip
Chrono
vet: Testa
A I
17



*Nexus hiſtoria ſacra cum profana.*

tione Iechoniæ, vſque ad initium Cyri. *A primo*, inquit, *anno* … *magna pars Ieruſalem translata eſt in Babylonem, vſque ad primum Cyri* … *annum, qui deſolationis templi erat triceſimus, ſupputantur anni 40. ſub* … *laxata eſt captiuitas & libertas populo reddita.* Opinor equidem anno … templi euerſione necdum exacto, inijſſe annum 1. Olympiadis … nium auctorum ſententia Cyrus apud Perſas rerum potiri cœpit … rationes approbo, qui adhibito accuratiore calculo, hoc ad illum … ciunt, cum iam vt arbitror, annus à caſu templi 31. præcipitaret. Sub … tam captiuitatem & libertatem populo redditam Chriſtianis … bitatum eſt. Verum id non ante 21. annum, ex quo Cyrus in Perſide … cipatum adeptus contigiſſe ſuo loco, & argumentis, & bonorum … ſtimonijs confirmaui. Quo fit, vt ijs aſſentiri non poſſim, qui … quibus Ezechiel dextro lateri dies 40. incubuit, à tranſmigratione … accerſunt: ſiquidem exinde anno quadrageſimo, neq; ſoluta captiuitas … iugum ſeruitutis ab Hebræorum ceruicibus depulſum eſt, vt late … putaui.

*Explicatur.*

8. Refert & aliam opinionem S. Hieronymus hiſce verbis: … annos Iſraelis, & 40. *Iuda iungentes faciunt annos 430. & volunt* … *te Saluatoris, vſque ad conſummationem mundi.* Quod figmentum … lorum experientia perſpicuè refutat: conſtat enim annos iam 1600 … plius à Chriſti baptiſmate tranſactos, priſtino mundi curſu … rante.

*De fine mundi figmentum.*

9. Alij verò inquit idem auctor, & maximè Iudæi à ſecundo … ſiani, quando Ieruſalem à Romanis capta templum ſubuerſum … volunt, in tribulatione & anguſtia, & captiuitatis iugo populum … nos 430. & ſic redire populum ad priſtinum ſtatum, vt quomodo … quadringentis triginta annis fuerunt in Ægypto, ſic & in eodem … tur extrema captiuitas, ſcriptumque eſſe in Exodo: *Habitatio autem* … *rael, quam habitauerunt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta.* S. H… hanc opinionem ex euentu refutare non potuit, vt bene Pradus … ſua ætate, hi anni necdum eſſent impleti. At verò poſteriora ſæcula … tatis eam redarguunt: Vrbs enim à Tito euerſa eſt, anno æræ Chriſti … annum tolle de 1634. & deprehendes annos plures 1560. … excidio præterlapſos, Iudæis necdum in libertatem aſſertis … docent Pradus. Cornelius.

(*,*)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVÆSTIO III.

## *Quid Theodoretus, quid Polychronius hac de re tradiderit.*

*Supputatio Theodoreti.*

1. THeodoretus in huius capitis expoſitione, regno Iſraelis non 390. ſed 150. annos duntaxat tribuendos putat, quaſi Propheta indicaret tempus, poſt quod Ieruſalem rurſus ædificata, muroque cincta eſt, aliæ autem Vrbes, & Iſrael & Iuda receptis incolis reſtauratæ *Hoc autem*, inquit, *factum eſt, anno 20. Artaxerxis, filij Xerxis.* Et paulo poſt: Quod ſi quis etiam annorum numerum velit accuratè perdiſcere, principium numeri capiat annum quintum captiuitatis Iechoniæ: ab illo enim quadraginta numerauimus. Comperies enim quadraginta vſque ad annum primum Cyri Perſæ, inde reliquos Cyri 29. tum Cambyſis 7. deinde Darij Hyſtaſpis 35. præterea Xerxis 20. & Artaxerxis vndeviginti. Anno enim vigeſimo, Vrbis muros præcepit ædificari. Deinde occurrit obiectioni, qua quis dicere poſſet, non Iſraelitas, ſed Iudæos Vrbem Ieroſolymorum inſtauraſſe: ait enim poſt reditum inter Iudam & Iſrael, diuiſionem quæ antea fuerat non remanſiſſe; ſed concordes & vnanimes omnes qui redierant Ieruſalem pariter incoluiſſe.

*Explicatur.*

2. Quadraginta igitur annos, qui Iudæ attribuuntur ſupputat ab anno quinto tranſmigrationis Iechoniæ, vſque ad redditam Iudæis anno primo Cyri libertatem, ratus Ezechielem anno trigeſimo captiuitatis Babylonicæ, ſuã Prophetiam exorſum: inde vſque ad initium Cyri annos 40. colligit, idque ex eo confirmat, quod Iechonias dicatur anno vno Euilmerodachi è carcere eductus. Baltaſſarem ait tres annos deinceps regnaſſe, eique ſucceſſiſſe Dariũ Medum, cuius anno primo Daniel intellexit annos 70. deſolationis Ieroſolymitanæ compleri. Maldonatus de annis 40. Iudæ, Theodoreto ſuffragatur.

*Corrigitur multipliciter.*

3. Verum ex notis in 5. verſ. huius cap. patet, numerandos eſſe annos 390. vbi Theodoretus non niſi 150. putat, ac proinde totam illius ſupputationem corruere. Deinde ab anno quinto tranſmigrationis Iechonię, vſque ad ſolutam anno 1. Cyri Iudæorum ſeruitutem plures anni quàm 40. decurrerunt, vt ex Beroſo, Ioſepho, Ptolemæo & ſacris interpretibus alibi oſtendi. *Tertiò*, aſſertis in libertatem Iudæis Cyrus vix nouennio ſuperſtes fuit, tantùm abeſt, vt inde 29. imperarit. *Quartò*, Cambyſis & Smerdis imperium octo annos tenuit, Darij 36. Xerxis & Artabani circiter 21. *Quintò*, non eſt ratio cur tempus illud 150. annorum, quod Theodoretus Iſraelitis deputat, non potius Iudæis adiudicetur: Iuda enim pars maxima extitit illius captiuitatis, liberationis atque reſtaurationis Ieruſalem, vt Villalpandus aduertit. *Sextò*, nullum ſuppetit argumẽtum, quo illos 150. annos, iniquitati Iſraelis adſcriptos, à quinto tranſmigrationis Iecho-

Iechoniæ auſpicemur. Iam enim annis abhinc fere 130. decem tribus debitas ſuis ſceleribus pœnas dabant. *Septimò*, ex hoc Theodoreto nisi quinquennium ab obitu Nabuchodonoſoris, vſque ad ſeruitutem primo Cyri finitam interueniſſet, quod nullo modo admittendum ad meliorem computationem hic auctor ſuos calculos reuocant, annos 70. ſeruitutis ſub Cyro ſolutæ, accerſit à tẽpore Ioakim filij pe anno quarto regni illius, vt latius retuli 2. Paralip. q. 2. num. 10. tem ex illius poſteriore ſententia multo plures annos quam 40. anno quinto tranſmigrationis Iechoniæ, vſque ad illum quo Cyrus libus in patriam redeundi copiam fecit.

*Polychronij ratio nes falſa.* 4. Polychronius, vt obſeruant ſacri interpretes, pro annis 390. Iſraelis iniquitatibus imponit, eoſque ab anno Oſee penultimo eum vectigalem Aſſyrijs factum, & inſtante anno Sedeciæ vndecimo tos arbitratur. Secus autem ſe res habet. Amoni enim filio Manaſſæ 12. Chronologici, ſed biennium ſolummodo debetur, nec eſt quicquam ſuadeat ad annum vndecimum Sedeciæ inſtantem, annos iniquitatis iſſe expletos, de quibus hoc loco Deus ad Prophetam: *ego dedi tibi annos* *tis eorum*, &c.

## QVÆSTIO IV.

### *Quid alij plerique hac de re ſenſerint.*

*Opinio quorundã Rabbinorum.* 1. E Rabinis Dauid Chimhi, Selomo, & Tahi, *quos*, inquit Prado, *multi ex Catholicis interpretibus*, nomine iniquitatis intelligũt idololatriam, eamque in 10. tribubus annos 390. in Iuda 40. perduraſſe autumant. summam 390. annorum colligant, accipiũt in primis, 149. ab anno Abimelech, vſque ad vltimum ſacerdotij Heli, alios verò 241. ab anno qui peccare fecit Iſrael, vſque ad 9. Oſee, vltimi regis Iſrael. Annos 40. triæ in Iuda, conſtant ex 16. primis annis Manaſſæ, biennio Amon, kim & Sedeciæ.

*Confutatur 1.* 2. Hanc numerandi rationem iure explodunt Villalpandus & quia in primis tempore Iudicum, domus Iuda à cæteris tribubus ac proinde iſtius opinionis auctores ſolis 10. tribubus idololatriæ tis imputant, quaſi illæ à reliquis abſtractæ peculiarem populum tuiſſent. *Confutatur 2.* Deinde licet iniquitas non niſi ad 10. tribus referatur, non cur ab Abimelech ſtaxiſſe cenſeatur, cum multo ante, Hebræi ſub falſos Deos coluerint: Id enim perpetrarunt, antequam Deus illis suſcitaret, vt videre eſt Jud. 3. v. 6. & ſeqq. Et cap. 4. v. 1. *Addiderunt* *ſcere malum in conſpectu Domini poſt mortem Aod.* Idem eos poſt Barac,

nem denuo factitaſſe, & coluiſſe Baal, diſertè legimus cap. 6. v. 1. & 25. Præterea, ab anno primo Abimelech incluſiuè, vſque ad primum Dauidis excluſiue, annos equidem 149. enumero: ſed non deſunt, qui ſuas rationes aliter digerant, vt Serarius, Petauius &c. neque toto illo tempore gens Hebræa ſeruiebat idolis, vt docemus 1. Reg. 7. v. 3. & 4.

3. Alteram etiam horum 390. annorum partem, non bene illi à Ieroboam auſpicantur: ſicuti enim Idololatriam, quæ ſub Iudicibus fuit, ad iniquitatem Iſraelis ſpectare volunt; ita eam quæ ſub Salomone commiſſa eſt, ab huius iniquitatis annis excludere non deberent. Denique ab initio Ieroboam, vſque ad Oſee primordia annos 240. reperio: at verò vſq; ad annũ 9. eiuſdem, quo capta eſt Samaria 258. numerandos puto. Plures de annis, quibus regnum Iſrael ſtetit, opiniones retuli 4. Reg q. 12. ex quibus innoteſcit, illud annorum 241. interuallum ab initio Ieroboam, vſque ad finem Oſee, à multis non approbari. *Confutatur 3.*

4. Nec ſolidiores ſunt rationes, quas de annis Iuda proponunt. Etenim non erat, cur iniquitate Achazi prætermiſſa, æram iniquitatis Iudaicæ à Manaſſe ordirentur, non erat cur 16. priores annos Manaſſæ tantùm, non plures, non pauciores ſuis ratiocinijs inuoluerent. De Achaz narrat Scriptura 4. Reg. 16. verſ. 3. *Ambulauit in via regum Iſrael, inſuper & filium ſuum conſecrauit, transferens per ignem, ſecundum idola gentium, quæ diſſipauit Dominus coram filijs Iſrael. Immolabat quoque victimas, & adolebat incenſum in excelſis & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo.* Regis ad exemplum populus ſeſe componebat. *Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui: verum ambulauit in erroribus Iſrael, quas operatus fuerat.* ibid. verſ. 19. Cuius iniquitatis extabant monimenta, ſub initium regis Ezechiæ, quando *ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum* &c. ibid. cap. 18. v. 4. *Confutatur 4.*

5. Quidam hoſce 390. annos Iſraelis à viceſimo quinto Heli, vſque ad vltimum Oſee propagant. Quam temporis notationem referunt ac merito repellunt Neoterici, cum nullum illo anno 25. factum inſigne reperiatur, quod horum annorum exordium eſſe potuerit. Bene addit Pradus, nec eos fidem mereri, qui hanc ſummam ab anno vltimo Heli aduocant, indeque annos Lunares 390. vſque ad captam Samariam trahunt: tum quia nulla ſubeſt ratio, cur ab eo tempore hoſce annos ordiamur, tum quia anni purè Lunares ne quidem ad quinquennium numerari ſolent, tum quia ſicuti ab anno 25. Heli, vſque ad finem regni Iſrael, non facilè reperiuntur anni 390. Solares: ita neque ab vltimo Heli, vſque ad prædicti regni excidium 390. Lunares. *Alia futilis opinio.*

6. Michael Paludanus tract. 3. Chron. cap. 6. hoſce annos ab initio regni Iſrael, vſque ad finem anni quinti Sedeciæ regis Iuda extendit: *quia* inquit, *Supputatio Paludani reijcitur.*

*per hunc decubitum 390. dierum iubetur Propheta portare iniquitates ...* *ritas vtique non futuras.* Vnde concludit probabilem eſſe ſuam interpre... qua cenſet hos 390. annos, ſexcennio ante excidium Ieroſolymo... fuiſſe. De annis 40. Iudæ nihil mouet, regnum Iſrael annos 263. ... mat, atque à morte Salomonis, vſque ad Sedeciæ calamitatem ... cenſet, plerìſque vtrumque negantibus. Vide 4. Reg. q. 12. & 2 Paral... munis etiam Scriptorum ſententia hunc Prophetæ decubitum, ... præteritas iniquitates Iſraelis, ſed etiam ex parte futuras extendi, ... annos, aut ſaltem vſque ad Vrbis euerſionem, aut longe vlterius ... colligere eſt, ex opinionibus de horum annorum interuallo recen... poſt recenſendis.

*Cōiectura Pinedæ valde debilis.*

7. Pineda lib. 7. de rebus Salomonis cap. 9. hunc 390. curſum, ... ſimo ſeptimo Salomonis ciet, & vltimo Ioakim ſiſtit. Coniectu... quod Salomon primus auctor idololatriæ fuiſſe videatur. Verum h... ĉturam valde debilem, nec admittendam eſſe bene docet Cornelius ... Salomon idola coluerit, eorum tamen cultum edicto publico non ... conſtat, quoto regni ſui anno in idololatriam inciderit. Adde illo ... poris ægrè 390. annos repertum iri. Computat ille quidem Salomo... 13. Roboam 17. Abiæ 3. Aſæ 41. Ioſaphat 25. Ioram 6. Ochoziæ 1. ... Ioas 40. Amaſiæ 28. Oziæ 52. Ioatham 16. Achaz 18. Ezechiæ 26. ... Amon 2. Ioſiæ 31. Ioachaz menſes tres Ioakim 11. Ioachin menſes ... *procul dubio* inquit, *fiunt anni* 390. Imò 391. & 6. menſes. At verò Scri... buit Ioramo annos 8. Amaſiæ 29. Achaz 16. Ezechiæ 29. cur ab h... tione diſcedit!

*Opinio aliquorum.*

8. Sunt nonnulli, in quibus Pradus & Cornelius, qui exiſtimant ... Iſraelis hoc loco non ſignificari decem tribus à Iuda ſeparatas, ſed ... quam Iſraelitas, hoc eſt, tam duas, quam 10. tribus: quia poſt abdu... Ezechiæ, maiori ex parte Iſraelitas, reliquiæ 10. tribuum cum Iuda ... fuerũt; vocari tamen Iſrael. quia in regno Iſrael cœpit, & perdura... atq; inde ad Iudã defluxit. Nomine domus Iudæ, accipiũt familiam ... quod erat in ſtirpe Dauidis. Deniq; portare iniquitatẽ, hoc loco ... volunt, quàm ferre ſupplicium iniquitatis alias admiſſæ, dare pœna... criminis. Dies autem pro anno datus eſt Ezechieli hanc iniquitatem ...

*Eorundem ſupputatio*

9. Iactis hiſce fundamentis, docent annos 390. iniquitatis Iſrael, ... pus à diuiſa inter Roboam & Ieroboam Monarchia, vſque ad Vrbis ... mitanæ excidium, anno vndecimo Sedeciæ tranſactum: quadragin... nos domus Iuda, eſſe totidem regni Manaſſe antequam ab Aſſyriis ... Quam in ſententiam, quoad annos Iudæ propendent Mariana & Sa...

*Opinio authoris de an. 390.*

10. Equidem annos illos 390. puto commodè ſupputari poſſe, ab eo tempore, quo Ieroboam peccare fecit Iſrael, vſque ad annum, quo Ieroſolymam expugnauit Nabuchodonoſor, & Sedeciam excæcauit. Tametſi enim regnum Iſrael anno mundi 3060. ante Chriſti æram 981. ortum autumo; exciſam verò Ieruſalem anno mundi 3451. ante Chr. 590. haud grauatè nihilominus conceſſero meas rationes vno fortaſſis anno abundare, vel potius hoc oraculum de annis integris tantum, non de anni primi & vltimi fractionibus intelligendum, vel certè cum Saliano dicam Ieroboam vitulos atque adeo idololatriam edicto publico ſtatuiſſe, non illo anno Iuliano, quo regnare cœpit, ſed ſequenti, nempe ſub finem anni primi ſui principatus, aut initium ſecundi. Sic mei calculi ne latum quidem vnguem, à ſpatio 390. annorum diſſidebunt.

*Contra nonnullos.*

11. Ad hanc libellam ſuas rationes non inſtituunt Torniellus, dum anno m. 3060. apoſtaſiam Ieroboami inſcribit, Vrbis excidium ann. 3447. Salianus, qui anno vno tardius vitulos à Ieroboamo conflatos & dedicatos ſentit, anno ante æram Chriſti 993. templum exuſtum illo anno mundi 3447. ante Chr. 607. Petauius qui anno periodi Iulianæ 3739. ante Chr. 975. Ieroboami enthroniſmum, & publicum à vera religione diuortium: anno verò periodi 4125. ante Chr. 589. Vrbis euerſionem notat. Vnde apparet, eos paucioribus annis, quam 390. interuallum ab initio Ieroboami vſque ad Sedeciæ caſum definire.

*Cur anni 40. ad Manaſſen referãtur.*

12. Porro cauſam, cur iniquitas domus Iudæ ad Manaſſen referri poſſit Pradus & alij, qui ſunt eiuſdem opinionis afferunt, quod Scriptura, propter immania eius crimina, populum extrema calamitate oppreſſum tradat. *Non eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque Dominus: etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtuli Iſrael,* &c. 4. Reg. 23. v. 26. Et cap. 24. v. 3. *factum autem eſt hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram ſe, propter peccata Manaſſe, vniuerſa quæ fecit.* Similia legimus ibidem cap. 21. ver. 11. Ieremiæ 15. v. 4. Subinde tamen Deus etiam ad alia peccata reſpexit, cum pœnas à populo exigeret, vt inſinuatur 4. Reg. 15. v. 14. *Eruntq; in vaſtitatem & in rapinam cunctis aduerſarijs ſuis, eo quod fecerint malum coram me, & perſeuerauerint irritantes me, ex die, qua egreſſi ſunt patres eorum ex Ægypto, vſque in hanc diem.* Cauſa tamen princeps ruinæ eorum fuiſſe videntur facinora ſub Manaſſe patrata.

*Obijciunt Hebræi quod multi reſpuũt.*

13. Dices *primò.* Apud Hebræos in Seder Olam Manaſſen captum legimus anno regni ſui vigeſimo ſecundo: non debent igitur illius iniquitates ad annos 40. porrigi. Reſpondet Pradus in hoc cap. ſub finem partis ſecundæ, *firmiorem eſſe rationem, qua ſententiam ſuam comprobat, illorum traditionibus rancidis & fabuloſis.* Enimvero plures ſunt, qui hanc traditionem Hebraicam reijciant



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quidem:ex alio tamen capite,horum doctrina non ſinit illos 40.
cata Manaſſæ applicari. Nam Torniellus Manaſſen abductum
gni ſui 15. Petauius 9. Salianus 7. ac proinde ex eorum ſententia,
num ſui principatus 40. rex impius à peccando deſtitit. Deinde S
rerius, Bellarminus, Serarius, Gretſerus, Gordonus & alij, quos
dith retuli, hiſtoriam Iudithæ Manaſſæ temporibus accidiſſe cen
rò ſuam opinionem tueri poſſent, ſi Manaſſæ flagitijs annos 40.
*Iuditha enim vixit annos 105. & poſt occiſum ab ea Holofernem, in omni*
*non fuit, qui perturbaret Iſrael.* Iudith 16. verſ 30. Atqui Manaſſes
turbatione Iſraelis capi & Babylonem abduci potuit. Itaque ante
interitum iam captus fuerat Manaſſes, ſi eo tempore Holofernes
irrupit. Ab anno 40. Manaſſæ, ſequuntur anni eiuſdem 15. Amon
niuersè 48. vſque ad mortem Ioſiæ, quando Nechao rex Ægypti
bræis plagam inflixit. Non vixit autem Iuditha vſque ad obitum
ſub Manaſſe ſuſtulit Holofernem: *etenim non fuit, qui perturbaret*
*tem eius, annis multis.* Pro hiſce multis annis, licebit vt minimum
mere, qui adiuncti ad 105. vitæ Iudith, conficiunt annos propè 117.
he 48. qui à capto Manaſſe, vt illi volunt, vſque ad Ioſiæ exceſſum
remanebunt anni 69. quos habuerit Iuditha, quando peremit Ho
Veriſimilius eſt autem eam tunc fuiſſe iuniorem: *erat enim eleganti*
Iudith 8. v. 7. quod de naturali ſpecie intelligendum videtur, cui De
liquid ſplendoris addit, vt textus Latinus monet, cap. 10. v. 4. vbi G
ius additionis non meminit. Itaque difficilè eſt, annos 40. iniquita
naſſæ tribuere, ſi eius tempore Iuditha floruit. Ego hanc Heroinam
ſis imperantibus poſtea claruiſſe puto.

*Vtrum anni 40. ſint diuerſi à 390? Quidam negant.*

14. Dices *ſecundò*: Quadraginta dies, quibus Propheta iniquita
mus Iuda portabat, ab illis 390. diebus, qui reſpōdebant iniquitati
ſeparauit, dicens: *Et cum compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum dex*
&c. v. 6 Ergo anni iniquitatis Iuda ab annis Iſrael diſtincti fuerunt.
quelam non admittit Pradus: *reſpondemus*, inquiens, *annos 40.*
*ſis ſeorſum ab annis Iſrael computari, & puniri non quod alij fuerint ab annis*
*tionis Iſraelis; ſed quoniam malitia fuerint inſigniores, & vnica occaſio*
*tentiæ latæ contra ciuitatem.* Quæ reſponſio, non eſt omnino abſurda
iam S. Hieronymus, Theodoretus, Hugo, Lyranus, Maldonatus,
Cornelius & alij plerique annos 40. Iudæ intra ſpatium 390. annorum
includunt.

*Sanctij calculatio.*

15. Sanctius iſtos 390. annos ab initio Ieroboami, vſque ad annum
tum vel quintum Sedeciæ ſupputat, collectis in eam ſummam anni

rum regum Iuda, prout eos ſacræ literæ expreſſerunt, ita vt vſque ad iſtorum annorum finem durauerit iniquitas Iſraelitarum, qui Ieroſolymæ, & in omnibus Iudæorum finibus morabantur: annos verò 40. domus Iuda conflat ex annis Manaſſæ, non omnibus, quibus regnauit, ſed tantum 23. Amon 2. Ioakim 11. & Sedeciæ 4. Addit annos primos Manaſſæ ad hanc iniquitatem non ſpectare; quaſi non ineunte regno, ſed iam longiſſimè progreſſo, populus ad eam nequitiam peruenerit, quam Deus iſto publico ſupplicio damnauit. Fatetur autem ex ſua calculatione, non niſi 187. annos prouenire, & cauſam affert: quia viri, inquit, huius conſuetudinis (qua ſcilicet annorum fractiones quandoque ſolent omitti) non ignari, in magna aliqua annorum ſumma, qualis hæc eſt, de quo tribus aut quatuor annis non laborant, quia ſciunt plures ex menſibus ad annua ſpatia adiectis poſſe conflari, & eoſdem exiſtimari pauciores, quia menſes ijdem ab alijs detrahuntur.

16. Verum enimvero, hæc de annis 390. ſupputatio à communi auctorum placito diſcrepat, qui tempus ab exortu regni Iſrael vſque ad annum 4. Sedeciȩ elapſum paucioribus annis metiuntur, Maldonatus, Torniellus, Pradus, Cornelius, Salianus, Petauius, & his alij antiquiores, S. Hieron. Iulianus Toler. Fasti Siculi, Nicephor. Conſt. Beda, Hugo, Lyran. vt ſuis locis indicaui. Deinde Iſraelitæ & Iudæi nihilo meliores prioribus annis Manaſſæ (niſi fortè perpaucis) videntur fuiſſe, quam poſterioribus. Nam Manaſſes ante vltimos regni ſui annos pœnitentiam egit, ac idcirco par eſt credere, eum minus ſceleratè ſe geſſiſſe, quàm antea. Quare ſi aliqui annorum illius ad impietatem non ſpectant, neſcio cur anni primi potius, quam ſequentes ab ea improbitate eximantur. Anno 12. Iſaiam ſerra diſſecuiſſe traditur, nec à tanto facinore vel ipſius, vel populi veſania cœpiſſe mihi videtur. *Refellitur.*

17. Eſt etiam quorundam opinio, qui, vt refert Cornelius, crimen Iſraelis ducunt ab anno 4. Ieroboam, vſque ad Vrbis & Templi euerſionem per annos 390. iniquitatem Iudæ interpretãtur cædem Chriſti & Chriſtianorum in Vrbe Ieroſolymitana per annos fere 40. ſcilic ab anno 18. Tiberij, vſque ad annum 2. Veſpaſiani. *Hoc vtrumq; verum eſt*, inquit, *ſed poſterius Allegoricum. Nam ad literã loquitur Ezechiel de peccatis ſuo tempore commiſſis, & de obſidione præſenti facta per Nabuchodonoſorẽ, non per Veſpaſianũ.* Ego verò arbitror prius non quidem temerarium eſſe, ſi tamen accuratius ad calculos reuocetur, non nihil à vero annorum numero diſtare. Nam vt ex dictis patet, ab anno 4. Ieroboam, vſque ad Sedeciæ calamitatem haud facile vltra annos 388. repræſentabis, ipſo etiã Cornelio aſſentiente, qui ex propria ſentẽtia diſertè aſſerit annos 390. iniquitatis Iſrael incipere ab anno 1. Roboam regis Iuda, & Ieroboam regis Iſrael, finiri autẽ anno vltimo Sedeciæ, quo Vrbs euerſa eſt. Ergo, hac ratione, ab anno 4. Ieroboam,

vſque

P.
H. Philip
Chrono
Vet: Testa
A 1
17



vſque ad hanc euerſionem, non niſi 387. ſupputabuntur. Adhæc ſ... pleroſque huius prophetiæ interpretes annos 40. iniquitatis Iuda... æuum applicare; eum tamen non auſim temeritatis arguere, qui... terali opinaretur S. Vatem pariter ad futura poſt Meſſiam tempo... intendiſſe, vt poſteri monerentur, ne tanto ſe crimine obſtringerent, ... fuit eorum, qui in Chriſti mortem conſpirarunt.

*Concluſio de annis 390 & 40*

18. Omnibus verò conſideratis in eorum ſententiam venio, qui ... nos 390. ab eo tempore numerant, quo *Ieroboam* colendis publicè ... *fecit Iſrael*, & vſque ad captam per Nabuchodonoſorem Ieroſ... cunt. Annos 40. ſceleris Iuda, quînam aſſignare poſſim, neſcio... eorum ratiocinia propenſior, qui hanc ſummam vel ex 22. annis Iud... deciæ, atque 18. Manaſſæ colligunt, aut omnes huic regi ſoli ... retur attribuunt. Si Manaſſes quadriennio circiter optimi parentis ... vtcumque ſecutus non immanè deliquit; locus aliquis illi Hebræ... tioni relinquetur, qua Manaſſen anno regni ſui 22. abductum tenent. ... probabilem etiam duco eorum computum, qui hos 40. annos ſub ... 13. Ioſiæ aperiunt & vltimo Sedeciæ claudunt: culmen enim flagitio... ri poteſt ea pertinacia, qua domus Iuda in ſua iniquitate perſiſtebat, ... ces, comminationes, & quaſi tonitrua rum aliorum Prophetarum, ... me Ieremiæ, ſurda penitus eſſe videbatur.

*An Ieruſalem obſeſſa fuerit 390. dieb.*

19. Quæritur 1. Vtrum 390. dies, quibus Propheta in ſiniſtrum ... cubuit, ſignificauerint obſidionem Ieroſolymitanam totidem diebus ... ram? Affirmant nonnulli, vt Pradus, Sanctius, Cornelius, & doctores ... quidem anno 9. Sedeciæ, decima die menſis decimi obſideri cœpiſſe, ... vndecimo die nona menſis quarti in hoſtium poteſtatem veniſſe, ... omnes dies huius interualli impoſitos Ezechieli. Cum enim Chaldæ... diſſet regem Ægypti obſeſſis Iudæis auxilio venire, obſidionem ... malè mulctato Ægyptiorum exercitu & Syria tota ſibi ſubiugata ... inſtaurauit, inquit Sanctius. Eo vero tempore quo Chaldæus cum Æg... gerebat, reſpirauit ciuitas. Porrò ab inchoata obſidione, vſque ad ... Ciuitatem, numerant tantum 18. menſes, cum Ioſepho lib. 10. Antiq. ... tracto igitur eo temporis ſpatio, quod ſubmouendis Ægyptijs ... tranſegit, relinquuntur dies obſidionis 390.

*Affirmãdi fundamẽtum 1. debile.*

20. Hæc doctrina duobus potiſſimum fundamentis nititur. ... tantum temporis à Nabuchodonoſore debellandis Ægyptijs ... prima obſidionis die, vſque ad vltimam, remanerent (detracto Chal... digreſſu) præciſè dies 390. quod fieri quidem potuit, reipſa autem ... conſtat. Id enim in primis non docet Scriptura; ſolum diem ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ezechieli narrat; diem decubitus pro die obſidionis tributum nec ait, nec negat. Qui aſſerit, ſui aſſerti rationem afferat. *Hoc ita eſſe*, inquiunt, *ex eo patet, quod Prophetæ præcipitur, vt* 390. *panes ſubcinericios ſibi faciat, ſingulosq; in pondere factos comedat, & aquam in menſura bibat, diebus ſingulis decubitus, ſubaudi in ſiniſtrum latus.* Sed hæc abundè ſoluet, qui dixerit toto huius laborioſi & moleſti decubitus tempore totius obſidionis durationem non repræſentari, ſed ſolùm quaſi extremæ famis & miſeriæ ſtatum, in quo non ſtatim ab initio, ſed in progreſſu futuri erant obſeſſi. Quo enim iure hos 390. dies ad totam obſidionem applicas, alius ad grauiorem eius partem accommodabit, nec fortè deerit quiſpiam, qui dicat nullam eſſe inter dies iſtius ſitus & dies obſidionis analogiam. Certè hoc fundamentum non agnoſcunt Chriſtophorus à Caſtro, Ierem. 34. & Torniellus anno mundi 3444. qui negant (quanquam meo iudicio fine ſufficienti ratione) obſidionem anno nono Sedeciæ inchoatam, fuiſſe poſtea interruptam, quibus fauet Cornelius ad initium capitis 34. Ieremiæ, vbi ait videri obſidionem, cuius ibi meminit Propheta contigiſſe anno 8. Sedeciæ. *Nam anno* 9. ait, *rediјt Nabuchodonoſor & continuauit eam ad annum* 11. *Sedeciæ.*

21. Alterum fundamentum eſt, Nabuchodonoſorem regnum adijſſe anno 3. Ioakim necdum expleto, & anno 11. Sedeciæ ineunte, expugnaſſe Ieroſolymam: quorum vtrumque probabiliter conatus ſum refutare 4. Regum q. 20. & 22. ac rurſus cap. 25. verſ. 1. & 2. vbi indicaui veriſimilius eſſe, obſeſſam Vrbem diutius quam 18. menſibus, & expugnatam ſub finem anni vndecimi Sedeciæ. Nec aliter philoſophari poſſunt, qui annos 11. Chronologicos ante templi euerſionem adſcribunt Sedeciæ, totidemque Ioakimo. Fauet mihi Cornelius Baruch 6. verſ. 2. §. Septem. quippe qui à migratione Iechoniæ orditur annos captiuitatis Babylonicæ, & ab anno 11. Sedeciæ, vſque ad primum Cyri ait fluxiſſe annos 59. Vt enim ad 70. perueniat, dabit ann. 11. Chronologicos Sedeciæ, & ſic vltra 18. menſes Ieroſolymorum obſidionem promouebit. Vide notas 4. Reg. cap. 23. num. 12. *Fundamentum 2. vitioſum.*

22. Quæres 2. Vtrum Ezechiel diebus 40. in latus dextrum reclinatus totidem dies excidij & vaſtationis Ieruſalem ſignificauerit? Id opinantur ij, qui 390. dies, de quibus iam egimus, cum totidem diebus obſeſſæ Ciuitatis componunt, probantque ex eo, quod Ieruſalem die 9. quarti menſis capta ſit. 4. Reg. 25. verſ. 8. Ierem. 52. verſ. 12. die verò 10. quinti menſis Ciuitati & Templo ignis ſubiectus. Sic habentur 30. ferè dies. His adde 10. quibus partim incendium, partim victor Babylonius in Vrbem debacchatus eſt; conficient 40. dies quos quærimus. Ego rem in medio relinquo. *An Ieruſalem vaſtata ſit 40. diebus.*

## EZECH. VIII, v.1.

*Ratio dubitandi.*

1. E*T factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe in quinta menſe in quinta m... bam in domo mea.* Hinc oritur dubium, quînam Vates dom... potuerit? Viſionem etenim cap. 1. conſignatam habuit anno quin... grationis, quinta die, quarti menſis: deinde venit ad aceruum nouorum, & manſit ibi ſeptem diebus cap. 3. verſ. 15. Tum 90. dies in latus ſ... 40. alios in dextrum ei decumbendum fuit. Ergo à prima viſione, vſque ad quæ cap. 8. deſcribitur, dies vt minimum 437. aut 436. interuenere... annus Lunaris integer 354. dierum, & dies circiter 83. Se enim à ... quinti menſis, anni quinti, vſque ad quintam diem ſexti menſis, ... terceſſit annus vnicus: his adde duos menſes Hebræos, hoc eſt, dies ... vniuersè 413. dies. Ergo vel in textum vitium irrepſit, aut Propheta ... non iacuit.

*Decubitus Ezechielis non fuit imaginarius, ſed realis.*

2. Vt hunc nodum ſoluant nonnulli, dicunt Vatis decubitum ... maginarium fuiſſe. Verum alij graues auctores cenſent moleſtum ... phetæ ſitum tot dies reuera tenuiſſe: hæc enim Deus non reuelabat, ... bat fieri, & quidem *in oculis eorum*, verſ. 12. Ita docent Ribera Oſee ... Sanctius, Cornelius, Menochius, hic, ſecuti Chryſoſtomum libr. ... dentia, Baſilium Iſaiæ 8. Theodoretum Oſee 1. Reſpondent igitur ... Cornelius, Salianus (anno mundi 3441. numer. 3. annos Hebræos ... quidem Lunares, ita tamen, vt paſſim menſis decimus tertius ... idque hoc anno contigiſſe. Vide quæ notabam *Opuſcul. de anno* ... cap. 14. numer. 5. Cum Pradi & Cornelij placito mea ratiocinia ... nam quintam diem menſis quarti, anni quinti tranſmigrationis ... 14. circiter Iunij Iuliani, anno ante Chriſtum 597. dies autem quin... ſexti, anni ſexti tranſmigrationis mihi à 31. Auguſti, non procul ab... no ante Chriſtum 596. Interceſſit igitur annus ſolaris 365. dierum, ... illud, quod à 14. Iunij, vſque ad 31. circiter Auguſti ſequentis excurrit, ... adeo ſufficiens mora ad diuinum illud mandatum 430. diebus ... Currebat tunc cyclus Lunæ 14. Epacta 28. quæ ſextum menſem, ... Elul circa 27. Auguſti inijſſe prodit.

3. Caluiſius initium harum prophetiarum die 3. Iulij conſtituit, ante æram Chriſti 596. vt ſupra monui: hoc autem vaticinium ad ... Auguſti, ſequentis anni reuocat. Sic inter primam & hanc Propheti... pit annum ſolarem 365. dierum, & alios circiter 50. dies, vniuerſe ... pter 415. dies: qui ad diuinæ iuſſionis executionem non ſufficiebant. ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hiſce minutijs non eſſe pertinaciter altercandum: quilibet, optimo, quo iudicat modo, ſuos calculos diſponit.

*Huius libri 7. capita ad ann. 5. trāſmig. referuntur*

4. Ex hactenus in Ezechielem dictis colligimus 1. ea quæ 7. primis capitibus contexuntur ad annum quintum tranſmigrationis, & fortè eam partem, anni ſexti, quæ quintam diem menſis Elul præceſſit, referenda eſſe. Alias vulgari ſupputatione, anno quinto tribui ſolent, quod fit à Torniello & Saliano ad an. m. 3440. num. 1. & 18.

*Anni Embolymæi hic ratio obſeruāda.*

5. Colligimus 2. de anno embolymæo ſententiam eorum intelligendam eſſe, qui aſſerunt Prophetam iacuiſſe 430. dies. Nam annus Lunaris communis diebus 354. abſoluitur: his adde 59. dies, quibus duo menſes explentur, conficient tantùm 413. dies, accedente autem intercalari menſe, exurgent dies 442. aut 443. Sic S. Vates ſatis temporis habuerit, vt Dei iuſſa exequeretur, ante menſem Elul anni ſexti currentis: ac proinde illos non audio, qui aiunt annum ſextum, de quo hic loquitur Ezechiel iam fuiſſe tranſactum, & anni ſeptimi duos menſes.

## EZECH. XX. v. 1.

*Id factum menſibus 11. & 5. dieb. poſt præcedentē viſionem.*

1. ET *factum eſt in anno ſeptimo, in quinto in decima menſis venerunt viri.* Bene cum ſancto Hieronymo obſeruant Hugo, Pradus, Maldonatus, Cornelius & alij hoc contigiſſe, poſt vndecim menſes & quinque dies, à ſuperiori viſione, vt conſideranti patet. Monent etiam plerique hunc menſem quintum à Niſan ſupputari & apud Hebræos Ab nuncupari.

2. Hanc prophetiam Caluiſius ad diem 16. Iulij, an. ante vulgarem Chriſti epocham 594. reducit: ego iuxta nuper dicta ad annum 595. cyclo Lunæ 15. Epacta 9. qua duce, diem 10. quinti menſis circa 22. Iulij deprehendes.

*Quænam prædicta anno 6. tranſmigr.*

3. Quæ à cap. 8. incluſiuè, vſque ad 20. excluſiuè hoc libro continentur, auctores paſſim anno ſexto tranſmigrationis conſecrant, in quibus Torniellus & Salianus. Videtur etiam communis interpretum ſenſus eſſe, menſes quartum, quintum, ſextum, quibus hactenus Propheta, tanquam certi temporis characteribus vſus eſt, ad initium potius, quam ad finem annorum quinti, ſexti, ſeptimi tranſmigrationis Iechoniæ, referri: quicquid in contrarium velit Capellus. Mirum enim eſſet, exitum anni potius quam ortum ad temporum notationes apud Ezechielem conſignari.

## EZECH. XXIV. v. 1.

*Obſeſſa à Chaldæis Ieruſalem ann. 9.*

ET *factum eſt Verbum Domini ad me in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis.* Hic annus fuit nonus à tranſmigratione Iechoniæ, vt notant inter-

*tranſmigr. menſe 10. die 10.* pretes, nonus etiam regni Sedeciæ. Nam inter Iechoniam & Sede
fuit quaſi vnius anni interregnum: eſto probabile ſit, Iechonium
Nabuchodonoſorem, negotia regni totius primum diſpoſuiſſe
poſt vnum, aut ſi mauis alterum circiter menſem, regni titulos
tionem tradidiſſe.

*Menſe decimo.* Subaudi qui dicitur Tebeth, à Niſan; non autem
putatus. Ita plerique omnes huius loci expoſitores.

*Decima die menſis* nempe decimi, quo Nabuchodonoſor anno
ruſalem obſidere cœpit. 4. Reg 25. v. 1. Illudque ipſum Deus Ezech
ne agenti reuelauit. Porro dies iſta decima decimi menſis non
abfuiſſe à fine Decembris Iuliani, anno ante communem æram C
notabam Ierem. 39. v. 1.

---

EZECH. XXVI. v. 1.

*De hac 1. die opinio 1 vult eſſe 4. menſis.* 1. ET *factum eſt, in vndecimo anno, prima menſis* &c. Theodoretus
prophetiam, prima die quarti menſis obueniſſe, paucis ante di
Ieruſalem caperetur. Aſſentitur Sanctius, idque ex eo conijcit
iſte Iudæis propter Vrbis expugnationem infauſtiſſimus
fuerit, adeo vt eum exprimere nihil attineret, ſicuti neque expr
gum 25. v. 3.

*Alia 5. menſis.* 2. Pradus, Cornelius, Menochius, cum Rabbi Dauid hanc
quinto menſi adiudicant: tunc enim Tyrus accepto intra
tione Ieruſalem, rei patratæ nuncio, vt ait Pradus, exultare potuit
na, cuius gloriæ inuidebat maximè. Vnde Propheta: *pro eo, quod*
*Ieruſalem: euge confractæ ſunt portæ populorum,* &c. Quibus verbis
tur, Tyrios Ieroſolymis oppugnatis prius inſultaſſe, quàm hæc Ez
tra Tyrum vaticinaretur. Verum dicere quiſpiam poſſet, cum
to, quod Tyrus non de ipſa expugnatione, ſed obſidione Ieruſ
fuerit, & opinata, fore vt nobiliſſima illa Vrbe euerſa, ipſa Tyrus
nitimas gentes potiretur imperio. Deinde eſto, Vrbis expugnatio
conuitium præceſſerit: non tamen inde colligemus hoc oraculum
quinto potius, quàm ſexto, aut alicui conſequentium inſcribi debe
rum ſententia qui ſub initium anni vndecimi Sedeciæ Vrbem
ſtimant. Ex eorum autem doctrina, qui anno vndecimo expu
tigiſſe autumant, ad ſextum menſem hæc prophetia differri
dicamus eam anno vndecimo tranſmigrationis finito, editam eſſe.

*Alia 1. menſis.* 3. Hanc primam diem, ad primum menſem reuocant C
Mariana in hunc locum, Adrichomius in Chronolog. Torniellus &

ad an.m.3446.nu.25.Petauius lib.13.ad an.Periodi Iul.4125.Hi cum Theodoreto & Sanctio, fatentur quidem Tyrios Iudæis inſultaſſe Vrbe iam capta, ſed non ante hoc Vaticinium, in quo tempus præteritum, pro futuro more prophetico poſitum fuerit *dixit* pro *dicet*, ex diuina oraculi certitudine, quæ non eſt minor de futuris, quam de tranſactis.

*Opinio auctoris contra Capellum.*

3. Equidem nihil certi occurrit, quod definire poſſum: ſolum aduerto opinionem præcedenti numero allatam mihi cæteris probabiliorem videri: exotica verò eſt interpretatio Capelli, qui ad annum m.3409. Vaticinium iſtud anno tranſmigrationis 9. editum aſſerit, prima die menſis vndecimi, & ſacrum textum ita vertit: *Et fuit in vndecimo* menſe *anni primo die menſis*, contra non ſolum recentiores, & ſacræ Scripturæ Commentatores, vt S. Hieronymum, Theodoretum &c. ſed ipſos etiam 70. interpretes, vbique enim legimus, *in vndecimo anno*, ſicut in vulgata editione. In Hebræo etiam eadem penitus phraſis vſurpatur, quæ cap.31. & 32. v.1. quibus in locis Capellus eam lectionem carpere non poteſt, quæ habet, *in anno vndecimo, in anno duodecimo.*

## E Z E C H. XXIX. v. 1.

*Variæ lectiones.*

1. I*N anno decimo, decimo menſe, vndecima die menſis factum eſt Verbum* Domini ad me. De anno & menſe conſentit Latino Hebræus: ſed hic diem duodecimam numerat, Latinus vndecimam. Græci codices neque inter ſe, neque cum Latinis aut Hebræis congruunt. Nam verſio 70. Sixti, & alia pleraque exemplaria Græca annum 10. & menſem 10. exhibent; aliqua annum 12. & menſem 12. vt habet Theodoretus: nonnulla denique annum 10. & menſem 12. offerunt, vt docent Hugo & Lyranus. Vbique autem dies prima menſis adnotatur. S. Hieronymus hunc verſiculum ſic proponit: *In anno decimo ſiue iuxta LXX. duodecimo, in decimo menſe, ſiue iuxta Hebraicum duodecimo, in prima ſiue vna menſis.*

*Quæ vera lectio.*

2. Latinam editionem Sixti V. omnino retineo & reuereor, cum Cornelio, Mariana, Menochio &c. in hunc textum. Torniello ad an.m 3441. num. 6. Saliano ibid. num. 6. quam etiam retinet Sanctius, in cuius paraphraſi vitiosè dies 14. pro 11. reperitur.

*Conſenſus Hebræi cũ Latino.*

3. Vulgatæ autem editioni non aduerſatur Hebræa, quæ hic diem 12. repræſentat: credibile eſt enim, ea quæ hic ſacris monimentis conſignata habemus, Ezechieli diuinitus tradi cœpta die vndecima, vt Latinus memorat; ſequenti verò die finita, vt indicant Hebræa. Nam Scriptura quandoque dum vnam eandemque rem narrat, modò tempus, quo cœpit, modo illud quo finita eſt, quandoque adſcribere ſolet.

*Error Sethi.*

4. Caluiſius anno ſuo ante Chriſtum, cyclo Lunæ 19. (ſic enim graphicus error corrigendus eſt) Solis 7. *Anno*, inquit, *decimo captiuitatis Babylonicæ die decimo* men-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*menſis duodecimi, eſt in Calendario Iuliano dies 17. Februarij, feria prima,* … *natur contra Pharaonem regem Aegypti* Ezech. 29. Quæ doctrina … procul explodenda videtur, tum quod approbatis ab Eccleſia … ſetur, tum quod non videam, qua vel Scriptorum auctoritate, … rum pődere eo inflecti potuerit, vt hanc prophetiam menſis duo-decimi coniunctione ſanciret. Characteres tamen, quos de feria … Februarij huic vaticinio imprimit, annum 591. ante vulgarem Chr… reſpiciunt.

5. Annum 10. tranſmigrationis ordior anno ante Chr. 592. … Lunæ 18. & huic prophetiæ conſecro diem vndecimam menſis … men Tebeth, nec procul à 20. Decembris Ezechieli reuelatam …

*Hic nō ſeruatur ordo temporis.*

6. Occaſione huius oraculi ſubinde monent ſacri interpretes, … contexendis ſuis oraculis non vbique temporis ordinem ſeruare, … Ezechielis viſio contra Tyrum anno tranſmigrationis vndecimo … deſcribitur; hæc verò contra Ægyptum anno 10. ei obtigit. Simile … rationem videmus hic v. 17. vbi S. Vates prodit prophetiam anno … capite verò ſequenti v. 20. ea tradit, quæ ſibi anno vndecimo reuelat…

EZECH. XXIX. v. 12.

*Et erunt deſolatæ quadraginta annis.*

## QVÆSTIO V.

## *Quodnam initium, quiſue finis horum 40.* …

*Tria quædam à Sanctio rite aſſerta.*

1. SAnctius in huius verſiculi interpretatione aſſerit *primò*, 70. annos … durauit Iudæorum captiuitas, numerandos eſſe ab eo tempore, … Nabuchodonoſor regnum inijt. Quod ipſum pluribus confirmat … 8. *Secundò*, ante Ieroſolymorum euerſionem regnaſſe Nabuchodono… nos 18. quibus de 70. ſublatis, remanent 52 anni, ab excidio Vrbis … captiuitatis. Hos 52. annos alibi expletos computo. *Tertiò*, bene … anno circiter 23. Nabuchodonoſoris ſubactam à Chaldæis fuiſſe … anni 27. tranſmigrationis Iechoniæ, necdum ab eis erat expugnata, … ex hoc capite verſ. 17. & ſeqq. *Quartò*, concludit annos 40. … minit Propheta, non niſi poſt exactum ſeptuaginta annorum ſeruitutis Baby-lonicæ ſpatium completos fuiſſe. *Atque ideo neceſſario dicendum,* … *Cyro factam Aegyptijs redeundi facultatem; rediſſe tamen aliquot annos poſt* … nimirum annus 27. tranſmigrationis erat circiter 34. captiuitatis … quibus ſi 40. addantur, ſeruitus Babylonica in annum 74. excurrent. Ex quo diſcurſu, quem ipſe latè deducit, intelligimus ex eius ſententia … 40. calamitatis Ægyptiacæ à 27. anno tranſmigrationis Iechoniæ, … num quartum Cyri extendendos eſſe.

*De hiſce 40. annis 1. Opin.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Confirmatur.*

2. Eadem ferè eſt Cornelij interpretatio, qui præfatus, de hiſce 40. annis nihil admodum, vel in alijs Scripturæ locis, vel in Ioſepho, alijſue hiſtoricis reperiri, ait veriſimile eſſe, Cyrum expugnata Babylone, anno 1. ſuæ Monarchiæ ſoluiſſe captiuitatem tam Ægyptiorum, quam Iudæorum: paulo poſt, Ægyptum refloruiſſe, quippe quam rebellantem Cambyſes rurſus in obſequium reduxit. Addit Ægyptũ à Nabuchodonoſore ſubiugatam anno regni eius 25. inde annos præciſè 43. ſupputat vſque ad annum 1. Cyri, quo Iudæis, alijſque gentibus, atque adeò Aegyptijs reddita eſt libertas. Ezechielem autem 40. numeraſſe more Scripturæ, quæ minutias præterire, & ſolidos duntaxat integroſque numeros conſignare ſolet.

*Opinio auctoris.*

3. Vtraque explicatio ſuam habet probabilitatem: neque enim commodius horum 40. annorum initium aſſignari poteſt, quam vaſtatio Aegypti, hoc cap. à v. 17. inſinuata. Inde verò, vſque ad annum primum Cyri, non ſunt præciſè, ſed vt vulgo dicitur propè 40. anni. Armis hoſtilibus Aegyptum inuaſit Nabuchodonoſor anno regni ſui 34. vel deſinente, vel fortè exacto, vt paulo poſt indicabo: hinc vſque ad euerſionem imperij Babylonici, 36. annos numero, eamque euerſionem 538 contigiſſe autumo; anno ſequenti Cyrus annum 2. Monarchiæ necdum ingreſſus laxauerit captiuitatem, indeque facile triennium effluxerit, antequam priſtinum ſtatum recuperaret Aegyptus. Quanquam neceſſe non eſt, ad haſce minutias deſcendere: ſicut enim Ezechiel in hac prophetia populares hyperbolas & auxeſes vſurpat, vt bene monent interpretes hic, & Salianus an. m. 3451. n. 10. pari ratione credendus eſt, rotundo, & pleno 40. annorum numero, omiſſis trium circiter annorum fractionibus, vti voluiſſe. Hæc enim æra annos præcedentes cum ſequentibus non connectit, neque præſidio illius ad annorũ ſeriem ritè digerẽdam indigemus; ac proinde ſine vllo incommodo, iuxta vulgarem computandi modum, accipi poteſt. Neq; verò ſic intelligenda eſt hæc prophetia, quaſi Aegyptus prius debellanda, tum 40. annos incolis prorſus deſtituenda prædicatur: hoc enim neq; Chaldæis victoribus proderat, neque hiſtorijs vel ſacris, vel profanis conſonum eſt, ſed denunciat Aegyptios bello petendos, atterendos, vincendos. & tanto numero abducendos, vt qui turmas captiuorum intueretur, nullum in Aegypto reliquum ciuem poſſet apprehendere. Addit tamen Propheta, iſta omnia, belli, inquam, & exilij incommoda, non niſi 40. circiter annos duratura; ijs tranſactis Aegyptum priſtinæ ciuium & negotiatorum frequentiæ reſtituendam, non quidem ilico perfectè, ſed ſenſim, quantum humanarum rerum conditio patitur. Cætera quæ huc ſpectant, ex duabus ſequentibus quæſtionibus petenda ſunt.

*Numerus rotundus pro accurato ponitur.*

EZECH. XXIX. v. 17.

*Et factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno, in primo, in vna menſis &c.*

## QVAESTIO VI.

### *Vnde computandus hic 27. annu.*

*Theodoretus bene computat à trāſmig. Iechoniæ.*

1. THeodoretus prima fronte docere videtur hæc prædicta ann… vigeſimo poſt captam Tyrum & longam obſidionem; ſed … docet. Sic enim ſcribit: *Illa decimo anno captiuitatis Iechoniæ prædicta, …* *ita enim Hebræus dicit & Syrus. Hæc vero ſeptimo & vigeſimo* (ſupple … choniæ) *poſt captam Tyrum* &c. Hunc enim eſſe Theodoreti ſenſum, … cat ipſe cap. ſeq. v. 20. Quo minus autem annus iſte 27. à capta Ty… tur, obſtat in primis interpretatio communis, quæ cenſet Ezechie… phetias ærâ tranſmigrationis Iechoniæ, quaſi certa & conſtant… re ſolitum, nec vllum apparere indicium, cur hoc loco aliam ſ… epocham cudere voluerit. Tyri obſidionem nullus, quod ſciam, … annum Nabuchodonoſoris inchoat, eamque annos tredecim … feſſo, eſt. Ergo ante annum illius viceſimum finita non eſt. His adde… liges ab anno 1. Nabuchodonoſoris, vſque ad hoc vaticinium (… capta Tyro editum foret) annos 47. Tot autem annos nō imperau… donoſor, quē tamen poſt ſubactam Ægyptum, conſtat inter beſ… nos egiſſe. Itaque ſi anno poſt captam Tyrum 27. datum eſſet hoc … non pauciores annos, quam 54. regnaſſet Nabuchodonoſor, con… auctorum teſtimonia & fidem. Putat quidem S. Gregorius hom. … chielem, hunc annum 27. eſſe regni Nabuchodonoſoris: ſed a… bet, nec video quanam ratione hic computus ad annos Apriæ, … gi Ægyptiorum conuenire poſſit.

*Quidam male ab initio Iubilæi.*

2. Nonnulli hunc 27. annum, ab initio Iubilæi numerant, vt Sc… præter alios ſubſcribit Capellus, ad annum m. 3409. vbi hanc pro… ſcribit anno 18. Nabuchodonoſoris, Sedeciæ 10. ex eoque eam … à Scaligero dicit confirmari, quod annus ſequens, quo capta eſt … antiqua Iudæorum traditione ſabbaticus fuerit. Verum non … præcedenti opinioni reſiſtit communis doctrina, vt mox pa… quam audacter illi hanc prophetiam ad annum 18. Nabuchodo… gunt, tam confidenter inde reuelli, & ad annum aliam transferri … Ieruſalem anno ſabbatico exciſa fuerit, ſiue non. Deinde ſuppo… cum Scaligero, Caluiſio & Menochio, ſingulis Iubilæis tantum 49. … tineri, & annum 10. Sedeciæ eſſe τῆς κληρουχίας 861. prius autem nega… rillus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Euſeb… Abulenſis, Ioſephus, & alij quam plurimi, quos recenſui Leu… 2. Poſterius autem negandum puto: nec facilè ab illis probabitur.

*Concluſio.*

3. Communis denique & vera ſupputatio hunc 27. annum à tranſmigratione Iechoniæ deducit: cum enim Ezechiel alias hanc prophetiarum ſuarum epocham ſeruet: non eſt, quod aliam hoc loco quæramus. Ita diſertè tradunt plerique orthodoxi, vt Maldonatus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Sa, Menochius, ſecuti antiquiores, vt Lyranum, Hugonem, S. Hieronymum, qui omnes dum hunc locum interpretantur, iſtum 27. annum à tranſmigratione numerandum aſſerunt, monentque non pauci, hic temporis ordinem à Propheta non ſeruari, eo quod *poſt decimum annum ſuperioris ſermonis* vt S. Hieronymus loquitur. *ſtatim viceſimus & ſeptimus* ponatur annus, *& in conſequentibus, decimus, duodecimus, & in extra deſcriptione templi viceſimus quintus.* Demum ſi quæratur cauſa cur hoc Vaticinium, licet ſeptĕdecim annis poſterius reuelatum ſit, præcedenti nihilominus proximè ſubnectatur; reſpondet idem S. Doctor. *Quia enim in Aegypto & ſuperior, & hac, quæ nunc dicitur prophetia contexitur, licet diuerſis facta ſit temporibus; tamen quia de vna prouincia prophetatur., iuncta ſibi ſunt.* Quam doctrinam ſequuntur Torniellus & Salianus ad an. m. 3462. num. 1. Perperam igitur Funccius ad an. m. 3361. iſtum annum ait eſſe 27. belli Aegyptiorum & Babyloniorum.

## QVÆSTIO VII.

## *Quando hoc vaticinium de vaſtanda Aegypto completum fuerit.*

*Id non fuit ante annũ 27. tranſmig.*

1. VT harum rerum obſcuritati lumen aliquod præferatur, *aduertendum primò* Aegyptum à Chaldæo vaſtatam, longa Tyri obſidione finita, neque id ante 27. annum tranſmigrationis Iechoniæ contigiſſe, vt hoc capite indicat Propheta. Suo etiam loco probabimus *anno* poſt deuictos Aegyptios *ſecundo* oblatum Nabuchodonoſori inſomnium de ſtatua, & paulo poſt aliud de arbore excidenda, tum poſt finem duodecim menſium eum ab hominibus eiectum, fœnum per *ſeptem annos*, inſtar beſtiæ comediſſe, vt patet Dan. 2. v. 1. iuncto cap. 4. verſ. 26. & 30. Itaque ab Aegypto debellata, vixit Nabuchodonoſor, nouem, vt minimum annis, ſaltem inchoatis: vtrum autem pluribus; inquirendum eſt.

*Tempus Regum aliquot Aegypti.*

2. *Aduertendum ſecundò*, vt bene præmonet Petauius lib. 10. cap. 17. ex Herodoti ſententia Pharaonẽ Nechao regnaſſe in Aegypto annos 16 quem ſecutus eſt Pſammis annos 6. Apries 25. Amaſis 44. ex quibus colliguntur anni 91. At verò in Africani fragmentis Pharaoni Nechao conſignantur anni 6. totidem habet Pſammis, Apries 19. Amaſis 44. vniuerſè 75. Apud Euſebium dantur Nechao 6. anni, Pſammiti 12, Apriæ 30. Amaſi 42. vniuerſè 90.

P. H. Philip
Chrono
Vet: Testa
A IV
17



*Quando Amaſis obierit.*

3. Amaſin Herodotus & Diodorus obijſſe traduntanno 3. Olymp.
do Cambyſes Ægyptiacam expeditionem adornabat, quam ab ...
perij ſui quinto, cùm Pſammenitus iam ſex menſibus principatum ...
ſtraſſet. Annus autem 3. Olymp. 63. finitur anno ante Chriſtum ...
ſtendi Tract. de Olymp. q. 2. & quintus Cambyſis inchoatur, ...
quæ annotabam, 1. Eſdræ. q. 2. numer. 4. & in Tabulis expanſis ...
te Chriſt. 525. cui ſi 91. annos addideris, quos ex Herodoti ſententia
illi reges, ante Pſammenitum regnarunt, comperies Pharaonem N...
num inijſſe an. ante Chr. 616. ſic ei ſucceſſerit Pſammis anno 600. ...
Amaſis 569.

*Computus Africani vitioſus.*

4. At verò iuxta computum Africani Nechao regnare cœpit ...
Chriſtum 602. quod dictu procliue non iudico. Iam enim ...
chao, quando Ioſias è vulnere occubuit, tum anno quarto Ioak...
chodonoſor, anno vtique primo regni ſui, eundem Nechao ...
46. verſ. 1. Ergo Nechao quatuor vt minimum vel quinque annis ...
gypto regnauit, quam Nabuchodonoſor in Babylonia. Hoc autem ...
ex Africani doctrina Nabuchodonoſor Babylone regnare cœpiſſet ...
te Chriſti æram 597. aut 596. non minus auten quam 43. annis ...
potitus eſt, atque ita pertigiſſet vſque ad annum ante Chriſtum ...
pit annus 5. Cyri, apud Perſas regnantis, contra communem ...
qui Nabuchodonoſoris exceſſum, annis aliquot regno Cyri ...
maximè illi, qui ab initio regni Nabuchodonoſoris, vſque ad annum ...
Cyri, quo laxata eſt captiuitas numerant annos 70. totidemque ...
vſque ad annum 2. Darij, quo reſtauratum eſt. Non placet igitur ...
tus Africani.

*Euſebij explicatur.*

5. Euſebius quoad exordium regis Nechao parum ab Herodoti ...
graphia diſcedit. Nam ſecundum Euſebij ratiocinia Pſammis ...
mus incideret in annum ante Chr. 609. Apries ad regnum veniret ...
regno autem & vita ſpoliaretur anno 567. Hoc autem modo, ...
annum 6. Nechao adijciatur, vix erit vt clades ipſius in Charcamis ...
num primum Nabuchodonoſoris accommodetur. Deinde Apriem ...
ctennio circiter poſt occupatam à Chaldæis Aegyptum interijſſe ...
men Herodoto aduerſatur, cum ſacra verò Scriptura meo iudicio ...
nat.

*Notatio in Herodotū.*

6. Herodotum porro velut antiquiorem ſequi malim, cum ...
aduerſione. Narrat enim Aegyptios propter bellum Cyrenaicum ...
geſtum, ab Aprie defeciſſe: ad hos placandos Amaſim regis Præfectum ...
& à rebellibus in regem electum. Tum Aprien regnum ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nantem, prælio commiſſo ſuperatum, captum, nec multo poſt extinctum, atque ita tandem principatum penes Amaſim relictum. Verum vt bene inſinuat Petauius illo lib. 10. cap. 17. cap. 17. aliquid fortè minus verum huic narrationi inſertum videtur, cum veriſimilius ſit, Aegyptios non tam ſponte quam à Babylonio coactos ab Aprie deſciuiſſe, & Amaſin prius Nabuchodonoſoris præfectum fuiſſe, Chaldæo deinde in belluam mutato Aprien denuo ad regnum aſpiraſſe. ſed Amaſin victoria tandem & regno potitum, regno ſanè miſero, multis cladibus ab hoſte ſuo inflictis, mutuiſque inter Aprien & Amaſim diſcordijs attrito. Tunc etiam non pauci Aegyptiorum Babylonem ducti exulabant, nec ante Cyri imperium poſtliminio redierunt, ita vt iuxta Vaticinium Ezechielis per annos 40. miſerrimus fuerit illius ſtatus, ſiue Amaſim prius Nabuchodonoſori ſeruiuiſſe putemus, ſiue non; ſed Aegyptios varias in partes diſtractos, iugum ſubinde excutere voluiſſe, conatu irrito, modò ſe ad Apriæ, modò ad Amaſis ductum applicaſſe, alios fidem Chaldæo datam ſeruaſſe, ac idcirco fœdum in modum huius regni membra, partim hoſtilibus, partim mutuis inter ſe vulneribus conciſa fuiſſe. Quæ verò Herodotus de felicitate Aegypti, ſub Amaſi tradit, merito inter fabuloſa computantur.

7. Hiſce præmiſſis, dicendum *primò* Nabuchodonoſorem ſub annum regni ſui, non vigeſimum, nec vigeſimum quintum, quicquid aliqui ex Ioſepho conijciant, ſed poſt trigeſimum expugnaſſe Aegyptum. Eſt Cornelij hic & Petauij ad an. Periodi Iul. 4137. Probatur 1. quia anno 27. tranſmigrationis Iechoniæ initio menſis primi, Aegyptus necdum in Chaldæorum poteſtatem venerat, prædicit enim hic per Prophetam Deus verſ. 19. *Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet ſpolia eius.* Idem luce meridiana clarius patet toto cap. 30. Annus autem vigeſimus ſeptimus tranſmigrationis, quo Propheta Aegypti deprædationem mox futuram vaticinabatur non inijt niſi ſub finem anni 33. aut 34. Nabuchodonoſoris. Probat 2. Cornelius, quia non prius Chaldæis in prædam ceſſit Aegyptus, quam Tyrus poſt 13. annorum obſidionem caperetur. Deus enim hic verſ. 18. ait illis mercedem ob labores in Tyro oppugnanda toleratos necdum eſſe redditam, & verſ. 19. Nabuchodonoſori & eius exercitui promittit ſe Aegypti ſpolia daturum. Quod ſi anno 20. aut 25. regni Nabuchodonoſoris capta fuiſſet Tyrus; eius obſidio, anno 7. aut 12. eiuſdem Nabuchodonoſoris cœpta fuiſſet: cùm tamen Ezechiel cap. 26. doceat anno vndecimo tranſmigrationis, menſe primo, qui erat an. 18. Nabuchodonoſoris necdum obſeſſam, ſed obſidendã Tyrũ, eo quod lætabunda dixiſſet, fractas eſſe portas *Concluſ. 1.*

Ier... morum, quod dicere non poterant, antequam Chal-
ſa... am cepiſſent, aut ſaltem obſediſſent. Tum v.7. *Ecce ego adducam*
*Nab... hodonoſor regem Babylonis ab aquilone, regem regum cum copiis, &*
*tibus, & cœtu, populoque magno: Filias tuas quæ ſunt in agro interficiet, &*
*munit... nibus & comportabit aggerem in gyro.* Ergò necdum circunde-
rus. Quæ ratio plana & valde probabilis mihi videtur: cer-
eſſe non affirmo. Dixerint enim aduerſæ partis auctores, hoc ver-
intelligi, de obſidionis Tyriæ initio, quam aliqui putant anno 7. Na-
buchodonoſoris à parte copiarum eius inchoatam: ſed de appa-
boris Chaldæorum, q.d. Chaldæi non exigua manu, vt hactenus,
bus copijs Tyri obſidionem vrgebunt.

*Concluſ. 2. Aegyptus debellata Anno 27. Tranſmig.*

8. Dicendum 2. valde probabile videri, debellatum eſſe
illo ipſo anno 27. tranſmigrationis regni Nabuchodonoſoris
35. vt putat Cornelius. Nam id exigere videtur ſpatium illius tem-
ille ſomnium duplex habuit, anno ſecundo ab Aegypto ſubiugata
bimeſtri eſt eiectus à conſortio hominum, & cum beſtijs ſeptem
git; menti deinde & regno redditus, mox deceſſit, vt præter alios
rerius libr. 5. in Danielem. Alias miranda ſine dubio feciſſet,
tionem adeptus. Sed & Ezechiel de expugnanda Aegypto vaticin-
ui futurum inſinuat, cap. 30. verſ. 3. *Væ, væ diei, quia iuxta eſt dies,*
*dies.*

*Ante Chr. 575.*

9. Annum iſtum 27. tranſmigrationis, & 34. Nabuchodono-
mihi annus 575. ante communem Chriſti æram, cyclo Solis 13.
primus menſis, quem Niſan vocant, inijt circa 11. Martij, vel
anno potuit Chaldæus ſpolijs Aegypti ſuas copias ditare,
obitum præſtare, quæ ab eo deinceps geſta leguntur; regnauit enim
non expletos, vt alibi dictum.

*Hi anni à Niſan inchoantur.*

10. Dicet quiſpiam: In Martio & Aprili anno illo ante Chriſt.
dum inierat annus 27. tranſmigrationis: ergo in annum ſequen-
lata eſt hæc Aegypti vaſtatio. Reſp. ita ſe res habet, ſi hoc
curatis calculis ſupputemus: at veriſimilius eſt, Prophetam
vſum ſacra annorum à Niſan orientium ſupputatione,
cuius intelligentiam, ſicuti vaticinia; ita & ſuas æras accom-
tandus eſt. Aliud plerumque fit in meris rerum geſtarum
bus, quales ſunt in libris Regum, & Ieremiæ 39. 41. 52.
iſtis aliquando ciuilis computatio locum habeat. Vbi verò Scriptu-
lariter agunt, vt hic Ezechiel, ſatis eſt, ſi ad populares rationes
calculi reuocentur. Si hæc reſponſio tibi minus arridet,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſubactam Ægyptum anno 34. Nabuchodonoſoris deſinente, vel 35. ineunte, non admodum contra nitar. Tantum memineris enthroniſmum Nabuchodonoſoris à me non ad ann. 3. ſed ad 4. Ioakimi conſtitutum; ac idcirco, quem annum nonnulli 35. Nabuchodonoſoris numerant, eum ego 34. puto. Vide 4. Reg. q. 10. num. 5. & 7.

*Obiectio quintuplex.*

11. Notant aliqui hoc loco rationes temporum obſcuriores eſſe: *primò*, quia vt ipſi putant, Nabuchodonoſor anno regni ſui 23. Ægyptum ſubegit: quomodo igitur nunc, poſt annos vndecim ei & exercitui eius terra Ægypti tradenda dicitur? *Secundò*, quomodo Chaldæus nunc dicitur nullam pro labore ſuo aduerſus Tyrum accepiſſe mercedem, cum multa ſpolia è varijs regnis ante collegerit? *Tertiò*, quomodo Ieremias intelligendus eſt, quando cap. 25. dicit nationes omnes ibi recenſitas Chaldæis ad 70. annos ſeruituras? Nam *quatuor*, inquiunt, *& quinquaginta duntaxat anni ab hoc ad finem imperij Chaldæorum numerantur*. *Quartò*, quomodo conſtare poteſt numerus 40. annorum, de quibus Ezech. cap. 29. v. 12? *Quintò*, quomodo idem propheta cap. 30. v. 14. & 15. Alexandriæ vaſtitatem denunciat, cum ea ante Niniuen capta fuerit? vt teſtatur Nahum cap. 3. v. 8. & 9.

*Reſponſio quadruplex.*

12. Quidnam ad iſta reſpondendum ſit, ex dictis vtcumque intelligi poteſt. De *primo*, negamus Ægyptum anno 23. Nabuchodonoſoris deuictam fuiſſe, vt iam indicabam numer. 7. & 8. Ad *ſecundum* non eſt difficilis ex noſtra ſententia reſponſio: dicit enim Deus per Prophetam anno 27. tranſmigrationis cap. 29. v. 18. *merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius, de Tyro, pro ſeruitute, qua ſeruiuit mihi aduerſus eam*, quia nimirum, cum Tyrijs ante triennium vt nonnullis placet, vel vt reor, potius anno proximè elapſo, debellatum fuerat, tanto militum labore, vt *omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus eſſet*. Sic poſt Tyrum tanta mole deuictam, nulla Chaldæis præda, quæ alicuius momenti cenſeretur, obuenerat, donec Ægypto manum adijcerent. *Tertium* ſuo loco explicatum eſt, nimirum generalem multorum populorum ſeruitutem anno primo Nabuchodonoſoris inceptam fuiſſe, tum ſingulis nationibus iugum ſenſim iniectum, ita vt poſt annos 70. mox Chaldæorum imperium ad Perſas transferretur & ſeruitus anno primo Cyri diſſolui inciperet. Ab hoc verò anno 27. tranſmigrationis, Nabuchodonoſoris 34. vſque ad annum primum Cyri, incluſis terminis, non pono 54. annos, ſed 38. facilè autem ab indulta exulibus Ægyptijs in patriam redeundi facultate, vſque ad reſtauratum regni Ægypriaci ſtatum, biennium aut triennium effluxerit, & miſera terræ illius conditio 40. annos tenuerit, ſi non accurato, at populari ſaltem calculo, quo iure meritiſſimo S. Vates vti poterat illo cap. 29. ſiquidem vulgari amplificatione miſerias AEgyptiorum ibidem exaggerabat.

P. H. Philip
Chrono
Vet: Testa
A IV
17



13. Denique nodus ille, quo Alexandria & Niniue conſtri
bus eiuſmodi calamitatibus communis eſt, & modo commu
*Niniue ſæpius capta fuit.*
enim Vrbes aliæ potentia celebres, ita Alexandria & Niniue ſæ
pius in priſtinam libertatem reſtitutæ; imò ſæpius euerſæ, ſæpi
fuerunt. Nam exempli gratia, Babylon cùm à Cyro expugnata
cis poſt annis iugum excuſſit: ſed eam Darius Hyſtaſpis denuo
ex hiſtorijs conſtat. Idem de Niniue aſſerendum eſſe fidem fa
ſub finem libri Tobiæ ex varijs auctoribus referebam. Idem
lexandria credere fas eſt: Nahum enim ante Manaſſæ tempor
idcirco vaſtitas Alexandriæ, de qua loquitur, longè præceſſi
de qua hic agit Ezechiel, qui cum denunciaret ſpoliandam à Nab
ſore Ægyptum, in qua erat Alexandria, Niniue iam erat expugn
ter cap. 32. v. 2. Alexandria igitur ante & rurſus poſt Niniuen
dam venit.

*Nabuchodonoſor a. 23 regni ſui Syriā inuaſit poſtea Ammon. Moab. &c.*
14. Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 11. cum retuliſſet Ieremiam
dæos qui ſeſe in AEgyptum receperant, à Chaldæis partim mact
Babylonem tranſportandos, id quod etiam factum eſt, inquit,
poſt excidium Ieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabu
ris vigeſimus tertius, cum magnis copijs inuaſit Cœlen-Syriam,
bellum geſſit contra Ammonitas, & Moabitas, & his quoque pe
gyptum hoſtiliter eſt ingreſſus, occiſoque qui tunc regnabat, & a
ſtituto, repertos ibi Iudæos rurſum captiuos Babylonem abdux
non ita ſunt accipienda, quaſi eodem anno, omnes illas prouinc
ſed quod illo anno Chaldæus cauam Syriam inuaſerit, tum Amm
Moabitidem, ac tandem poſt decem vt minimum annos, AEgyp
poteſtatem redegerit, & Aprie ſublato, Amaſin regem conſtituer
tem poſtremum illo anno 23. fieri non potuit, ſiquidem Amaſis
annos 44. & anno 3. Olymp. 63. Cambyſis quarto, ceſſit è vita
conficent 49. duntaxat, ab Vrbis excidio, vſque ad annum 4. Camb
quod neque Ioſephus, neque alius quiſquam admittere poteſt.

EZECH. XXX. v. 1. & 20.

1. ET factum eſt verbum Domini ad me dicens, &c. *Poſt regin*
*mum annum captiuitatis regis Ioachin*, ait S. Hieronymus,
*S. Vates ab an. 27. ad 30. redit vt putat S. Hieron.*
*tempus, quando contra AEgyptum cœperat prophetare, id eſt, ad annum de*
*mum menſem, vndecimam menſis diem.* Cenſet itaque ea quæ cœpit
v. 17. vſque ad finem conſcripta ſunt, eſſe per digreſſionem, & long
parentheſin interpoſita: quæ verò hic vſque ad v. 20. contexuntur

num reuocat, quo verbum Domini ad ſe factum canit Ezechiel cap. 29. verſ. 1. nempe tranſmigrationis decimum. Idem Sanctius arbitratur, aitque eſſe, qui contrarium ſentiant, neque ſine aliquo fundamento, ſed hoc videri facilius & expeditum magis.

2. Cornelius autem putat hanc prophetiam vſque ad ver. 20. ſpectare ad poſteriorem partem cap. præcedentis, ac proinde anno 27. tranſmigrationis editam. Eiuſdem ſententię eſt Torniellus ad an. m. 3462. eamque inſinuat Theodoretus hic. v. 20. & tacitè Maldonatus ver. 1. Quæ interpretatio valde rationi conſentanea mihi videtur: quia prophetia, quæ nullo temporis charactere notatur, præcedentem comitari vel ſubſequi, non autem antecedere cenſetur, niſi cauſa ſit in promptu, cur ſecus arbitremur: quænam vero cauſa hoc loco ſubeſſe poteſt? Deinde verſiculus huius cap. tertius inſinuat, calamitatem quæ denunciatur breui ſecuturam: *iuxta eſt dies, & appropinquat dies.* Quæ ſententia melius ad annum 27. quam ad 10. applicari poteſt. Fauent huic expoſitioni auctores illi, qui verſ. 20. huius capitis aſſerunt Prophetam ab anno 27. ad 11. redire; ſi enim quæ huius cap. initio leguntur ad annum decimum pertinerent, diceretur Ezechiel, illo v. 20. non tam ab anno 27. ad 11. reuerti, quàm à decimo ad vndecimum procedere. *Aut forte manet in 27. anno tranſmigr.*

Verſ. 20. *Et factum eſt in vndecimo anno, in primo menſe in ſeptima menſis.* S. Hieronymus in hunc verſiculum: reuertitur, ait, ad ordinem Prophetiæ. Poſt viceſimum enim & ſeptimum annum, nunc ponit vndecimum: quæ quæſtio etiam ſuperioribus continetur. Cum enim ſermo Domini contra Tyrum factus ſit in anno vndecimo, qui prius poſitus eſt; in conſequentibus locutus eſt ad Pharaonem anno decimo, rurſumque ponit viceſimum ſeptimum, vt diximus, & nunc vndecimum. Vnde colligimus 1. annum 27. cap. præced. v. 17. expreſſum, à capto Iechonia numerari. 2. Prophetias Ezechielis ordine temporis ſubinde mutato ſcriptas eſſe: quod ipſum in hunc locum obſeruant Theodoretus, Hugo, Lyra, Sanctius, Cornelius & alij q. 6. num. 3. relati. *Anno 11. tranſmigr. Iechoniæ.*

2. Caluiſius ad ann. m. 3360. ait hoc verſiculo vaticinium contra Tyrum cap. 26. inchoatum, continuari: ſed obſiſtit ſacer ipſe textus, qui totus quantus fertur in AEgyptum. Idem auctor hanc diem 7. primi menſis vult eſſe 4. Aprilis. Si vndecimus hic annus à tranſportatione Iechoniæ accuratè computetur, opinor hanc 7. diem commodè in 3. vel 4. Aprilis incidere potuiſſe, anno ante Chriſt. 590. cyclo Solis 8. Lunæ 1. Epacta 5. Methodus Clauij ad Neomeniam iſtam indagandam, pro fundamento, ponit annum Domini 1539. & ordinem 28. ex quibus prodeunt Martij dies 26. horæ 2. min. ferè 24. Sin autem vulgi more ad annum huius vaticinij tempus applicare lubet, menſis iſte primus emerget circa 7. Aprilis, anno ante Chr. 591. cyclo Solis 7. *Hoc onus non Tyro ſed Aegypto imminet.*

Lunæ

Lunæ 19. Epacta 23. niſi fortè vno menſe citius annum [...]
tempore ſint auſpicati.

---

## EZECH. XXXI. v. 1.

*Duobus fere menſibus poſt præcedens vaticiniū.*

E*T factum eſt, in anno vndecimo, tertio menſe vna menſis.* Sanctus [...]
pheriam contigiſſe, antequam Vrbs à Chaldæis caperetur [...]
vulgari accipiendum eſt: Vrbs enim capta eſt, menſe quarto, die [...]
v. 6. hoc autem oraculum Ezechieli oblatum eſt prima die tem[...]
dem autem anno factum eſt hoc verbum ad Ezechielem, quo [...]
antecedens, duobus tamen ferè menſibus tardius, vt notant M[...]
Cornelius, menſibus, inquam, non Latinis, ſed Hebræis, dier[...]
bus: præcedentem enim prophetiam S. Vates accepit 7. die [...]
hanc 1. Siuan.

---

## EZECH. XXXII. v. 1.

*Varia lectio.*

1. E*T factum eſt duodecimo anno, in menſe duodecimo, in vna menſis.* S. H[...]
hanc quidem retinet lectionem: *Sed in multis,* inquit, *exempl[...]*
*duodecimus annus, & menſis decimus ponitur: iuxta cæteros autem [...]*
*annus & decimus menſis.* Theodoretus hic, Sec. 12. prius legit, in [...]
decimo menſe, deinde ex vulgato, 12. anno, & menſe 12. Græca [...]
habet in decimo anno, in decimo menſe: verſio autem Latina [...]
duodecimo anno, in decimo menſe. Hebræa & nonnulla Græca [...]
conueniunt. Ex quibus patet 1. hic eſſe magnam de anno & menſe [...]
non autem de die. 2. non in omnibus exemplaribus 70. poni [...]
multis, vt monet S. Hieronymus.

*Editio vulgata retinenda.*

2. Vera ideoque retinenda vulgata editio Latina, quæ cum [...]
te & annum & menſem duodecimum exhibet: annum vtique [...]
capto Iechonia, vt plerique interpretum docent, ſicut ab eodem [...]
nus æram ſuam deduxit Ezechiel, cap. 1. v. 2. cap. 8. v. 1. cap. 20. v. 1. [...]
cap. 26. v. 1. cap. 29. v. 1. & 17. cap. 31. v. 1. & infra cap. 33. v. 21. vt [...]
donatus, qui iure miratur Hebræos, & qui nimio quodam [...]
tur, pergere etiam hoc loco interpretari duodecimum annum [...]
rò iſta dies prima menſis duodecimi, anni duodecimi à tran[...]
choniæ mihi incidit in (vel propè) decimam quintam Februarij [...]
ram Chriſti 589. cyclo Solis 9. Lunæ 2. epacta 16.

## EZECH. XXXII. v. 17.

*Diebus 14.*

1. *Et factum eſt in duodecimo anno, in quinta decima menſis, factum [...]*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*mini ad me dicens: cane lugubre, ſuper multitudinem AEgypti.* His conſonant Hebræa: at vero Septuaginta iam S. Hieronymi & Theodoreti temporibus diſcrepabant, ſic enim habent: *Et factum eſt in duodecimo anno, primi menſis, quinta decima menſis.* Non tamen idcirco vulgata noſtra editio deſerenda eſt, cui etiam S. Hieronymus adhæret, dum hunc locum ſic interpretatur: *in eodem anno, & in eodem vt putamus menſe, ſed non in vna, vt ſupra, menſis; verum in quinta decima*, hoc eſt 14. diebus poſtquam Ezechieli dictum erat: *aſſume lamentum.* hic verſ.1. Aſſentiuntur Lyra, Hugo, Maldonatus, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius. Addunt bene S. Hieronymus & Hugo, pręcedentem propheтiam nouilunio, traditam fuiſſe; hanc plenilunio. Tunc enim Hebræi ſuos menſes ad Lunæ curſum accommodabant, quod etiamnum factitant. Itaque iuſſus fuerit Propheta, *lugubre canere* anno ante Chriſti æram 589. circa 28. Februarij, iuxta ea quæ paulo ante notabam.

*poſt præcedens vaticinium.*

---

EZECH. XXXIII. v.21.

*ET factum eſt, in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta menſis, transmigrationis noſtræ, venit ad me, qui fugerat de Ieruſalem dicens: vaſtata eſt ciuitas.*

QVÆSTIO VIII.

## *Quandonam Ezechiel nuncium de Vrbe vaſtata acceperit.*

1. HIc Septuaginta Sixti habent, in anno decimo, menſe duodecimo: apud Theodoretum: anno duodecimo, menſe duodecimo. Syrus anno vndecimo, menſe duodecimo, vt refert, & fauet idem Theodoretus. Verùm vt in præcedentibus; ita hoc loco editio Latina illis præponenda eſt, & legendum: *in anno duodecimo menſe decimo, die quinta*, prout legimus apud S. Hieronymum & Theodoretum, in Hebræo, Chaldæo, pleriſque Græcis exemplaribus. Anno enim decimo tranſmigrationis Iechoniæ, de qua hic eſt ſermo, necdum erat capta ciuitas. Clades itaque Ieroſolymitana, anno duodecimo, menſe decimo, quinta die Ezechieli nunciata eſt.

*Anno 10. transmig. non eſt vaſtata ciuitas.*

2. Hinc detegitur Capelli temeritas, qui anno m.3409. *cùm omnes*, inquit, *prophetiæ Ezechielis, ordinem temporis ſequantur accuratiſſimè* &c. Hanc enim ſuppoſitionem falſam eſſe quiuis deprehendet, qui hanc narrationem anno 12. menſe decimo factam cum duobus vaticinijs præcedentibus cap.32. v.1. & 17. notatis contulerit, vt ea taceam, quæ ex varijs bonæ notæ ſcriptoribus ſuprà non ſemel annotaui de ordine temporis in harum prophetiarum contextu, non vbique obſeruato. Vide cap.31. ver.1. Sed reſtat dubium, quanto tempore poſt captam Ieruſalem, hæc Vates acceperit.

*Contra Capellum.*

*Quæſt. Chron. P.3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quando capta ciuitas.*

3. S. Hieronymus hic. Vndecimo anno Sedeciæ, inquit, capta eſt ciuitas Ieruſalem : hæc autem prophetia, duodecimo anno menſe, quinta menſis, captiuitatis ſiue tranſmigrationis, quando ... chonias. Ex quo oſtenditur, poſt vnum annum & quatuor menſes ... quinque dies à capta Ieruſalem, veniſſe Babylonem vnum ... qui nunciaret captam Vrbem atque vaſtatam. Aſſentiuntur ... Sanctius, Cornelius.

4. Grauitas patronorum huius opinionis, eam interpretationem ... probabilem: ratio tamen, qua vtuntur, efficax non videtur. Capta ... tas anno vndecimo Sedeciæ, & tranſmigrationis deſinente: hic ... Ezechielem venit anno duodecimo iam currente. Adhęc cũ Nabuchodonoſor ... Babylone imperaret, mirum valde foret, ſi non niſi poſt 17. ... nuncios, quà per captiuos, tum Babylonij, tum exules Iudæi ... certiores fierent. Reſpondent aliqui, vt Sanctius, Iudæos, qui ... facile potuiſſe ab ijs, qui cum Sedecia fuerãt abducti, Vrbem ... re: *ſed publica & quaſi legitima legatione, non nouerant.* Hanc autem ... ijs miſſam putant, quo occiſo Godolia in Ægyptum profugerant ... pore captam dici Vrbem, & Iudæam deſertam, quia Iudæorum ... tam in Vrbibus, quam in cauernis & Vrbiũ ruderibus habitabant ... pheta inſinuat. Hanc autem reſponſionem facilè amolietur, qui ... caſum poſt 17. circiter menſes Babylone lippis & tonſoribus ... circo ad eum nunciandum publica legatione opus non fuiſſe. ... *qui fugerat de Ieruſalem*, non tam legatum publicum ex Ægypto ... priuatum aliquem Ieroſolymis fugitiuum indicare videntur.

*Nuncius de capta vrbe cito venit Babylonem.*

5. Cornelius vero fatetur mirum quidem videri, quod Ezechiel ... tius de Vrbis expugnatione nuncium acceperit; verùm in tanta ... dem Ieroſolymæ effugerant, paucitate, & locorum diſtantia, id ... eſſe: cum quiſque de ſe, & vita ſollicitus, parum de clade hac in Babylone nun... cianda cogitaret. Ego verò non poſſum non mirari, Nabuchodonoſor ... per nuncios, vel per captiuos, ſuas victorias Babylone non priùs ... cè notiſſimas feciſſe, quàm annus & quinque ferè menſes ... quidem aliquando in mentem venerat, vt cap. 5. Synopſeos ... ne illo qui Ezechieli dicebat: *vaſtata eſt Ciuitas*, calamitatem Iudæorum ... nuncio ſignificari; ſed tanquam ab exule deplorari. Sed poſtea ... uerti, S. Hieronymum obſiſtere, dum ait, *veniſſe Babylonem vnum qui nun-ciaret captam Vrbem & vaſtatam:* cui cæteri interpretes aſſentiuntur.

*Nempe eodem anno quo fuerat vaſtata.*

6. Torniellus ad an. m. 3447. num. 11. & Salianus num. 70. ... docere videntur, hunc fugitiuum ad Ezechielem veniſſe eodem anno ...

ruſalem euerſa fuerat, quinto circiter menſe ab eius expugnatione facta quarto menſe anni ſacri ſiue Tamuz, anno Sedeciæ vndecimo deſinente; menſe Ab, ſiue quinto fuit incendium Nabuzardan: menſe Tiſri Godoliæ mors illata. Sic decimo menſe Tebeth dicto, calaminitas à fugitiuo nunciata eſt, currente iam anno 19. Nabuchodonoſoris, & 12. tranſmigrationis Iechoniæ. In hanc ſententiam venire coguntur, qui Sedeciæ dant annos 11. Chronologicos poſt Ioakim, hoc eſt, diſtinctos ab ijs, qui poſt Vrbis excidium numerãtur, quod facit Chronicon Alexandrin. Beda; Ado, in Chronicis, Lyra in c. 6. Baruch, Pererius li. 10. in Daniel. q. 3. Caſtrius in Chronotaxi prophetiarum Ieremię. Fauet Cornelius Baruch 6. v. 2. vbi ab anno 11. Sedeciæ, vſque ad annum 1. Cyri, ait fluxiſſe annos 59. ergo addendi ſunt 11. Sedeciæ, vt colligantur 70. anni captiuitatis Babylonicæ, quam inchoat à tranſmigratione Iechoniæ. Ierem. 29. v. 10. §. Quarto ergo fauet etiam S. Hieronym. dum Ezechielis 4. ab anno 6. Ezechiæ vſque ad templi deſolationem enumerat annos 135. quod verum ex illius ſupputatione non eſſet, niſi vndecimum Sedeciæ includeret: ait enim inde ſecutos deſolationis annos 70. vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis. Imò ibidem alios 164. annos colligit, in quibus 11. Sedeciæ tribuit, deinde annos 70. deſolationis attexit, & ex vtraque ſumma conflat 234. perperam autem id faceret, niſi annos illos 11. quos adſcribit Sedeciæ præponeret deſolationi, quæ incepit vel quarto menſe, quando Vrbem cepit Chaldæus, vel quinto, quando eam incendit. Sic menſe decimo iam inierat annus 12. regni Sedeciæ & tranſportationis Iechoniæ. Iuxta hanc opinionem, potuit hic annus in Syro textu vocari vndecimus tranſmigrationis, ſubaudi, vel expletus, vél more vulgi computatus: quia currente illo anno ſacro, quo capta eſt Ieruſalem, exijt annus 11. tranſmigrationis, & ante menſem Tebeth inijt 12. quo dictum eſt Ezechieli: *vaſtata eſt ciuitas.*

*Fauet huic ſententia S. Hieron.*

7. Hic annus eſt mihi ante Chriſti æram 550. cyclo Solis 8. Lunæ 1. quibus characteribus diem quintam menſis 10. non procul à 22. Decembris conſignamus. Eſt autem veriſimile iſtum nuncium è Iudæa profugiſſe non actutum ciuitate captâ; ſed iam combuſta: imò fortè Godolia perempto, & retuliſſe (quod pridie diuinitus acceperat Propheta) non ſolum vrbem exciſam, ſed etiam Iudæorum quoſdam in latibulis reſidere, ſperantes ſe paulatim terram denuo habitatoribus repleturos, cùm id vnus Abraham potuerit: ipſi verò plures eſſent ſuperſtites. Qua occaſione accepta vanam eorum præſumptionem redarguit Propheta, carpit crimina, & imminentem eis peſtem, terræque ſolitudinem denunciat, vt latiùs deducunt interpretes: quæ omnia in eum annum, quo ciuitas euerſa eſt, optimè quadrant.

*Ante Chr. anno 550.*

EZECH. XL. v. 1.

*IN vigeſimo quinto anno tranſmigrationis noſtræ, in exordio anni, decimo ...
todecimo anno, poſtquam percuſſa eſt ciuitas, in ipſa hac die, facta eſt ...
Domini.*

## QVÆSTIO IX.

### *Quando hæc prophetia Ezechieli tradita ...*

*Hebrais exordium anni triplex.* 1. EXordium anni triplex apud Iudæos reperitur. 1. anni ſacri Ni...
tractuum, Sabbaticorum, Iubilæorum à menſe Tiſri ...
ticulares, ab aliquo certo menſe, quo ſingulare quippiam contigit, ...
v.g. ab enthroniſmo alicuius regis. Sic anni ab Exodo accurate ...
computantur. Anni ingreſſus in terram die 10. eiuſdem. Anni captiu...
die 9. Tamutz, incenſæ, 9. vel 10. menſis Ab. Ternæ pariter ſunt ...
*1. Opinio.* terpretationes. *Prima* eſt communi Hebræorum, qui hoc anni ...
commodant ad menſem Tiſri, quo Iubilæum illo tempore ...
quia primam Ezechielis prophetiam conſignant anno quinto ...
nis, periodi Iubilææ 30. his addunt 20. & exurgit annus 25. tranſmi...
dem 50. ſiue Iubilæus. Quoad menſem aſſentitur Mariana, & pro...
Cornelius. Fauet Theodoretus, qui locum iſtum, vbi habemus, ...
interpretatus eſt, *in nono anno*: qua nomenclatura Hebræi menſem ...
gnant, vt hic notat S. Hieronymus.

*2. Opinio.* 2. Secunda claſſis interpretum, hoc anni exordium cenſet ...
rendum, & ab ea prophetia, quæ cap. 1. Ezechielis deſcribitur, ...
19. menſes 9. dies quinque ſupputat: totidem enim effluxerunt, ...
menſis quarti, anni à tranſmigratione quinti, vſque ad iſtum ...
grationis quintum & viceſimum. Ita hunc locum explicant S. Hi...
Lyra, Maldonatus, nec aliud Cornelium voluiſſe puto, dum hoc ...
ab illa prima viſione 20. annis ſubmouet, & menſi Niſan adſcribit.

*3. Opin.* 3. S. Gregorius autem tertiam viam inſiſtit, & hanc prophetiam ...
ad exordium illius menſis, quo percuſſa eſt ciuitas, ita vt Dei bonitas ...
phetiam ea die inſpirauerit, qua ciuitatem iuſtitia percuſſerat. Grego...
quitur Hugo, & *exordium anni* hoc loco ait eſſe emergentis à tempore ...
Chaldæus Ieroſolymam expugnauit.

*Ad opin. 2. & 3.* 4. *Prima opinio* ſine efficaci argumento ſumit, quod probandum ...
*tia opinio*, non videtur commodè applicare diem 10. ad Vrbis expugna...
enim fuit nonus quarti menſis. Ierem. 52. v. 6. Si vero ad templi & V...
grationem dies iſta 10. referatur, interpretatio non erit incongrua. T...
enim nona quidem die Ab, violatũ eſt, vt tradũt Hebræi: ſed decima ...

P. H. Philip... Chrono... Vet: Testa... A IV 17

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cum ipſa vrbe regijſque palatijs. Ieremiæ 52. v. 12 quaſi Propheta diceret: anno 25. tranſmigrationis incepto, & 14. ab vrbis euerſione illa ipſa die decima quinti menſis, qua conflagrauit. *facta eſt ſuper me manus Domini*, &c. Sic iſta prophetia inciderit in diem 10. quinti menſis Ab nuncupati.

5. Exiſtimo tamen probabilius eſſe, hanc orationis particulam, *ipſa hac die*, non referri ad cladem ciuitatis, ſed ſolum ad diem anni ineuntis, & menſis Niſan, vt præter iam laudatos num. 2. notat Menochius. Sicut enim alibi paſſim annorum & menſium ſeriem à Niſan ſacra Scriptura computat, niſi quid aliud inſinuet: ita hoc loco Propheta ad idem principium reſpexiſſe, & hanc viſionem, annis ex quo prophetare cœperat 19. menſibus 9. & diebus quinque expletis accepiſſe videtur. *Concluſio.*

6. Notat hoc loco Theodoretus poſt Jechoniam abductum, Sedeciam regnaſſe 11. annos, *paucis*, inquit, *menſibus exceptis: quippe cum vndecimo Sedeciæ regis anno capta ſit vrbs*. Vnde infert, *Iure igitur dixit, annum quo capta fuit vrbs quartum decimum; ſuæ captiuitatis quintum & vigeſimum eſſe*. S. etiam Gregorius: vndecim, inquit, annis regnauit Sedecias poſt captiuitatem primam, in qua Ezechiel Propheta, cum Ioachin rege ductus eſt. Poſt captiuitatem verò eiuſdem Sedeciæ, quæ etiam ſecunda erat vrbis captiuitas, quarto decimo anno, Propheta viſionem vltimam vidit. Vndecim itaque & quatuordecim ſimul iuncti faciunt quinque & viginti. Eodem modo Hugo ratiocinatur. Ex quorum antiquiſſimorum & grauiſſimorum auctorum Theodoreti, inquam, & Gregorij ſententia, colligo Sedeciam annos 11. Chronologicos regnaſſe, & vrbem captam anno illius 11. non ineunte, ſed exeunte, vt pluribus diſputabam, 4. Reg. q. 22. *Sedecias regnauit annos 11.*

7. Qui Sedeciæ 10. tantum annos Chronologicos imputant, non tam clarè annum decimum quartum captæ ciuitatis cum viceſimo quinto tranſmigrationis coniungunt. V. g. Cornelius in Harm. Chron. Prophetarum anno ſuæ computationis ante Chriſtum 602. verno tempore Iechoniam abductum tradit, vrbem exciſam anno 592. hanc autem prophetiam ſignat anno 578. die 10. Martij ſiue Niſan. At qui anno iſto ante Chriſtum 578. die 10. Niſan, adhuc quidem fluebat, annus 14. vrbis euerſæ, iuxta accuratas illius rationes; ſed iam inierat annus 26. tranſmigrationis, ſi ab initio Niſan anni tranſmigrationis apeiantur. Si verò poſt Niſan, inchoantur, non erit facile oſtendere, quomodo Ezechiel prophetare cœperit anno 5. ſuæ tranſmigrationis, vrbs euerſa fuerit anno 11. Sedeciæ anno ante Chr. 592. & ſimul hæc prophetia edita anno ante Chriſtum 578. prima die Niſan, anno 25. tranſmigrationis. *Annus 14. vrbis captæ eſt 25. tranſmig.*

8. Opinor Ezechielem ſupputatione populari annos tum ſuæ captiuitatis, tum vrbis vaſtatæ, ad morem anni ſacri, ab initio Niſan accerſere (niſi efficaci argumento aliud conſtet) & hanc de templo viſionem ei oblatam anno ante *Hic S. Vates annos deducit à Niſan in ſuis prophetijs.*

 vulga-

P. H. Philip
Chronol
Vet: Testa
A IV
17 a



vulgarem Chriſti æram 577. cyclo Solis 21. Lunæ 14. circa 11. Aprilis. [...] rigido calculo vti placuerit, hoc vaticinium haud grauatè reiecero [...] Martij currente anno ante eandem æram 576. cyclo Solis 22 Lunæ [...]

9. Poſtremo hic breuiter animaduertendum, iſtam de temp[...] tiam eſſe quidem poſt cæteras vltimo loco conſcriptam; attamen [...] poris prius editam, quàm oraculum de vaſtanda Aegypto, cap. 29. [...] 27. tranſmigrationis notatum.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOLOG.

# IN DANIELIS PROPHETIA[...]

*Daniel prophetat vt minimum 74. annos.*

*SCribit Daniel ſuſceptam à Nabuchodon[...] contra Iudæos expeditionem anno 3. Io[...] deinde cap. 10. ſibi oblatam viſionem an[...] Cyri, intellige à Babylone ſubacta, vt Theodor[...] & alij ſuo loco recenſendi bene aduertunt. An[...] 3. Ioakim ordior anno ante Chr. 610: tertium Cyr[...] no 536. Hic itaque liber porrigitur vt minimum [...] ſpatium 74. annorum. Quanto vero tempore d[...] ceps ſuperſtes fuerit Daniel, non conſtat.*

DANIEL. I. v. 1.

*ANno tertio Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſa[...] obſedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioakim regem Iuda.*

QVÆSTIO I.

## *Vnde ducatur hic tertius annus.*

*Nō ex quo Ioakim tributum pendebat Chaldæis.*

1. HVgo, Lyranus, & alij nonnulli putant, hunc annum eſſe tertium [...] Ioakim, non abſolutè, ſed *ab illo tempore*, inquit Lyranus, *quo* [...] *tributarius regi Babylonis, & iſte fuit vndecimus annus regni ſui.* Quæ interpretatio [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inficiatione fatiſcit, cùm nulla ſolida ratione fulciatur. Quid enim Danieli in mentem venire potuit, vt eos ſolos annos regno Ioakim tribueret, quibus imperatum tributum Chaldæo pendebat?

*Opinio Maldonati.*

2. Multa in hunc locum congerit Maldonatus, traditque *primò* explodendam eſſe eorum interpretationem, qui putant hic ſermonem eſſe de Nabuchodonoſore ſeniore, ſiue Nabopolaſſaro: quia Daniel hic agit de eo Nabuchodonoſore, *qui ſe*, inquit, *& cæteros principes Babylonem duxit.* Is autem fuit Nabuchodonoſor Magnus, qui anno 7. regni ſui ter mille viginti tres Iudæos Babylonem traduxit: anno 18. octingentos triginta duos: anno deniq; 23. ſeptingentos quadraginta quinque. *Magni autem Nabuchodonoſoris patrem Scriptura non nouit.* Tradit *ſecundò*, dici non poſſe, quod anno 3. Ioakim Nabopolaſſarus adhuc regnauerit: anno verò ſequenti, filius eius: quomodo enim Ioakim tribus annis fictus eſſet Nabopolaſſari tributarius, quod de Nabuchodonoſore dicitur, 4. Reg. 24. v. 1.

*Putat hūc annū 3 ex quo Ioakim rebellauerat Chaldæo.*

3. Refutata Lyrani doctrina tradit *tertiò*, melius hic intelligi annum tertium, ex quo Ioakim aduerſus regem Babylonis rebellionē fecit, vt ſentit Rabbi Saadias: quod probare nititur ex quatuor Scripturæ locis inter ſe comparatis. Primus eſt, 4. Reg. 23. v. 36. Ioakim 11. annos tenuiſſe regni gubernacula. Secundus Ierem. 25. v. 1. Nabuchodonoſorem anno quarto Ioakim regnare cœpiſſe. Tertius Danielis 1. agi de ea expeditione, qua Ioakim anno tertio regni ſui captus & Babylonem ductus eſt, cum alijs principibus Ieroſolymitis. Quartus Ierem. 52. v. 28. Nabuchodonoſorem ante annū ſeptimum regni ſui Iudæorū neminē in Babyloniā traduxiſſe. Vnde colligit primos è Iudæa captiuos Babylonē abductos anno 11. regni Ioakim: cùm enim anno huius quarto Nabuchodonoſor ſceptro Babylonico ſit potitus; annus 11. Ioakimi neceſſario in ſeptimū Nabuchodonoſoris incurrit. Annum porrò vndecimum Ioakimi idcirco tertiū hoc loco dici exiſtimat, quod Ioakimus Ioſia interempto rex à Nechao conſtitutus ſit, tributo imperato. 4. Reg. 23. v. 34. & ea conditione quinq; annos regnauerit. Nā anno eius quarto, inquit, Nabuchodonoſor demortui patris ſuſcepto regno, primum regem Aegypti vicit, omnemque eius regionem, quæ inter riuum Aegypti & Euphratē erat, occupauit 4. Reg. 24. v. 7. Deinde Ioakimum ipſum Ægyptij rebus ſtudentem ſibi vectigalem fecit. 4. Reg. 24. v. 1. regnauitque, vt ibidem dicitur, ſub rege Babylonis tributarius annos tres, id eſt, vſq; ad octauū regni ſui: anno autē octauo, vt ait Rabbi Saadias, rebellauit, regnauitq; liber, ac ſine tributo annos tres, id eſt, vſque ad annum vndecimum & poſtremum regni ſui. Hæc ibi.

*Quidam tertiū regni eius iā adulsum.*

4. Ribera Nahum 2. Pererius, Sanctius, Cornelius, Dan. 1. hunc tertium annum ab enthroniſmo Ioakimi iam adultum intelligunt, ita vt annus primus

Nabu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philip
Chronol
Vet: Testa
A IV
17



Nabuchodonoſoris priori ſui parte tertium Ioakimi attigerit, poſteriori quarto eiuſdem Ioakimi concurrerit, ac idcirco quæ anno primo regni ſui geſſit Nabuchodonoſor, nunc anno 3. nunc anno 4. Ioakim geſta dicuntur. Ita rum auctorum ſententia, Nabuchodonoſor expeditionem, cuius meminit Daniel, anno 3. Ioakimi incepit, & quarto perfecit, vt clarè explicat ...

*Erat 3. regni Ioakim currens.* 5. Ego hunc annum tertium Ioakimi ab initio regni ipſius computo cum Theodoreto, præfatione in Danielem, & auctoribus præced. num. ... Nabuchodonoſorem verò arbitror nō hoc anno tertio, ſed quarto demum ... paternum imperium, vt dixi 4. Reg. q. 20. cum S. Hieronymo, Ioſepho, ... no, Scoto, Serario, Maldonato, Torniello, Saliano, Petauio. Idem ... qui annos 11. Chronologicos Ioakimo, & Sedeciæ totidem adſcribunt ... enim Ieruſalem menſe quinto anni ſacri conflagraret, Nabuchodonoſor annum 19. regni fuerat ingreſſus. Ierem. 52. v. 12. De his 19. tolle 11. Sedeciæ, manebunt anni 8. poſtremi Ioakim, ita vt annus primus Nabuchodonoſoris cum tertio Ioakim nulla ſui parte attingeret. Auctores qui vndecim ... Ioakimo, quàm Sedeciæ attribuunt, ex parte annotabam, 4. Reg. q. ... q. 22. num. 1. Ezech. 33. v. 21. q. 8. num. 6. & cap. 40. q. 9.

*Explicatur doctrina Maldonati.* 6. Quod *primo loco* docet Maldonatus, nempe regem illum, qui ... terpolatis tot Iudæos Babylonem tranſtulit, vt refert Ieremias cap. ... Magnum Nabuchodonoſorem, verum eſſe cenſeo, ſiue Scriptura ... eius nouerit, ſiue non. Quod verò *ſecundo loco* aſſerit, categoricè nego. ... enim Ioakimus tres annos non Nabopolaſſaro, qui ſub idem tempus ... è viuis, quo Ioakim prima vice captus eſt; ſed filio eius; quia ſeruiuit ... cum iam Nabuchodonoſor Magnus regnum adeptus eſſet. Patet ... hunc tertium annum apud Danielem numerari ab eo tempore quo ... negato tributo iugum Babylonium excuſſit. Nec obſtant quicquam ... tuor Scripturæ loca inter ſe collata. Annos enim vndecim regnauit ... quarto illius anno, Nabuchodonoſor paterni regni poſſeſſionem ... hoc poſterius non aſſerat Ieremias illo cap. 25. Ibi enim cùm dixiſſet ... Domini ad ſe factum anno quarto Ioakim tantum addit: *ipſe eſt annus* ... *Nabuchodonoſor regū Babylonis*, quod verum foret, quamuis labente ... cedenti Nabuchodonoſor ad regni gubernacula acceſſiſſet. Fateor ... nielem de illa expeditione hic agere, qua captus eſt Ioakimus, cum ... ſi placet, Iudæorum principibus; ſed paulò pòſt in regnum remiſſus ... tem captiuitate non agit Ieremias; ſed alia, vt ibidem annotabam. Nec ... aſſerit Ieremias Nabuchodonoſorem ante annum ſeptimum regni ... nem captiuum in Babyloniam traduxiſſe; ſed ſolum ſcribit: *Iſte eſt populus* *quem tranſtulit Nabuchodonoſor in anno ſeptimo, Iudæorum tria millia & viginti* ...

ſermo eſt de ijs tantùm, qui exulare iuſſi ſunt; non autem de ijs, qui cum Ioakimo prima vice capti fuerant; eo enim confeſtim in Iudæam remiſſo, Daniel & pauci alij, non vt exules. Sed obſides Babylone remanſerunt: atque ita non erat, cur eos Ieremias recenſeret.

*Hic 3. annus non eſt 11 regni Ioakim.*

7. Eſto annus 11. Ioakimi in ſeptimum Nabuchodonoſoris inciderit: hic tamen non ante quartum annum Ioakimi regnare cœpit. Ioakimus anno demum regni ſui octauo rebellarit: non inde tamen concludemus annum illum Ioakimi, qui aliàs vndecimus numeratur, hic tertium appellari. Sicut enim Maldonato *inſolens videtur, vt Daniel Hebræus, Propheta, ac regio, vt creditur, ſanguine, eo ſolùm tempore Ioakimum regnare dicat, quo Babylonio tyranno ſeruiuit*: ita æquè inſolens apparet, vt idem Daniel illud ſolum tempus regno Ioakimi deputet, quo poſt annum regni ſui ſeptimum rex fœdifragus pactum Chaldæo tributum negauit.

*Quando Ioakim factus tributarius Nabuchodonoſori.*

8. Anno 4. Ioakimi, percuſſit Nabuchodonoſor exercitum Pharaonis ad Euphratem, vt refert Ieremias cap. 46. v. 1. *Superato Euphrate totam Syriam, Peluſium vſque ſubegit, excepta ſola Iudæa*, inquit Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 7. Et ſubtexit: *Quarto deinde regni Nabuchodonoſoris anno, Ioakimi verò octauo Babylonij Iudæis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes ni tributa pendant, quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. At ille timore ſuadente pacem mercatus pecunijs, integro triennio imperata tributa perſoluit*. Idcirco verò Ioſephus negat, anno quarto Ioakim Iudæam fuiſſe ſubiugatam, quia paulo ante Babylonius Iudæorum metropolim, & ipſum Ioakimum ceperat, vt hic refert Daniel. Itaque Nabuchodonoſor prius Ioakimum capit; deinde captiuorum curam amicis demandat, & feſtinus Babylonem repetit, imperijque gubernationem ſuſcipit. Interea Ioakim cum Daniele paucisque alijs Babylonem adducitur, ac rebus cum nouo rege aut regni proceribus compoſitis, mox in Iudæam reuertitur. Tum demum Nabuchodonoſor Aegyptium ad Euphratem cædit, vt ex Ioſepho & Beroſo fuſius retuli, 4. Reg. q. 20. num. 3 & Ieremiæ 46. q. 10. num. 1. Hiſce igitur ex antiquorum fide acceptis, patet hunc tertium annum à primordio regni Ioakim numerandum eſſe, quando eum Eliacim antea dictum, *regem conſtituit Pharao Nechao, vertitque nomen eius Ioakim*, 4. Reg. 23. v. 34. Qui aliam hic indagat epocham, is mihi videtur in ſcyrpo quærere nodum. Meæ computationis patronos habeo Theodoretum præf. in Danielem, & Orat. 1. Riberam, Pererium, Sanctium, Cornelium, locis ante indicatis, Marianam, Sa, Dan. 1. Petauium lib. 9. cap. 61 § *Mihi tertius*. Torniellum ad an. m. 3428. num. 3. Salianum num. 1.

*Chronotaxis rerũ huc ſpectantium.*

(***)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philip
Chronol
Vet: Testa
A IV
17



DAN. I. v. 21.

*Daniel floruit vltra annum I. Cyri.*

1. *Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri regis.* Non eſt ſenſus q[...] niel non vltra annum primum regis Cyri, aut vixerit, aut propheta[...] etiam anno tertio Cyri prophetæ functiones inter viuos obi[...] magna in auctoritate continenter fuerit, quamdiu ſtetit imperium C[...] rum, quod anno primo Cyri ad Perſas tranſlatum eſt. Vnde intelligi[...] nielem non paucis annis aut vnius Nabuchodonoſoris tempore ap[...] nios inclytum fuiſſe, ſed toto captiuitatis tempore Iudæos auctorita[...] & vaticinijs eorum animos excitaſſe. Ita hunc verſiculum interpre[...] Hieronymus, Hugo, Lyra, Maldonatus, Pererius, Sanctius, Corne[...] Dan. 1. & 6.

2. Hinc plerique cum Theodoreto bene colligunt, illis verbis [...] nielem vidiſſe compleri vaticinium de Cyro populum Iudaicum i[...] aſſerturo, Iſaiæ 44. & 45. Neque verò arbitror Theodoretum in ea[...] nione, vt putaret Danielem tantum vſque ad Cyri primordia vatic[...] que enim eum latuit, S. Vatem anno Cyri tertio propheraſſe. Obſcu[...] ſcripſit Theodoretus, quod alij interpretes clarius expoſuerunt.

---

DAN. II. v. 1.

*In anno ſecundo regni Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomnium.*

QVÆSTIO II.

## *Vnde hic ſecundus annus computetur.*

*Non ab euerſis Ieroſolymis.*

1. RAtionem huius quæſiti ſic proponit S. Hieronymus; *ſi poſt tres an[...] ingreſſi ſunt in conſpectu eius, vt ipſe præceperat; quomodo nunc ſecundo a[...] ſui ſomnium vidiſſe narratur?* Prima opinio eſt quorundam Hebræorum [...] der Olam, qui hunc annum numerant ſecundum à caſu templi & vrbi[...] do vt ipſi putant, Sedecia rege è Iudæa ſublato, regnum illius Nabuc[...] ſor ſibi arrogauit, anno 20. regni ſui Babylonyci. Quam opinionem [...] tus probabilem cenſet; alij verò paſſim faceſſere iubent, cum neque [...] que Scriptorum auctoritas doceat, annos Nabuchodonoſoris fuiſſe [...] ab euerſo ſub Sedecia Iudææ regno ſupputatos.

*Non ab interitu Ioakim.*

2. Secunda opinio eſt eorum, qui cum Rabbi Saadia dicunt h[...] num eſſe ſecundum, ex quo Ioakimo interempto, Nabuchodonoſor [...] ſibi vendicauit, & concurrere cum anno nono regni illius, [...] cum Daniele Babylonem auectos anno ſeptimo Nabuchodonoſo[...] ſequenti oblatum Regi de ſtatua inſomnium, eiuſque interpreta[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex Chaldæis petitam, eò quod necdum ſapientia Danielis innotuiſſet: anno autem nono regni ſui Babylonici, à cæde Ioakimi ſecundo Nabuchodonoſorem à Daniele ſomnij interpretationem accepiſſe. Verùm hanc opinationem eadem ratio confutat, quæ præcedentem: præterquam quod non facile ſit ab abductis pueris tres annos reperire, poſt quos in conſpectu regis ſtare debebant, cum non niſi ſub finem anni ſeptimi Nabuchodonoſoris, Ioakim occiſus fuerit.

*Nec ab initio regni Nabuch.*

3. Tertia opinio hunc annum putat alterum, ex quo Nabuchodonoſor Babylone cœpit imperare. Ita abſolutè ſcribit Caluiſius ad an. m. 3347. Idem ſentire videtur Theodoretus, & fauet Mariana. Si quis objciat, tunc à Danielis tranſmigratione triennium necdum fuiſſe tranſactum, reſpondet Mariana, ita ſe rem habere: regem anno ſecundo regni ſui ſomniaſſe quidem, ſed multum temporis in Magorum inquiſitione prius inſumptum, quam anno tandem tertio, à Daniele ſomnij interpretatio quæreretur. *Et ſunt actiones regum tardæ*, inquit, *nec citò expediuntur*. Pauci huic ratiocinationi ſubſcribunt, cum debilibus nitatur conjecturis. Vide q. ſeq. num. vltimo.

*Sed ab Ægypto ſubiugata.*

4. Quarta denique ſupputatio, vt magis communis; ita meo iudicio cæteris longè præponenda, hoc inſomnium refert ad annum ſecundum Nabuchodonoſoris non regni Babylonici, ſed Monarchiæ poſt Aegyptum aliaſq; plures nationes iugo Babylonico ſubditas. Quam ſententiam ſic explicat S. Hieronymus Dan. 1. Ita ſoluunt Hebræi: ſecundum hic annum dici, regni eius omnium gentium barbararum; non Iudææ tantum & Chaldæorum, ſed Aſſyriorũ quoque & Moabitarum, & reliquarum nationum, quas Domino concedente ſuperauerat. Vnde & Ioſephus in 10. Antiq. ſcribit libro. Poſt annum ſecundum Aegyptiæ vaſtitatis rex Nabuchodonoſor vidit mirabile ſomnium &c. S. Hieronymum & Ioſephũ ſequuntur Hugo, Lyra, Pererius, Maldonatus, Sanctius, Cornelius, Mariana, Sa, Menochius. Dan 2. v. 1. Torniellus ad an. m. 3453. Salianus ibidem. Petauius lib. 13. ad an. Per. Iul. 4138.

*Vni Regi plura initia regni tribui poſſunt.*

5. Bene autem aduertunt aliqui, nec mirũ nec inſolens eſſe, quod Nabuchodonoſori duo vel plura regnandi initia tribuantur. Nam & idem in Auguſto Rom. Imperatore factum legimus, cuius principatus annos, modo à primo illius cõſulatu, ſiue triumuiratu, modo ab Actiaca victoria computamus, vt pluribus declaraui *Opuſc. de annis Dom. cap.* 2. Idem eſt de Cyro, cuius anni tum ab initio apud Perſas regno, tum ab Imperio à Chaldęis ad Perſas tranſlato numerantur. Anni eius vniuerſim fuere 30. Monarchię verò quidam 3. alij 7. alij 9. annos attribuunt, iuxta ea, quæ diſputabam 2. Paralip. q. 3. De annis Alexandri Magni, pari modo philoſophandum.

6. Monarchiã Nabuchodonoſoris, cuius hic ſecũdus annus numeratur, aliqui

*Quando ſubiugata Aegyptus.* ab anno 23. regni illius Babylonici auſpicantur, vt Pererius; nonnulli
24. vt Torniellus & Salianus ad an.m. 3452. quibus non aſſentior,
Aegyptum in poteſtatem Chaldæorum non veniſſe ante annum
grationis Iechoniæ, vt dicebam Ezech.29.q.7. Sed neque Petauij
bo, qui arbitratur Aegyptum à Chaldæis occupatam labente anno
donoſoris 30. vel ineunte 31. Hic enim anno octauo regni ſui Iechon
duxit, 4.Reg.24.v.12. Ergo Nabuchodonoſor, ante Iechoniæ tranſm
regnauerat 7. annos: quibus ſi annum 27. tranſmigrationis, quo
Chaldæis in prædam ceſſit, addideris, peruenies ad annum Nabuch
ris 34. Propius ad ſcopum collineare mihi videntur ij, qui Aegyptum
tam cenſent anno 35. Nabuchodonoſoris: quod facit Cornelius
Dan.2. Cum tamen opiner, anno 4. Ioakim labente regni diadem
tum; malo primordia iſtius, qua de agimus Monarchiæ, conijcere
*Concluſio.* lius 34. vt dicebam illa q.7. in cap. Ezech.29. Itaque ſomnium illud
Nabuchodonoſori oblatum arbitror, anno ante æram Christi
lis 24. Lunæ 17. quo mihi exoritur annus ab excidio Ieroſolymorum
migrationis Iechoniæ 28. regni Nabuchod. 35. Olymp. 51. tertius

---

### DAN. III. v. 1.

N*Abuchodonoſor rex fecit auream ſtatuam*. Græca Sixti, & alia pleraque
ba præponunt: *anno decimo octauo*. Quam ob cauſam ſequitur
quæſtio.

## QVÆSTIO III.

### *Quando hæc ſtatua fuerit erecta.*

*Non ante ſomnium 1. Nabuchod.* 1. CErtum eſt *primò* tunc Sidrach, Miſach & Abdenago iam publi
cribus ornatos fuiſſe, vt indicat verſiculus 12. huius capituli
ra Danielis, poſt ſomnij prioris interpretationem ad ſuas præfectu
fuerant, Dan.2.v.49. Vnde colligimus erectam hanc ſtatuam, poſt
quatuor Monarchiarum Nabuchodonoſori per quietem obiectam.

*Poſt excidium Ieroſolym.* 2. Conſtat *ſecundò*, tunc iam euerſam cum templo Ieroſolymam.
enim iſti Heroës: *non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta,*
*ſtum, neque ſacrificium* v.38. Itaque non eſt, quod hanc regis inſaniam
illius 18. imputemus: quandoquidem tunc adhuc erat rex Sedecias,
Sacerdotum Saraias, Ieremias & Ezechiel Prophetæ, & ſacrificia
offerebantur: anno autem demum 19. Nabuchod. Vrbs & templum
abiêre, 4.Reg.25.v.8.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Commodè vero, hæc hiſtoria, non longo temporis ſpatio, poſt ſomnium præced. cap. relatum conſtitui poſſe videtur. Hinc S. Hieronymus ad huius capitis initium: *Velox, inquit, obliuio veritatis, vt qui dudum ſeruum Dei quaſi Deum adorauerat, nunc ſtatuam ſibi fieri iubeat, vt adoretur in ſtatua.* Et Theodoretus hic de Nabuchodonoſore: *ſtatim quidem admiratus eſt Prophetæ ſapientiam, & huius Deum, auctorem omnium rerum, Deum eſſe confeſſus eſt, ſed breui interiecto tempore, ad ingenium ſuum rediit.* Idem docent Pererius & Cornelius hic, nec non Salianus ad ann. m. 3415. vbi Tornielli opinionem auerſatur, qui pluribus annis hoc aureum idolum à ſomnio de quatuor imperijs ſubmouit. *Sed paulo poſt ſomnium de Monarchijs.*

4. Græci codices non exprimunt hunc annum fuiſſe 18. regni Nabuchodonoſoris, ſed tantùm anno 18. eum feciſſe ſtatuam auream. Si quis hunc annum putauerit eſſe 18. ab euerſa Ieruſalem, meis rationibus nihil officiet: ſomnium enim, quo de paulo ante agebamus, refero ad annum 17. poſt Vrbis excidium. Sic per me licebit hanc hiſtoriam ſub initium anni 18. ponere. Inde rex 12. menſibus interpoſitis, egit inter feras ſeptennium, & paulo poſt è viuis exceſſit, anno regni ſui 44. non exacto. *Forte anno 18. vrbis euerſæ.*

5. Cùm autem iſti in fornace dixerint, *non eſſe Prophetam*, mihi inſinuaſſe videntur Ieremiam & Ezechielem, ante huius ſtatuæ erectionem obijſſe, atque adeo hæc contigiſſe poſt annum 27. tranſmigrationis, quo Ezechiel adhuc oracula fundebat, cap. 29. v. 17. Viderint proinde, quomodo verſiculum 18. huius capitis interpretentur, qui tres iſtos viros, ante annum 34. Nabuchodonoſoris, in fornacem iniectos docent. Maior autem eſſet difficultas, ſi quis regem primum ſomnium anno 2. regni ſui Babylonici habuiſſe aſſereret, & cum auctoribus iam num. 3. recenſitis, exiguo tempore interiecto, hoc fornacis Babylonicæ miraculum ſubtexeret. *Poſt 27. an. trãſm.*

DAN. IV. v. 2.

*Somnium vidi, quod perterruit me.*

## QVÆSTIO IV.

## *Quoto anno Nabuchodonoſoris euenerit, quod hoc cap. narratur.*

1. DVodecim vt minimum, menſibus, antequam ille in beſtiæ conditionem laberetur, hoc contigiſſe diſcimus ex v. 26. huius cap. Cum beſtijs fuit annos ſeptem: quibus vel omnino, vel ſaltem vſque ad partem ſeptimi tranſactis, probabiliſſimum eſt, eum breui extinctum fuiſſe. Diutius enim ſuperſtes, præclara ſine dubio feciſſet ad Dei gloriam, quam hoc capite miris verbis extollit, & Iudæorum ſoluiſſet captiuitatem, non ignarus eos eſſe veri Dei *Id factum ante metamorphoſin ipſum.*

cultores. Cum igitur poſt hanc hiſtoriam, nihil vel in ſacris, vel in pro… dicibus de hoc rege tradatur, & plures adhuc annos tenuerit … rum; magno eſt argumento, eum poſtea non diu ſuperſtitem fuiſſe, … aduertunt, Pererius, Sanctius, Cornelius in huius libri commentarijs … lus & Salianus in ſuis Annalibus ad ann. m. 3463. idque ex ſententia … qui lib. 10. Antiquit. cap. 11. ait, haud multo poſt admirabilem puerorum … nace liberationem, hæc contigiſſe.

*Variæ opiniones.*

2. Sicuti verò non eſt omnium auctorum vna de annis quibus … Nabuchodonoſorus ſententia: ita nec vno modo, quæ hoc capite … cum annis regni illius componi ſolent. Nonnulli ſomnium de arbore … interpretationem tribuunt anno 35. inde poſt 12. menſium intervallum … ſeptennium amentiæ inchoant. Anno denique 43. reſtitutum ei … autumant. Ita ferè Pererius, Torniellus, Salianus. Alij, vt Cornelius, … buchodonoſorem anno 35. regni ſui, debellata Ægypto Monarcham … inde anno 2. hoc eſt, regni 36. vtrumque ſomnium habuiſſe, anno … eiectum in eoq; ſtatu ſeptem annos permanſiſſe, octauo deinceps … anno menti & imperio redditum, ac paulo poſt mortuum anno reg…

*Supputatio auctoris.*

3. Ego verò opinor Chaldæum anno regni ſui 34. Ægyptum … nouæ Monarchiæ annos aperuiſſe; anno 2. Monarchiæ, regni 35. … quatuor Monarchijs habuiſſe: anno 36. poſt pueros è fornace ereptos … ei de arbore excidenda viſum, inde poſt menſem 12. ab hominum … motum fluente anno regni 37. ad mentem denique & principatum … paulo poſt è vita exceſſiſſe an. 44. necdum finito. In hiſce minutijs … nonnihil exorbitare: arduum verò punctum ipſum ſine dubitatione …

DAN. IV. v. 20. & 26.

*De 7. temporib. variæ interpretationes*

Verſ. 20. Donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum. *Septem …* Theodoretus, *alij ſeptem annos dixerunt, alij tres cum dimidio …* *conuerſiones diuina Scriptura annum diuidit, ſed in duas generales maxime …* *& æſtatem. Septem igitur huiuſmodi partes, tres annos cum dimidio …* fert Maldonatus ver. 30. ſeptem tempora hic nihil aliud eſſe volunt, … gum tempus, apud homines incertum, apud Deum definitum. … menſes ſignificari putant, alij ſeptem hebdomadas vt R. Abraham, … anni partes, id eſt duos annos, minus tribus menſibus: habet enim … dripartitam viciſſitudinem, ver, æſtatem, autumnum, hiemem, alij … nos: *quæ ſententia*, inquit, *& auctorum numero, & perſonis & rationibus …*

*Denotant 7. annos.*

*enim & Latini ferè omnes & Hebræi exponunt, & ſolet Scriptura annos …* *vocare, vt infra cap. 12. v. 7.* Cum Maldonato conſpirat Pererius, & alij … ced. num. 1. laudati, Hugo in hoc cap. v. 31, cæterique paſſim, … giores.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Verſ.16. *Poſt finem menſium duodecim.* A ſomnio, inquit Sa: clariſſis autem Caſpar Sanctius, à ſomnio & coniectura. Quam ſupputationem ſic inſinuat S.Hieronymus: *Fecit quidem Nabuchodonoſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes & idcirco vſque ad menſem duodecimum in eum dilata eſt ſententia.* Conſentiunt Lyra, Pererius &c. Credibile eſt, interpretationem breui ſecutam ſomnium, ac proinde moraliter ad idem tempus vtrumque ſpectare cenſetur. Vt autem ea quæ toto hoc libro de varijs regnis traduntur fiant illuſtriora, viſum eſt hoc loco de quatuor Monarchijs à Daniele commemoratis, tres quæſtiones ſequentes interponere.

## QVÆSTIO V.

## *De initio quatuor regnorum, quorum meminit Daniel, cap.2.*

1. CVm Daniel Nabuchodonoſori ſomnium de ſtatua interpretaretur, c.2. v.38. *Tu es*, inquit, *caput aureum, & poſt te conſurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertiũ aliud æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ, & regnum quartũ erit ferreum.* Quem in locum S.Hieronymus alijque interpretes vnanimi conſenſu docent, *primum* regnum fuiſſe Babylonicum, *ſecundum* Medorum & Perſarum, *tertium* Macedonum, hoc eſt Alexandri & ſucceſſorum eius, quartum denique Romanorum Regni Romanorum nomine hic non intelligitur Romuli & ſex regum ſequentium principatus, aut Conſulum adminiſtratio: ſed Monarchia, quæ ordinariam regnorum amplitudinem longè ſuperabat, & primo inter Romanos Octauiano Auguſto obtigit. Antonio & Cleopatra debellatis. Pari penitus modo ad regnum iſtud Græcorum non ſpectat Philippus Macedo, alijue in Græcia reges qui Magnum Alexandrum præceſſerunt: hic enim Alexander victo Dario Codomanno Monarchiam Perſarum ad Græcos tranſtulit, quemadmodum à Chaldæis ad Perſas eandem tranſtulerat Cyrus, ac proinde Deioces & alij qui ante Cyrum, vel Perſis vel Medis imperarunt, huc non pertinent, ſicuti (vt arbitror) nec Nabonaſſarus, ceterique qui Nabuchodonoſorem præceſſerunt. De Monarchia Aſſyriorum, quæ omnium antiquiſſima, & maximè diuturna fuit, altum eſt apud Danielem ſilentium: niſi dicas.

*Quatuor fuerint hæc 4. Regna.*

2. Vt autem ab ijs, quæ meo iudicio notiora ſunt, incipiam: pugna nauali ad Actium die 2. Septemb. Octauianus, Antonium & Cleopatram vicit, Octauiano III. & Meſſala Coſſ. vt habet Dio Caſſius initio lib.51. *& ab ea*, inquit, *die Cæſar ſolus rerũ potitus eſt, imperijq; eius recenſio ab ea ſumitur.* Quo fit, vt abſque vlla temeritate, hinc nonnulli Romanæ Monarchiæ ſumant exordium. Maioris

*Initiũ Monarchiæ Rom.*

tamen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philip
…hronol
vet: Teſta
A IV
17



*Finis Monarchiæ Græcorum*

tamen claritatis gratia, eum annum Rom. Monarchiæ primum … pta ab Auguſto Alexandria, Antonio & Cleopatra ſublatis, Mon… corum penitus interijt, & Auguſtus nullo obſiſtente, ſolus rerum p… perfectam adeptus victoriam, quam anno præcedenti inchoarat, v… trod. cap. 13. numer. 2. Erat iſte annus 16. Iulianus, Cæſare IV. & Li… Coſſ. Vrbis conditæ iuxta ſupputationem Varronianam 724. Olym… rius ac proinde ante æram Chriſti 30. vt conſtat ex ijs, quæ ibi, … nis, Vrbis, Olympiadum ad æram Chriſti ritè applicandis dixi. H… bantur Ægyptij, teſte Cenſorino, qui annum huius Monarchiæ … gyptios 267. deſinentem cum anno Iuliano 283. fluente, Vrbis 99… dico 1014. coniungit. Hæc autem conueniunt anno Domini 238. … fecit, die 2. Aprilis, anno 1. Gordiani Vlpio. & Pontiano Coſſ. vt … trod. Chron. & poſtea latè deduxit Petauius lib. 10. cap. 69. Con… mæus, dum annum 1. Auguſti, vult eſſe 719. Nabonaſſari, qui inijt an… te Chr. 30. die 29. Auguſti. Cępit igitur Rom. Monarchia, anno an… Chriſti Epocham triceſimo: quo tempore vitioſa fiebat anni biſſe… latio, de qua vide *Opuſc. de annis Dom. c. 3.* De annis verò Imperij Aug… *de annis nati Saluatoris cap. 2.*

*Initium Monarchiæ Græc.*

3. Monarchia Græcorum annis præcisè trecentis Monarchiam … ceſſit, & anno ante vulgarem æram Chriſti 330. nata eſt. Anno enim … ti ad Arbela victus fuerat Darius cum Luna ante dies vndecim def… rente anno 2. Olymp. 112. teſtibus Plutarcho, Diodoro, Plinio, Cu… ne, quod ſciam reclamante. Quæ eclipſis viceſima die Septemb… eſt. Hæc autem duo, Lunæ, inquam, deliquium, & annus 2. illius Ol… congruunt cum anno ante Chr. 331. vt oſtendi in Introd. & Tract. … q. 2. num. 4. Itaque anno ſequenti nempe ante Chr. 330. quo & Da… & Babylon in Alexandri poteſtatem venit, translatum eſt à Perſis … Imperium, quando prima periodus Calippi cœpit die 28 an. 5. Iulij … muni & certo conſenſu Aſtronomorum. Hinc colligimus, annis 300 … prius ad Arbela Darium, quam Antonius & Cleopatra, ad Actium … tur, totidemque annis mortuo Dario, prius imperaſſe Alexandrum, … tonio perempto Monarchiam adiret Octauianus.

*Initium Monarchiæ Perſarum.*

4. Anno ante æram Domini 330. quo cœpit Monarchia Græcorum … annos 208. & exurget annus ante eandem æram 538. quo Cyrus capta … ne Monarchiam Perſarum erexit, ſi hic annos 9 imperauit: totidem … buit illi Ptolemæus, in Canone, & annum eius tradit eundem fuiſſe … Nabonaſſari, qui illo anno ante Chriſtum 538. inijt 5. die Ianuarij … adhæret Petauius lib. 10. cap. 15. & Haræus in Chronologia: …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poteſt Caſtrius Ierem.29. vbi Monarchiam Cyri inchoat anno 3. Olymp.60. Quam ſententiam pluribus adſtruere conabar 2.Paral.q.3. Qui verò Monarchiæ Cyri ſeptennium duntaxat imputant, eam erigunt, anno ante Chriſt.536. qui denique triennium tantum Babylonijs imperaſſe putant, illius imperij primordia inſcribent anno ante Chr.532. Vide 1.Eſdr.q.1.

5. Anno ante Chr.538, quo naſcitur mihi Perſarum Monarchia, adijce 70. annos ſeruitutis Babylonicæ, & deprehendis caput Monarchiæ Chaldæorum anno ante Chriſtianam epocham 608. Si quis tamen aut tardius aut citius hanc Monarchiam aperuerit, haud acriter cum eo contendam. Scriptura diuina 70. annos plurimas nationes iugum Babylonicum ſubijſſe docet: eos puto ad primam ex hiſce primis Monarchijs adæquatè applicandos. Qui aliter ſapit, in Domino ſapiat: ſequor eos, qui nec plures nec pauciores huic imperio tribuunt 70 annos, in quibus eſt Cornelius hic v.43. *Initium regni Nabuchod.*

6. Ad pleniorem harum rerum notitiam, vnius alteriusve auctoris ſententias referam, & cum ea ſupputatione, quam veriorem exiſtimo conferam; lector quod volet approbabit. Pererius ad illa verba. *Et digitos ex parte ferreos.* Dan.2. initium regni Babylonici conſtituit anno 23. Nabuchodonoſoris putatque incidiſſe in Olympiad.38. annum Vrbis circiter 150. & duraſſe annos 60. Imperium Perſarum inchoat ab initio Olympiad. 55. quando Cyrus apud Perſas regnare cœpit ad annum Vrbis 190. Imperium Græcorum ortum cenſet, Olympiad.112. anno Vrbis circiter 420. & ſtetiſſe anno circiter 230. Addit regnum Ægypti floruiſſe vſque ad Olympiad.140. *Tunc*, inquit, *Auguſtus debellato, mortuoque Antonio, & Cleopatra regina AEgypti, ex regno fecit Romanorum prouinciam.* Romanum denique Imperium aſſerit ſimpliciter quidem initium habuiſſe cum Vrbe Roma primo anno Olymp. ſeptimæ: ſummam vero amplitudinem & potentiam circa Olymp.179. ſubiugato per Pompeium Magnum Oriente. *Doctrina Pererij.*

7. Ex quibus apparet Pererium voluiſſe potius generalem quandam & popularem horum regnorum cognitionem, tradere, quam accuratum huius prophetiæ Chronologiam. Nam *inprimis*, Daniel diſertè iſtorum regnorum ſucceſſionem prædixit, ita vt poſt Babylonium eſſet Perſicum, tum Græcum, ac denique Romanum. Quo fit, vt initium imperij Romani, quo de hic agitur, non poſſit ad annum 1. Olymp.7. reuocari: ſic enim cætera imperia hic recenſita præcederet. *Explicatur latius.*

*Deinde* non eſt ratio cur imperium Babylonicum ab anno 23. Nabuchodonoſoris auſpicemur: tunc enim necdũ perdomuerat Ægyptios, vt ſuo loco dixi.

*Tertiò* ſi ab anno 23. Nabuchodonoſoris, vſque ad finem imperij Chaldæorum eſſent anni 60, ſequeretur Babylonicam ſeruitutem cœpiſſe an.13. Nabu-

chodonoſoris:idem enim annus finem attulit tam huic ſeruitui, q
rio Babylonico. Nulla autem ratio ſuadet, tunc ſeruitutem primo
*Quartò*, ex ſupputatione Capitolina, qua hic auctor vtitur, annu
incepit ſub finem anni 1. Olymp. 39.

*Quintò*, annus 190. Vrbis iuxta computationem Varronianam
nente anno 4. Olymp. 53. iuxta Capitolinam verò ad calcem anni
*Sextò*, anno illo primo Olymp. 55. quo Cyrus regnum adeptus e
rium nec ſeruitus Babylonica deſiit, ſed anno demum 1. Monarchi
enim primum accidit, quod prædixerat Dan. cap. 2. v. 39. *poſt te con*
minus te, argenteum, anno circiter Vrbis c. 216. Olymp. 60. tertio.

*Septimò*, initium Imperij Græcorum bene ad Olymp. 112. alligatu
illius Olympiad. victus eſt Darius, & mortuus, ac protinus Monar
xandrum deuoluta.

*Octauò*, Imperium Græcorum ab hoc anno 2. Olymp. 112. liber
mortem Antonij & Cleopatræ durauit annos præciſè trecentos: h
teritus contigit an. 30. ante Chr. æra, quo cœpit annus 3. Olymp. 18
*Nonò*, Scitè notat Orientem à Pompeio ſubiugatum Olymp. 179.
ſiquidem & Antonio Coſſ. quibus id factũ eſt an. 1. iſtius Olymp.

*Sententia Gordoni exponitur.*

8. Iacobus Gordonus annos ſeruitutis Babylonicæ & regni N
noſoris ab eadem epocha deducit, annis inde 70. tranſactis Imperi
ab anno 1. Olymp. 55. vſque ad victum ab Alexandro Darium pro
ſertè imperium Græcorum inchoat anno 2. Olymp. 112. Augusti v
chiam ab Actiaca victoria. Quam ſupputationem puto legitimam
translatum à Chaldæis ad Perſas imperium, Olymp. 55. opinetur H
futaui, cum de annis Cyri diſputarem, 2. Paral. q. 3. Idem reijciunt
ctores, quià templo diruto ad eius inſtauratione ſub Dario Hyſtaſp
numerant. Vide 2. Paral. q. 2. Aſſerit idem Gordon, ad an. m. 3674.
Arbela Darium, menſe Auguſto die 26. Verum alij melius hoc ad
bris reijciunt: quia vndecim diebus ante Luna defecerat, die 20. Sept
tat etiam breui poſt hanc Alexandri victoriam, Darium à Beſſo P
occiſum an. 3. Olymp. 112. quarto ferè menſe, à victoria, teſte Diodo
Romana ſupputatione, qua anni à Ianuario inchoãtur; ſiquidem vi
eſt anno ante Chr. 331. initio Octobris. Inde ſi quatuor menſes num
ueníetur fere ad finem Ianuarij anni ante Chr. 330. quo ex diebus a
anni ſ ſte 3. Olymp. 112. vt oſtendit tabella Concordiæ Olympiadum
nis ante æram Chriſti. Tract. de Olymp. q. 2. num. 3.

*Examinatur Computus Torniell.*

9. Torniellus initium regni Nabuchodonoſoris coniungit cum
Olymp. 38. ratus annos ſeruitutis Babylonicæ à Sedeciæ caſu ori

ſeruitutis huius, & regni Nabuchodonoſoris arbitror, pari paſſu ab anno 1. Olympiad. 43. vſque ad annum 1. Monarchię Cyri per 70. annorū decurſum procedere. Annum 1. Monarchiæ Cyri conijcit in 4. Olymp. 60. eique ſeptennium tribuit: ego Monarchiam iſtam inijſſe puto, anno ante Chr. 538. quo ſecundus Olymp. 60. finem habuit, & Cyrum nouennio imperaſſe autumo. Monarchiā Gręcorum credit inſtitutam anno 3. Olymp. 112. Romana ſcilicet computatione, vt iam Gordonum interpretabar. Victo ad Actium Antonio Romanum Imperium Auguſto tribuit, anno 2. Olymp. 187. anno ſequenti, interitu Cleopatræ, deletum ait Græcorum imperium. Cui ſupputationi non video, quid efficaciter poſſit opponi: ſicut enim quidam à Victo ad Arbela Dario, annos Alexandri: ita à profligato ad Actium Antonio Monarchiæ Auguſti æram deducunt. Malo tamen ad eorum loquendi modum accedere, qui ab interitu Darij & Cleopatræ nouas Monarchias dicunt exortas.

*A victo Dario ad victum Antonium anni 300.*

## QVÆSTIO VI.

## *De ſucceſſoribus Nabuchodonoſoris vſq; ad Cyrum.*

1. BEroſus, teſte Ioſepho lib. 1. contra Appionem & Euſebio lib. 10. de Præp. Euang. hac de re ita ſcripſit: Nabuchodonoſor itaque poſteaquam inchoauit prædictum murum, incidens in languorem de vita migrauit, cum regnaſſet annis tribus & quadraginta. Huius regni Dominus effectus eius filius Euilmerodachus, propter iniquitates & libidines paſſus inſidias à marito ſororis ſuæ Nirigliſſoore peremptus eſt, cum duobus regnaſſet annis. Quo defuncto ſumens regnum Nirigliſſoor, annis regnauit quatuor. Huius filius Laboroſardochus principatum quidem tenuit, puer exiſtens menſibus nouem: inſidias vero paſſus, eo quod nimis appareret malorum eſſe morum, ab amicis extinctus eſt. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant inſidias, communi ſuffragio, regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem conſpiratione, (ſic enim corrigendum eſſe bene aduertit Petauius) ſub hoc, muri circa fluuium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine ſunt conſtructi, cuius regni anno 17. egreſſus Cyrus è Perſide cum magno exercitu vniuerſa Aſia ſubacta, impetum fecit in Babyloniam Vrbem. Sentiens autem Nabonidus inuaſionem eius, & occurrens cum exercitu ſuo, atque congreſſus, pugna victus, & cum paucis fugatus, incluſus eſt, in Borſippenſium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obſidens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eò quod nimis videretur munita, & eſſet ad capiendum valdè difficilis, reuerſus eſt, ad Borſippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido verò expugnationem non expectante, ſed prius ſupplicante, vſus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum è

*Quid Ioſephus ex Beroſo tradat.*

Babylone, Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus in illa prouincia ... ſatus eſt. Ita Beroſus: quæ cum retuliſſet Ioſephus, *hæc*, inquit, ... *noſtris*.

*Ioſephus alibi alia refert.*

2. Idem nihilominus Ioſephus lib. 10. Antiq. cap. 12. rem illam ... rat: cæterum, inquiens, Nabuchodonoſori mortuo, Auilamarodachus ... filius regnum ſuſcepit, &c. Auilamarodacho, poſt decimum octauum ... annum, defuncto, Nigliſar filius ſucceſſit cumque regnaſſet annos ... cum morte mutauit: continuata deinde ſucceſſione ad Laboſardachum ... lium, regnum peruenit, apud quem, cùm 9. tantum menſibus ... mortem eius tranſijt ad Baltaſſarem, qui Babylonijs Naboandelus ... Huic bellum intulerunt Cyrus Perſarum rex, & Darius Medorum ... dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigioſa ... contigit, &c.

*Doctrina S. Hieron.*

3. S. Hieronymus ad huius 5. capitis initium ſic de Baltaſſare ... endum eſt, non hunc eſſe filium Nabuchodonoſor, vt vulgo legi ... trantur; ſed iuxta Beroſum, qui Chaldæam ſcripſit hiſtoriam, & Ioſephus ... Beroſum ſequitur, poſt Nabuchodonoſor, qui regnauit annis 43. ... regnum, eius filium, qui vocabatur Euilmarodach, de quo ſcriptum ... quod in primo anno regni ſui, leuauerit caput Ioachin regis Iuda, & ... eum de domo carceris. Refert idem Ioſephus, quod poſt mortem ... dach, in regnum patris ſucceſſerit, filius eius Negliſar: poſt quem ... eius Laboſordach, quo mortuo, Baltaſſar filius eius regnum ... nunc Scriptura commemorat. Quo interfecto, à Dario rege Medorum ... Cyri Perſarum regis auunculus fuit, & Cyro Perſa: quæ duo regna ... forem bigæ, cameli & aſini vocat, deſtructum eſſe imperium Chaldæorum ... Quod quidem & Xenophon in Cyri maioris ſcribit infantia, & ... Trogus, & alij multi, qui barbaras ſcripſere hiſtorias. Hunc Darium ... voluminibus, quidam Aſtyagen, alij Aſtyagis filium putant, & alio ... appellari nomine. Hæc S. Doctor.

*Hi tres auctores in quibuſdã conueniũt, in quibuſdam diſſidũt inter ſe*

4. Hi auctores conueniunt 1. Quod Nabuchodonoſori ſubrogati ... merodach, Nigliſar, Laboſardachus, & alius, quem Cyrus debellauit ... Nabuchodonoſorus 43. annos regnauerit, & Labaſardachus 9. menſes ... autem 1. quod Beroſus dicat Euilmerodachum regnaſſe duos annos, ... 4. Nabonidum vt minimum 17. Ioſephus autẽ tribuat Euilmerodacho ... Nigliſari 40. vltimo regi ante Cyrum 17. aut vt habet antiqua ... Diſſident 2. quod Beroſus prodat, Nigliſarem fuiſſe ſororium Euilmerodachi ... & vltimũ regẽ, quẽ Nabonidum vocant victũ quidẽ à Cyro, ſed vita ... lio in Carmania donatũ: at verò Ioſephus, velit Nigliſarẽ fuiſſe Euilmerodachi ...

P. H. Philip... Chronol... vet: Testa... A IV 17

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

filium, & parentem Laboſordachi, & Baltaſſarem huius filium regno & vita à Cyro ſpoliatum. Sanctus autem Hieronymus ex profeſſo tantum refert doctrinam Ioſephi, quam tamen ait à Beroſo traditam.

*Examinatur Ioſephus.*

5. Ad haſce controuerſias paulatim componendas aduerto in primis, numeros apud Ioſephum non eſſe legitimos, cum ex ijs colligantur ab initio regni Nabuchodonoſoris vſq; ad Cyrum anni circiter 119. de quibus ſi tollantur 18. qui ante Ieroſolymitanum excidium euoluti fuerant; remanebunt ab vrbe euerſa vſque ad Cyrum 101. quod nec Ioſephus, nec alius quiſquam approbare poteſt. Quare non ſine cauſa Beda de 6. ætatibus ad annum m.3389. cum hunc hunc Joſephi computum retuliſſet, hoc addidit: *ſi tamen ipſe ſic ſcripſit, & non codex fallit mendoſus.* Deinde niſi ſermo diuinus obſiſtat, non tam facilè Ioſepho Niglißarem Euilmerodachi filium aſſerenti crediderim, quam Beroſo, qui eum Euilmerodachi affinem pronunciat. Nam & Abydenus ex Megaſthene apud Euſebium l.c. diſertè ſcriptum reliquit, Euilmerodachum à Nerigliſſare affine ſuo interemptum, & filium reliquiſſe Laboſardachum: *quo violenta morte ſublato, Nabonidochus,* inquit *ſucceßit, nulla cum eo propinquitate coniunctus. Huic poſtea Cyrus capta Babylone Carmania præfecturam dedit.* Præterea Ioſephus ea quæ ex Beroſo contra Appionem retulit, *cum noſtris*, hoc eſt, ſacris literis *congruere* fatetur: quinam autem id fieri poſſit, non video, ſi vera ſunt, quæ apud eundem Ioſephum legimus lib.10. Antiq. cap.12. Itaque in hac lite, non iniuria dixerit quiſpiam Ioſephum teſtem idoneum non videri.

*Declaratur Beroſus.*

6. Beroſus ita ſuos annos diſpenſat, vt in totum exurgant 66. & 9. menſes, id eſt ferè 67. anni. Nec incredibile eſt, inter iſta regum parricidia, ſubinde anarchiam interueniſſe. Deinde fortè Nabonidus, ad annum 18. peruenit, vel vlterius, antequam armis ſubactus, victas Cyro manus daret, eſto Cyrus anno 17. paulatim in eum expeditionem adornare cœperit. Denique Nabuchodonoſor, vt plerique ſentiunt, annum regni 43. non nihil exceßit. Sic vera eſſe potetunt, quæ Beroſus tradidit; etiamſi ab initio Nabuchodonoſoris, vſque ad Cyri Monarchiam anni 70. computentur, niſi valido argumento.

*Canon Mathemat. hic nõ prodeſt.*

7. Qui hac de re altercantur, non habent ſecurum in Canone Mathematico præſidium: nam vt eum Petauius exhibet, Euilmerodacho dat annos 3. Nirigliſſari. 5. Nabonido 32. Nabuchodonoſori 43. in totum 83. At verò exemplar Anglicanum Sethi, Nabuchodonoſori repræſentat 43. Euilmerodacho 2. Nirigliſſari 5. Nabonido 17. vniuersè 67. Laboſorodachi & Baltaſſaris, neutrum exemplar meminit, niſi idem cum Nabonido fuiſſe putetur.

*Quid hiſtoria Scholaſtica.*

8. Hiſtoria Scholaſtica Dan. 5. refert duos fuiſſe reges Chaldæorum nominatos Nabuchodonoſores, quorum alter fuerit Magnus Nabuchodonoſor qui Iudæos Babylonem captiuos duxit, & duos filios reliquiſſe dicitur, maiorẽ

P. H. Philip
Chronol
vet: Testa
A IV
17



natu nomine patris appellatum etiam Nabuchodonoſor, qui patri in
proximè ſucceſſerit, & cuius egregia facta, à Megaſthene, Beroſo, D
alijs veteribus celebrata ſint. Alterum verò filium reliquerit minorem
ctum Euilmerodach, qui fratri ſuccedens ſecundo loco, poſt Magnum
chodonoſorem Chaldaicũ rexerit imperium. Hic autẽ tres habuerit
ordine imperio potitos, Negliſarẽ, Laboſardach, Nabonidũ ſiue B

*Ea refutatur à Pererio.*

9. Hæc cum retuliſſet Pererius lib. 6. in Dan. bene refellit, Qui
Magni Nabuchodonoſoris, nullus vel in ſacris, vel in externis hiſtori
nomine legitur appellatus; 2. Quia præclara facinora, quæ à veteribu
bus prædicantur, illi Nabuchodonoſori debentur, qui Ieruſalem ex
non autem filio ipſius. 3. Quia in confeſſo eſt apud omnes, illum Na
noſorem, qui Iudæos duxit captiuos, regnaſſe vt minimùm ſolidos
Anno regni ſui octauo Iechoniam abduxit. Eundem anno tranſmigr
Euilmerodach iam ad regnum euectus, è carcere mittendum curau
25. Ierem. 52. Itaque inter eum Nabuchodonoſorem, qui Iudæos B
tranſportauit, & Euilmerodachũ, non interceſſit tempus, quo regna
chodonoſor ille, quem iſta hiſtoria comminiſcitur. Denique auctor
contra omnium Scriptorum torrentem nititur, dum vult Nigliſarem
ſardachum eſſe filios Euilmerodachi, fratres Baltaſſaris: vtrumque
hiſtorici, tum ſacrorum codicum interpretes, falſum eſſe docent.

*Sulpitius, Theodoretus, Pererius declarantur.*

10. Sulpitius ad initium lib. 2. ſacræ hiſtoriæ, poſt Nabuchodonoſor
filius eius regnum eſt adeptus, quem in Chronicis Euilmerodach vo
peri. Hic duodecimo imperij anno diem functus, fratri minori, qui B
ctus eſt, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum
pibus ac præfectis ſuis daret &c. & paulò infrà: eadem nocte Baltaſſar
regnumque eius Darius natione Medus occupauit. Theodoretus h
numero annorum prætermiſſo, prodit Euilad-Maradach, fuiſſe fratrem
ſaris natu maiorem. Quibus Pererius opponit teſtimonium Ieremiæ
v. 7. *Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Baltaſſarem
vltimum regem Chaldæorum, ac proinde Nabuchodonoſoris non fi
nepotem. Verum hæc oppoſitio, niſi aliquid addatur, non eſt efficax.
enim quidam auctores Baltaſſarem fuiſſe poſtremum inter Chaldæ
ges: imò Sulpitius ait Darium iſtum prius in Chaldæa 22. annos
quam Babylonij in poteſtatem ditionemque Cyri concederent. Addit
doretus Orat. 6. hunc Darium patre quidem Medo, ſed matre Chaldæ
atque adeò Nabuchodonoſoris ex filia nepotem. At verò dicendum
computum Sulpitij non eſſe legitimũ; dat enim Nabuchodonoſori
Euilmerodacho 12. Baltaſſari 14. Dario 22. ex quibus conflantur 92. Hi

annos 18. Nabuchodonoſoris ante vrbis euerſionem tranſactos & remanebunt 74. ab vrbis excidio, vſque ad Cyrum Monarcham: quod fieri non poteſt; ſic enim ſeruitus Babylonica, cui Cyrus finem attulit, non cœpiſſet, niſi quadriennio poſt vrbis & Sedeciæ caſum. Denique ex opinione Theodoreti Darius fuiſſet cognatus ſiue Amitinus Baltaſſaris, cui contradicunt omnes ferme recentiores & aliqui priſcorum iam n. 5. relati, qui negāt vltimum ante Cyrum Chaldæorū regem, ſuo prædeceſſori vlla cōſanguinitate fuiſſe coniunctū.

*Lyranus ex parte defenditur.*

11. Nicolaus de Lyra, Dan. 2. *Certum eſt*, inquit, *ſecundum omnes, quod Euilmerodach fuit filius Nabuchodonoſoris Magni & Baltaſſar erat filius filij ſui, ſcilicet Euilmerodach.* Et paulo poſt ait, vtrumq; binominem fuiſſe, ita vt Euilmerodach etiam Regulas, & Baltaſſar Laboſardach diceretur. Idem ſentit Maldonatus. *Verum* non ſatis queo admirari, inquit Pererius, quemadmodum hoc fingere & affirmare auſus ſit Nicolaus: cum Beroſus, Alexander Polyhiſtor, Megaſthenes, Alphæus, Nigliſarem & Labaſardachum, diuerſos fuiſſe reges, & diuerſo tempore regnaſſe, quam Euilmerodach & Baltaſſarem apertiſſimis verbis confirment. Quod gloſſema Pererij, quoad Euilmerodachum & Nigliſarem, verum eſt: at enim quoad Baltaſſarem, & Laboſardachum, priſci illi videtur eorum opinionem confirmare, qui Baltaſſarem autumant fuiſſe penultimum Chaldæorum regem, non à Cyro, ſed à ſuis familiaribus interfectum, eique ſucceſſiſſe Nabonitum, ſiue Darium origene Medum. Sic enim ea quæ Laboſardacho tribuuntur, Baltaſſari non ineptè conueniunt.

*Sententia Pererij.*

12. Pererius cenſet 1. Baltaſſarem, non filium ſed nepotem fuiſſe, regis Nabuchodonoſoris, nec tamen poſt Nabuchodonoſorē, ſecundo; ſed quarto loco regnaſſe. Nam aliquem è nepotibus Nabuchodonoſoris regem Babyloniorū fuiſſe, conſtat ex oraculo Ieremiæ. cap. 27. v. 7. Nepos autem ipſius non fuit Euilmerodach, nec vllus poſt Baltaſſarem: *ſiquidem eo regnante*, inquit, *Babylonicum imperium à Medis & Perſis euerſum eſt.* Vnde concludit Baltaſſarem fuiſſe illum filium filij Nabuchodonoſoris, cui gētes omnes ſeruiuerūt. Quod autem quarto loco regnauerit, fidē facit auctoritas plurimorum & grauiſſimorū Scriptorū, Beroſi, Alexandri, Megaſthenis, Alphæi, Ioſephi, Euſebij, Hieronymi & Bedę, qui inter Euilmerodachū & Baltaſſarem, Nigliſarem cum Laboſardacho inſerūt. Cenſet 2. Pererius, Nabuchodonoſorē annos 43. in imperio vixiſſe, nempe ante captiuitatē Sedeciæ 18. poſt eā 25. tū Euilmerodach 18. Baltaſſarē 17. Vnde conſiūt anni 60. tantū, quibus addendos putat 10. partim Nerigliſſaris, partim Laboſardachi, vt ſic habeātur 70. an. à caſu Sedeciæ ad Cyrū vſq; tranſacti.

*Excutitur.*

13. Fateor equidem Baltaſſarem Magni Nabuchodonoſoris nepotem: vtrū autē quarto poſt Nabuchodonoſorē loco, & poſtremus Chaldæorū imperarit, diſputari ſolet. Antiquiſſimi auctorum tradūt, eum qui tertio loco regnauit, &

Lar-

Laboſardachus nominabatur, miſerè trucidatum, Beroſus, Megaſthe-
phæus, Abydenus, Alexander: quod Sulpitius, Theodoretus, Pererius
ſari attribuunt. Vltimum autem Chaldæorum principem, à Cyro
dem produnt, ijdem auctores: ſed vita ſpoliatum negant. Ioſephus
contrarium nititur; at eius *orationem*, de hac controuerſia *à fide abhorrentem*
dit Theodoretus, hic Orat. 6. Si antiquiſſimi illi Scriptores fidem
dũ referunt poſt Nabuchodonoſorem ante Cyrũ, quatuor in Babylone
cipes rerum potitos; cur eis non creditur, dum in eodem hiſtoriæ
narrant eorum penultimum violenta morte ſublatum, vltimum
Cyro donatum? Deniq; ea quæ ſecundo loco Pererius de annis
proponit, pugnant cum ſcitis eorum omnium quià deſtructione
tana vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis 70. annorum ſeriem deducunt
inde in rationibus Pererij non acquieſco. Quid ad antiquorum
authoritatem reſponderi poſſit, Vide q. ſeq. num. 6. & 7.

*Computus Tornielli & aliorũ quorundam.*

14. Torniellus dat Nabuchodonoſori 44. annos Euilmerodacho
gliſaro, & Laboſardacho 5. Baltaſſari 17. Salianus Nabuchodonoſori
merodacho 23. Baltaſſari 21. Ngliſarem & Laboſardachum, vigilan-
tio ſe præterire ſcribit. Aliqui Nabuchodonoſori impendunt annos
merodacho 22. Baltaſſari 3. Vel Nabuchodonoſori, 44. Euilmerodacho
taſſari 3. Hebræi, Ribera, Gordonus &c. Nec deſunt, qui velint Euilm
& Baltaſſarem vnum, eundemque Nabuchodonoſoris filium
opinionem probare videtur Cornelius, in hoc cap. & iuxta eam
chodonoſorem imperaſſe annos 44. Baltaſſarem 34. Denique
putationibus, Faſti Siculi adſcribunt Nabuchodonoſori 45. annos
dach 7. Baltaſſari 4. Dario Medo 3. Dario Aſſueri filio 13, ſed hæc
nio ſingularis eſt, nec video modum, quo defendi poſſit.

*Duæ opiniones alijs potiores.*

15. Ex omnibus autem opinionibus duæ in genere potiores
quarum altera Nabuchodonoſori annos circiter 44. aſſignat, Euilm
& Baltaſſari 26. vniuerſim 70. Altera impertit Nabuchodonoſori
liorem partem quadrageſimi quarti: Euilmerodacho 2. Ngliſari &
dacho 5. Nabonido vt minimum 17. adiunctis exigui temporis
rodachi & Baltaſſaris necem interregnis, ita vt ab initio Nabuchodonoſoris
que ad finem principatus Naboniti, 70. annorum ſpatium interijciatur
opinio ſuorum patronorum auctoritate probabilis redditur; poſterior
mè veterum teſtimonijs nititur, ac diſertè à Petauio explicatur, lib.
ſeqq. Licet enim externi Scriptores nonnulla ſubinde ſuis hiſtorijs
cum diuinis literis & veritate pugnantia; quæ tamen ab antiquis
Megaſthene &c. de hiſce regibus produntur, non debent ſine idonea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanquam mendacia, reijci ſi ſalua diuinorum eloquiorum maieſtate & certitudine poſſunt admitti; qua de re quæſtionem ſequentem pono.

## QVÆSTIO VII.

## *An vera Beroſus de Chaldæorum regibus tradiderit.*

1. QVænam tradiderit initio quæſtionis præcedentis retuli: quibus obijcitur 1. Euilmerodach idem videtur eſſe, cum Baltaſſare, cuius hic meminit Daniel. Ergo Beroſus fidem non meretur. Antecedens probant aliqui 1. quia Daniel narratis ijs, quæ ad Nabuchodonoſorem ſpectabant, mox quæ à Baltaſſare geſta ſunt, adnectit 2. quia hic idem Propheta Baltaſſaris patrem, ſemper Nabuchodonoſorem vocat. 3. Ieremiæ 50. v. 2. Baltaſſar vocatur Merodach, qui videtur idem eſſe cum Euilmerodach. 4. quia Baruch 1. verſ. 11. Orate, inquit, *pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Baltaſſar filij eius.* *Beroſo 4. obijciuntur.*

2. Ego verò neſcio cuinam videri poſſit eſſe verum, quod aſſumit hæc argumentatio, (præſertim ſi Baltaſſar regum Chaldæorum ſeriem clauſit, vt ſentiunt, qui hæc ſuadere conantur) reclamantibus vnanimi conſenſu, auctoribus penè infinitis, vt ex præced. q. colligere licet. Nec quicquam permouet ratio 1. ſiquidem Daniel, neque omnia recenſet, quæ reges Chaldæorum geſſerunt, nec temporis ordinem vbique ſeruat. Sic mirum non eſt, quod Euilmerodachum ſilentio prætereat, & prius cap. 5. ea pertractet, quæ ſub interitum Baltaſſaris contigerunt, quam oracula quæ anteà ſub eodem rege diuinitus acceperat cap. 7. & 8. Nabuchodonoſor hoc 5. cap. ſæpius vocatur pater Baltaſſaris more Hebræorum, qui omnes progenitores, ſiue auos ſiue proauos patres appellant, vt S. Hieronymus, Maldonatus, Sanctius & alij plerique huius capitis interpretes monent: atque ita ſecundæ rationis petitio facile declinari poteſt. Tertiam ſola inficiatio reſoluit: ibi nomine Merodach aut idolum aut in communi rex Chaldæorum, aut demum ille quidem, quem hic Daniel Baltaſſarem vocat, non quod ſit idem cum eo, qui 4. Reg. 25. Euilmerodach appellatur; ſed quod ab antiquis Babyloniæ regibus, patronymicè Merodach nuncuperur. Quiſnam autem fuerit ille Baltaſſar, quem nobis *quarta ratio* proponit, certò non conſtat. Communis coniectura eſt, eum aut binomium fuiſſe, eundemque cum Euilmerodacho qui Iechoniæ laxauit carcerem, aut certè fratrem illius, qui morte præuentus Euilmerodacho paternum reliquerit imperium. Ita docent Maldonatus, Sa, Menochius & alij Baruch 1. quod verò Baltaſſar ille cuius meminit Baruch, ſit idem cum iſto, de quo agitur Dan. 5.

*Euilmerodach non fuit Baltaſſar vltimus Rex Babylon.*

*Ad 1. & 2.*

*Ad 3.*

*Ad 4.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philipp
Chronol
vet: Testa
A IV
17



hactenus nemo probauit, Imò plerique omnes tam priſci, quam Nou
ſertis verbis, inter Nabuchodonoſorem & Cyrum, plures reges
Chaldæorum referunt, quam vnum vt dictum q. præcedenti.

*Obiectio 2.* 3. Obijcitur 2. Qui nullo partium ſtudio præuentus, attendit
cap. 5. maximè Græcè, & Chaldaicè, non videtur aliud indicare
quod eodem tempore, quo regnum à Baltaſſare ſeparatum, ſeu
Medos & Perſas translatum ſit, & Darius Medus ei ſucceſſerit.
ij, qui à communi ſententia deflectunt. Darium iſtum, ...
ſari ſucceſſiſſe; ſed imperium adhuc 17. circiter annos penes Chaldæ
ſe, qui cum regem ſuum Baltaſſarem è medio ſuſtuliſſent, Darium
ne vnum elegerant retenta apud ſe Monarchia.

*Reſp. ſolida.* 4. Ego verò in hac reſponſione non omnino acquieſco, ob dua
quarum prior ducitur ab auctoritate omnium ferè huius loci in
cuius ſenſum eum eſſe dicunt, vt indicet ipſam regni à Baltaſſare
nihil aliud eſſe, quàm principatus ad Medos & Perſas translationem
tempore factam. Altera ratio eſt, quod Daniel cap. 6. palam facit, D
qui proximè Baltaſſarem ſecutus eſt regnum adminiſtraſſe legibus
Medorum ac Perſarum: ſiquidem illi, qui Danieli ſtruebant inſidias
hæc retulerunt v. 7. *conſilium inierunt omnes principes regni tui, magiſtratus,*
*Xenatores & iudices vt decretum imperatorium exeat* &c. In Græco voce
narij, ſiue Ordinatores, Duces, Conſules, quos Perſas & Medos fuiſſe
verſiculus 8. *Nunc itaque rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum, vt non*
*quod ſtatutum eſt, à Medis & Perſis,* ſiue vt habet Græcum: *ſtatue conſtitutum*
*pone ſcripturam, vt non mutetur decretum Perſarum & Medorum.* Rurſus D
cuſare volentibus reſpondet rex. *Verus eſt ſermo, iuxta decretum Medorum*
*ſarum, quod præuaricari non licet* v. 12. Et infra cum Darius in Danielem
tentiam cunctaretur: *Scito,* inquiunt, *quia lex Medorum atque Perſarum*
*decretum quod conſtituerit rex, non liceat immutari* v. 15. quem locum
explanans Theodoretus ait: nõ es Dominus, vt ea quæ lege ſanxiſti,
tere. Medorum enim & Perſarum leges iubent, vt latæ leges à principe
ſeruentur. Ex quibus liquidò manifeſtum eſt, Darium in regno adminiſtrando
conſilijs legibuſque Medorum ac Perſarum vſum fuiſſe, quod nõ
in Nabonidum Beroſi, qui ad annum decimum ſeptimum regnauit
quonam enim pacto fieri potuit, vt tanto tempore Chaldæa Medis
eorumque legibus gubernaretur, antequam Cyrus eos imperio ſpoliaret
Cyro Monarchia non eſt ad Medos & Perſas translata; vt omnes
facer autem textus indicat, regnante Dario Medo, Perſas & Medos
titos, ſiquidem horum legibus Babylonij viuere cogebantur. Itaque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hieronymus & alij ferè omnes hîc monent Darium Medum Cyro in expugnatione Babylonica præſto fuiſſe, eique regnum Chaldæorum, indulgente Cyro traditum, vt illud tanquam armis Medorum & Perſarum in Cyri poteſtatem redactum, Medorum ac Perſarum legibus moderaretur: quia vt non ſemel inculcat S. Hieronymus in cap. 5. & 6. Danielis tunc *vnum regnum erat ſub Dario & Cyro Medorum atque Perſarum*, cui principatus Babylonius accreuerat.

5. Obijcitur 3. Recentiores fatentur ſe hac in controuerſia S. Hieronymum & Ioſephum ſequi: hi autem Beroſum ducem & auctorem ſuæ doctrinæ habuerunt: ergo ſi hic ab illis duobus diſcrepat, ei potius, quam iſtis adhærebimus, tanquam liquidiorem aquam ex ipſo fonte haurientes. *Obiect. 3.* Reſpondeo in primis negandum non eſſe, quin aut Beroſus, aut Ioſephus cum S. Hieronymo, & *Reſp. 1.* infinita penè auctorum multitudine à ſcopo veritatis aberrent, quem errorem Beroſo tribuere malo, quam iſtis, qui etiam Scripturam ducem ſequuntur, dum Chaldæos ſub Dario, non ſuis ſed Perſarum & Medorum legibus vixiſſe tradit. Ioſephi quidem auctoritate hic in omnibus circumſtantijs non inuitor, quippe cuius codices non vbique inter ſe conueniant, nec legitimos annorum numeros repræſentent: ei tamen aſſentior, dum aſſerit vltimum regem Chaldæorum fuiſſe Baltaſſarem, eoque ſublato victis Chaldæis Medos & Perſas imperaſſe ac leges dediſſe.

6. Enimuerò & moderni & priſci Danielis & Iſaiæ interpretes Beroſi fragmenta viderunt per Ioſephi & Euſebij induſtriam huc vſque conſeruata: ea tamen non omni ex parte admiſerunt, eo quod intelligerent, mox, Daniele cap. 6. atteſtante, poſt Baltaſſarem, regnum Babylonicum à Medis & Perſis adminiſtratum. *Reſp. 2. Beroſum in quibuſdã errare.* Nec eſt, quod quiſquam Beroſo Theodoretum aut Sulpitium adiungat. Beroſus enim, & ex eo Megaſthenes atque Abydenus vltimum Chaldæorum principem nulla conſanguinitate cum penultimo coniunctum fuiſſe produnt: Theodoretus autem Oratione 6. cum hac de re multis egiſſet, tandẽ concludit, Darium Medum materno genere Nabuchodonoſoris nepotem fuiſſe, ſiue vt paulo ante dixerat pronepotem. Sulpitius verò, hunc Darium putat fratrem Euilmerodach. Itaque non video rationem, qua Beroſi fragmenta propugnari poſſint, cum omnibus particulis hiſtoriæ annexis.

7. Neque verò alienum eſt ab Ethnicis Scriptoribus falſa quædam ſubinde rebus ad Iudaicam vel Chriſtianam hiſtoriam ſpectantibus aſpergere, vt fecit Iuſtinus, qui lib. 36. inter cætera ait Iudæos Damaſcena ciuitate oriundos, primum eorum regem fuiſſe Damaſcum, ſecundum Azelum, tum Adorem, Abraham, Iſraëlem, Moyſen filium Ioſephi, ducem exulum factum, ſacra Aegyptiorum furto abſtuliſſe, *quæ repetentes armis Aegyptij domum*, inquit, *redire tempeſtatibus* *Ethnici falſa quædam habẽt de rebus ſacris.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philipp
Chronol
Vet: Testam
A IV
17 a



*compulſi ſunt*. Et infra: *Poſt Moſen filius eius Aruas, ſacerdos ſacris Aegyptijs* … *tur, ſemperque exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eoſdem reges &* … Quemadmodum igitur Petauius lib. 10. cap. 17. ait in hiſtoria … Amaſidis, quædam eſſe commentitia, & ab Aegyptijs contra fidem … addita: ita credibile eſt, Beroſum quædam tradidiſſe, quæ … & ab ijs, quæ de vltimo Chaldæorum rege ſacrarum literarum … conſignata ſunt, ſicut errauit Suetonius in Claudio, dum ait Iudæos … Chriſto aſſiduè tumultuantes Roma expulſos.

*Quot annos regnauerit Baltaſſar.*

8. Obijciunt aliqui Beroſi defenſoribus Baltaſſarem ad annum … tertium perueniſſe, Dan. 8. verſ. 1. ergo non fuiſſe Laboſardachum, … non niſi 9. menſes imperauit. Verum facilè reſponderent … rem cum parente quatuor annis regnaſſe, tum ſolum 9. menſes; … citer quinquennium: Danielem autem annos numeraſſe, … illius.

*An fuerit filius Euilmerodachi.*

9. Obijciunt etiam nonnulli illud Ieremiæ 27. verſ. 7. *Et ſeruient* … *gentes, & filio eius, & filio filij eius*. Illi verò reſpondent, hoc dictum, … ſi idiotiſmo Latino diceretur; ſeruient Nabuchodonoſori, & filio … eius, nempe Euilmerodacho, & Baltaſſari, qui ex filia fuit nepos Nabu… noſoris. Hinc Petauius ait, vocem Hebraicam *ben*, hoc loco … citer vſurpari: *latè enim*, inquit, *interdum accipitur, vt generum etiam* … verò dicunt Baltaſſarem eſſe filium Euilmerodach, ſtrictam verborum … nem retinent, & aiunt à Nabuchodonoſore ad Euilmerodachum, … Baltaſſarem, huius filium perueniſſe. Non licet autem dubitare, … ſar vnus fuerit è poſteris Magni Nabuchodonoſoris, ſiue paternum … num genus ab eo duxerit.

*Corollarium 1.*

10. Ex dictis colligo 1. Nabonidum Beroſi, non fuiſſe Darium … nielis. Ita paſſim docent ſacri interpretes, Iſaiæ 21. & Danielis 5. … mus, Hugo, Lyranus, Pererius, Sanctius, Cornelius, Maldonatus, … Menochius, Haræus, &c. Torniellus, Salianus in Annalibus, … Gordonus in Chronologijs, Vincentius lib. 3. hiſt. cap. 10.

*Corollarium 2.*

11. Colligo 2. probabile videri, Nabuchodonoſoris ſucceſſores … merodach, Niriglıſſar, Nabonidus, ſiue Baltaſſar, vt habent … dam exemplaria Canonis Mathematici. Forte etiam … Laboſardachus vocabatur ipſe Baltaſſar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DAN. VII. v.1.3.25.

A*Nno 1. Baltaſſaris regis.* Euilmerodach ex Beroſi ſententia biennium regna-uit,& annus illius primus, vt ſacra pagina indicat, cum anno 37. tranſmigrationis Iechoniæ concurrit, qui erat, vt ſupputo 26. ab excidio Ieroſolymitano. Itaque annus primus Baltaſſaris meo iudicio non fuit 27. ab Vrbis euerſione, ſed poſterior, quicquid aliqui in contrarium opinentur. *Initium regni Euilmirodachi & Baltaſſaris.*

Verſ.3. *Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari.* Hæ ſignificabant quatuor imperia, quorum initia & durationes alibi indicabam. Leæna repræſentabat regnum Chaldæorum: Vrſus ſecundam Monarchiam, in cuius ore tres ordines comparebant v.5. nempe tria regna Chaldæum, Medicum, Perſicum, quæ Cyrus in ſuam poteſtatem redegit, quaſi tres bolos deuoraret, Pardus v.6. deſignabat Monarchiam Græcorum: beſtia quarta v.7. Romanorum. *4. Imperia.*

Verſ.25. *Ad tempus & tempora, & dimidium temporis.* Bene notat Pererius errare Caluinum, qui ait his verbis tempus incertum ſignificari: nam veteres paſſim per *tempus*, annum intelligunt; per *tempora* biennium, per *dimidium temporis*, dimidium annum. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, & alij in hunc locum. S. Auguſt. lib.20. ciuit. cap.25. Irenæus lib.5. cap.50. Cyrillus Catecheſi 25. Hippolytus de conſum. ſæculi &c. *Error Caluini.*

## DAN. VIII. v.22.

Q*Vatuor reges de gente eius conſurgent.* Agitur hic de Alexandro Magno, qui anno ante Chr. 324. extinctus eſt, eoque extincto poſt annos 12. ſurrexerunt quatuor principes, Antigonus, qui Aſiæ præerat Philippus, qui Macedoniæ, Seleucus, qui Syriæ, & Ptolemæus Lagi, qui Ægypto.

### QVÆSTIO VIII.

## *Quoto anno ante æram Chriſti obierit Alexander Magnus.*

1. IOſephus lib.1. contra Apionem, *Alexandrum*, inquit, *profitentur vniuerſi 114. Olympiade fuiſſe defunctum.* Idem tradit Arrianus lib.7. Diodorus lib.17. & clarius Euſebius lib. 8. dem. 2. Mortuus eſt, ait, Alexander initio centeſimæ & quartæ decimæ Olympiadis, poſt Cyrum annis 236. qui apud Perſas regnare cœpit, ineunte Olympiade 55. Cum autem annus primus Olymp. 114. inierit anno ante Chriſti æram 324. & in æſtatem anni ſequentis deſierit; quæſtio eſt, vtrum hoc an illo anno ante Chr. deceſſerit Alexander. *Ratio dubitandi.*

2. Æram Philippi, ſiue à morte Alexandri, quam ab Arabibus Tirik Dilkar- *Epocha Philippi.*

P. H. Philipp…
Chronol… Vet: Testa…
A IV 17



naim vocari tradit Petauius lib. 10. cap. 38. communis & vera Chrono… ſententia ab anno ante Chriſti æram 324. nempe ab anno 1. Olympia… exeunte, ſed ineunte deducit, quibuſdã fruſtra renitentibus, vt Bun… uiſio, Capello, qui horum annorum epocham anno 323. ante Chri… ſtituunt. Communem doctrinam confirmat S. Hieronymus, qui D… lexandro ſcribit: *cum triginta & duos annos ætatis haberet, & duodecim…* *num, in Babylone veneno perijt* Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſt. *exacto, inquit, …* *perij anno, ſeptimo poſtquã Darium deuicerat apud Babyloniã defunctus eſt.* … igitur doctrina anno ante Chr. 324. adijce 12. & pertenies ad an. … gnus Alexander Philippo parenti ſuo in Macedoniæ regnum ſucce… tur aduerſarij, Caluiſius, Capellus. Quo ſpectat illud 1. Mach. 1. … *Alexander annis 12. & mortuus eſt.* Totidem annos illi poſt Philipp… annumerat Tertullian. contra Iudæos, & ex Eratoſthene Clemens … nus lib. 1. Stromatum, qui vt bene aduertit Salianus, eo etiam nomi… ni ſententiæ adſtipulatur, quod à condita Roma, vſque ad obitum … enumeret annos 429. intelligo exactos, vt mox de Cenſorij ſuppu… cam. Rurſus anno iſti 324. adde 7. & exurget annus 331. quo certam… rium ab Alexandro ad Arbela profligatum.

*Fauet Cenſorin.*

3. Huc accedit luculentum Cenſorij teſtimonium, qui lib. de … cap. 21. in aureo illo variarum ærarum nexu, annum Philippi, ſiue … xandri 562. componit cum anno Iuliano 283. Vrbis 991. à 1. Olymp. … annum fuiſſe æræ Chriſti 238. indubitatum eſt, huic adde 324. & repe… tem annum 562. à morte Alexandri: cui ſi adiunxeris 429. annos V… Alexandri mortem effluxere, pertinges cum Cenſorino ad annum … Vnde etiam palam fit, ante mortẽ Alexandri numerãdas præciſè O… 113. hoc eſt, annos Iphiti 452. quos ſi anno 562. ab obitu Alexandri … reſultabit annus à 1. Olympiade 1014. vt colligit Cenſorinus. Quare … lus in tabulis annum 1. ab exceſſu Alexandri cum 1. Olymp. 114. ap… ſic enim Alexandri mortem in annum ante æram Chriſti 324. … quod disertè faciunt Salianus & Petauius.

*Nexus annorum Domini & Philippi*

4. Itaque ſi dato cuilibet anno Dom. adijciantur 324 prodibit … te Alexandri, ſtylo Iuliano & Gregoriano. Si propoſito anno Phi… quam 324. demantur 324. relinquetur annus æræ Chriſti. Si propo… Philippi, qui non ſuperet 324. annus propoſitus tollatur de 325. … merus annum ante Chr. repræſentet. Si deniq; exhibeatur annus ante C… 324. non excedat, eum annum aufer à 325. & elicies annum à morte … ineuntem. Quæ omnia intelligenda ſunt, de annis Philippi, quorum … Kalẽdis Octob. deducatur, & qui ſint Iulianis æquales: ſi enim vagi …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

principiũ, dato anno à morte Alex. adijciantur 424. vt habeatur annus Nabonaſſari, qui cũ eo cõgruit. v. g. anno 2. ab obitu Alex. adde 424. prouenicet annus Nabonaſſari 426. cuius Thoth incidit in diẽ 12. Nouẽb. ann. ante æ rã Chr. 323.

5. Hanc annorum conſociationem aptiſſimè ſtringit annor. Nabonaſſari, & Philippi cõcurſus, quẽ laudatiſſimus auctor Cenſorinus ad nos transmiſit. *Vt à noſtris* inquit, *ita ab AEgyptijs quidam anni in literas relati ſunt, vt quos Nabonaſſari nominant, quòd à primo imperij eius anno conſurgant. quorum hic nongenteſimus octogeſimus ſextus eſt. Item Philippi, qui ab exceſſu Alexandri M. numerantur, & ad hunc vſque perducti, annos quingentos ſexaginta duos conſummant. Sed horum initia ſemper, à 1. die menſis eius ſumuntur, cui apud AEgyptios nomen eſt Thoth, quique hoc anno fuit ante diem 7. Kalendas Iulias.* Itaq; vnus idemq; annus eſt Nabonaſſari 986. & 562. Philippi, qui iniit fer. 2. die 25. Iun. Subaudi anno Iuliano 283. æræ Chriſti 238. cyclo Solis 23. lit. Dom. G. Vnde colligimus annum 1. à morte Alexandri fuiſſe 425. Nabonaſſari, qui inijt anno ante Chr. 324. Siquidem ex Cenſorini computatione ab epocha Nabonaſſari incluſiuè, vſq; ad Epocham Philippi excluſiuè, intercedũt anni 424. ita vt annus 1. Philippi adiunctis ſibi 424. repræſentet annũ 425. Nabonaſſari, ſicuti ann. 562. Philippi, ſi ei 424. addãtur, exhibet 986. Nabonaſſari. *Probatur 1*

6. Eadem eſt Ptolemęi. Alphragani, Albategnij doctrina. Nã Ptolemæus expreſſe vltimum annum Alexandri tradit eſſe eandem cum 424. Nabonaſ. & vltimum Cleopatræ cum 718. Nabonaſſari ac 294 à morte Alex. Vide Canonem Mathem. vbi conſtanter, inter Epochas Nabonaſſari & Philippi Aridæi interuallum 424. annorũ cernere licet, vbi annus 7. à morte Alexandri, & 431. Nabonaſſari idem eſſe traditur cum 7. Philippi Aridæi, quem ſcil. Macedones ſublato Alexandro, mox regem conſtituerunt, & Philippi nomine conſalutarunt. *Probatur 2.*

7. Pari ratione Alphraganus à Nabonaſſari primordio vſq; ad Ieſdegirdem numerat annos æquabiles Perſicos 1379. & 3. menſes: ab Epocha verò Philippi vſque ad eundem Ieſdegirdem annos 955. & 3. menſes. De 1379. tolle 955. remanebit diaſtema Epoches Nabonaſſari & Philippi annorum 424. ita vt apud Alphraganum annus 425. Nabonaſſari, à primo Philippi non diſtinguatur. Annus porrò 425. Nabonaſſari cœpit feria 1. die 22. Nouembris, vt clare oſtendi *Opuſc. de annis Dom.* &c. cap. 9. & 12. quod ipſum diſertè fatetur Capellus ad annum 3677. Ergo inijt anno ante Chriſt. 324 cyclo Solis 22. lit. Dom. A. ad diem 12. Nouembris affixa. Anno vero ſequenti, hoc eſt, ante Chr. 323. fuit cyclus Solis 23. lit. Dom. G. quæ oſtendit diem 12. Nouemb. incurriſſe in fer. 2. quæ annum 2. à morte Alexandri aperiebat.

8. Eodem modo ſuos calculos digerit Albategnius, c. 30. & communem ſententiam trium eclipſium notatione cõfirmat, quarum prima fuit lunaris anno poſt mortem Alexandri 1206. die 23. mẽſis Tamuz, hoc eſt anno Dom. 883. *Probatur 3*

Iulij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iulij 23. cum autumno præcedenti annus ille 1206. iniſſet, ...
Octobris anno Chriſti 882. Huic adde 324 ante Chr. exortos, & pro...
num 1206. ab exceſſu Alexandri. Nec eſt, quòd ſuſpiceris hanc Lu...
nem anno 884. tribuendam: nam vel ipſa Epacta illius anni, ...
cat diem 23. Iulij longè remotam à plenilunio, quo ſolo Luna de...
*Secunda eclipſis* fuit ſolaris anno Philippi 1214. die 8. menſis Ab, ...
quam tabulæ Mathematicæ anno Domin. 891. repræſentant, ...
Octobris proximè tranſactis annus ille 1214. incepiſſet: qui ...
annum Domini 890. apponantur 324. *Tertia eclipſis* fuit ...
no Philippi 1224. die 2. Ab ſiue Auguſti, quæ incidit in annum D...
cyclo Lunæ 9. Epacta 7. ſed anno præcedenti, nempe 900. Kalend...
emerſerat annus ille Philippi 1224. qui reſultat, ſi ad annum Domi...
ponantur 324.

*Epocha duplex annorum Philippi.*

9. Ex dictis duo corollaria deducuntur. Alterum annorum Ph...
plex initium ab auctoribus vſurpari: quandoque enim fixum ad K...
ctobris conſtituitur, quod tribus eclipſibus iam recenſitis ex Alb...
ctum patet; quandoque verò hi anni ſolutum ac vagum habent ...
eo planè modo, quo Thoth Ægyptius in annis Nabonaſſari, vt d...
pla ex Cenſorino, Ptolemæo; Alphragano nuper allata. Vago e...
vſus eſt Albategnius, dum anno Philippi 1206. æquinoctium ...
deprehenſum die 19. Elul, nimirum anno Domini 882. die 19. Se...
Nam ſi ad annum illum methodo vſitata adijciantur 424 prod...
bonaſſari 1630. ortus fer. 2. die 15. Februarij, vt tradidi *Opuſc. de ann...*
*&* 12. Sic iſta obſeruatio facta eſt, die 8. menſis Pachon, quam in ...
Iuliani incidiſſe patet ex Opuſc. cit. cap. 13. Alterum corollarium ...
audiendum auctorem libri *nouæ veræq; Chronologiæ*, dum occini ...
xandri in annum ante æram Chriſti 311. differendam. Vtrumque ...
xium egregiè declarat Petauius lib. 10. cap. 39 & 40.

QVÆSTIO IX.

## *Quot annis epocha regni Græcorum præcedat ... Chriſti.*

*Varia nomina horũ annorum.*

1. HI anni ſunt ijdem cum ijs, qui vulgo dicuntur Contract...
dum Chaldæos Seleucidarum, Syro-Græcorum, Syro-Ma...
poſt Alexandrum, poſt mortem Alexandri Dilkarnaim ...
tio paſſim occurrit in libris Machabæorum. Et licet in *Introd.* ...
tius ea de re diſputauerim; quia tamen communem quam ibi tradid...

quidam Neotericorum ſerio impugnant, rurſus hic eadem confirmanda putaui, vt veritatis ſplendor clarius effulgeat.

2. Hæc æra conſurgit ab anno ante Chriſti epocham 312. fluente, quo acta eſt Olympias 117. in qua Parmeno Mitylenæus palmam retulit: nempe duodecim annis à morte Alexandri completis. Ita cenſent Serarius 1. Machab. 15. Peretius libro nono in Danielem, Samerius & Gordonus in ſuis Chron. Petauius lib. 10. cap. 43. ſecuti antiquiores, Rabanum 1. Machab. 1. Sulpitium libro ſecundo ſacræ hiſtor. Bedam de 6. ætatibus ad annum m. 3669. vbi ſcribit: *Decimotertio Ptolemai anno Syria & Babylonia, & ſuperioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor, à quo tempore Machabæorum Hebræa hiſtoria Græcorum ſupputat regnum, & Edeſſeni ſua tempora computant.* Eadem habet Adonis Chronicum ad annum m. 4537. Euſebius libro 8. dem. 2. cuius doctrinam hiſce verbis reddit S. Hieronymus Daniel. 9. *Seleucus ſubiugata Babylone diadema totius Syriæ & Aſiæ capiti ſuo impoſuit, anno 12. mortis Alexandri, in quod ſupputantur omnes anni à Cyri imperio ducenti quadraginta octo. Ex qua ætate, Scriptura Machabæorum regnum Græcorum enumerat.* Computat hoſce 248. annos Cyri à primo Olympiadis 55. incluſiuè, vſque ad annum primum regni Græcorum excluſiuè. Conſentit Ioſephus, dum lib. 12. Antiq. cap. 7. refert captam Vrbem Ieroſolymorum ab Antiocho, 143. anno ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat. Hoc enim anno ante Chriſti æram 170. geſtum probabo 1. Machab. 1.

*Oriuntur an. 312. ante Chr.*

3. Exemplis rem declaraui in Introd. Chronol. *Primo*, exortæ hæreſeos Manichæorum anno regni Græcorum, vt omnes fatentur 588. qui fuit ex Baronij & aliorum ſententia, æræ Chriſti 277. quo fluente expletus eſt iſte annus Græcorum 588. & initio Octobr. 589. inchoatus. *Secundo* Nicena Synodus habita eſt anno Domini 325. ad 13. Kalendas Iunias, vt tradunt vnanimi conſenſu hiſtorici: erat autem tunc decima nona menſis Dæſij, anno Græcorum 636. Tria alia exempla nobis ſuppeditat Albategnius, quæ in *Chron. Introd.* reperies.

*Probatur exemplis.*

4. Quemadmodum anni mortis Alexandri: ita etiam regni Græcorum ſiue Contractuum, aliquando principium habent fixum ad Kalendas Octobris; aliquando vagum inſtar annorum Nabonaſſari, vt explicatum eſt, quæſtione præcedenti. Quando annis iſtis fixum datur exordium, hæ regulæ adhibeantur.

*Duplex initiū horum annorū ſingulorum.*

*Prima.* Si ad annum Chriſti propoſitum adijciantur 312. exurget annus Græcorum, illo anno Chriſti labente exoriens.

*Secunda*, ſi anno contractuum propoſito, maiori quam 312. ſubtrahantur 312. remanebit annus Chriſti, quo ille Contractuum aperitur.

*Regulæ pro capite annorum ſtabili.*

P. H. Philipp
Chronol
vet: Testam
A IV
17



*Tertia*, ſi annus Dilkarnaim non maior quam 312. ſubtrahatur, reli-
quet annum ante Chriſt. quo ortus eſt.

*Quarta*, ſi annus ante Chriſtum propoſitus non maior 312. ſub-
313. relinquet annum regni Græcorum tunc emergentem.

5. Quod ſi vagum habuerint initium; his regulis vtendum erit.

*Regula pro capite vago.* *Prior*. Dato anno Contractuum, adde 436. & prodibit annus Na-
ris, qui idem habet in anno Iuliano exordium. v.gr. quando or-
Contractuum? huic addantur 436. & conſlabitur annus 440 Na-
inceptum cum anno quarto Contractuum, anno ante Chriſt 305.
uembris.

*Poſterior regula*. De anno propoſito Nabonaſſaris, qui excedit
ſtum numerum 436. & relinques annum Dilkarnaim tunc inchoa-
Anno Nabonaſſaris 444. exime 436. remanebit annus Dilkarnaim
anno 444. Nabonaſſaris oritur anno ante Chr. 305. die 7. Nouemb.

*Obiectiones 4.* 6. Eſt tamen quorundam opinio, vt Tornielli & Saliani, qui
dem ex communiſſima Scriptorum, tam antiquorum, quam recentiorum
tentia horum annorum epocham, anno ante Chriſtum 312. conſtituant,
1. hilominus cauſas afferunt, cur ab ea ſupputatione recedant. Prima
ex 1. Machab. 4. v. 52. quo templum à Iuda Machabæo emundatum
anno regni Græcorum 148. ex communi autem ſententia, hæc emun-
2. cideret in annum 4. Olymp. 153. contra Ioſephi teſtimonium, qui li-
cap. 7. hoc ad Olympiadem 154. retulit. *Secunda cauſa* depromitur
chab. 6. vbi annus 150. regni Græcorum dicitur fuiſſe ſabbaticus: qu
ex communi ſententia ad annum ante Chr. 312. regni Græcorum ep
3. videtur admittere. *Tertia cauſa* eſſe poteſt, quod totus ferè annus
leuci concurrat cum decimo quarto Ptolemæi Lagi, atque adeo
4. xandri, vt tradit Diodorus. *Quartam cauſam* ſuggerit liber 2. Mach.
dum exigit, vt regnum Græcorum anno 2. Olympiad. 117. inchoet
quiunt, cùm prior liber dicat Antiochum Epiphanem mortuum
centeſimo quadrageſimo nono; poſterior refert literas Eupatoris
eius datas anno centeſimo quadrageſimo octauo, & tamen poſt obitum An-
tiochi. Vnde concludunt annum primum regni Græcorum incidiſſe
lymp. 117. & concurriſſe cum 3. eiuſdem Olympiadis: ac proinde
tractuum cœpiſſe anno ante vulgarem Chriſti epocham 311. Q
meo iudicio nihil officiunt communi ſupputationi.

*Ad 1.* 7. Ad primam enim reſpondet Salianus ad an. m. 3742. num.
modicam eſſe Ioſephi in re Chronologica auctoritatem. Deinde
tunc annus æræ Iudaicæ 3597. quo necdum finito, celebrata eſt Olymp.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eo igitur ſenſu, ſecundum Iudaicam ſupputationem, templum dici poteſt à Machabæis diuino officio reſtitutum, Olympiade 154. quo S. Petrus martyrio affectus anno 14. Neronis, & Chriſtus dicitur anno 4. Olymp. 204. in ſententia Baronij, computatione Romanâ cruci affixus.

8. Ad 2. dico illum annum 150. Græcorum, inijſſe anno ante Chriſti æram 163. & quidem à menſe Niſan, Hebræa ſacrorum annorum ſupputatione, qua vſus eſt auctor libri primi Machabæorum: ab iſto autem menſe Niſan, vſque ad Tiſri per ſex menſes adhuc fluebat annus Sabbaticus, præcedenti autumno inchoatus, anno ante Chriſtum 164. computi Iudaici 3598. Si Antagoniſtæ noſtri æram annorum ſabbaticorum cum Olympiadibus & annis, prout oportebat legitimè coniunxiſſent; concurſum anni 150. Græcorum cum ſabbatico, & anno ante Chriſtum 163. reperirent, nec eſſet, cur à communi doctrina recederent. *Ad 2.*

9. Ad 3. ſicuti epocha Chriſti vulgaris aliquantulum ab ipſa Chriſti Natiuitate diſcrepat; ita exordium æræ Seleucidarum, ab enthroniſmo Seleuci diſtare poteſt, ſiue ea diſtantia paucorum ſit menſium, ſiue plurium. Neq; enim opus eſt ſemper, vt quælibet annorum epocha, rem illam, à quo nomen habet rigore Mathematico attingat. Ex æquo & bono, morali quadam libertate, ſollemnes æræ qualis eſt regni Græcorum, Vrbis, Chriſti &c. inſtitui poſſunt. Hinc Salianus vno anno, Torniell. biennio, ſignanda Chriſti natiuitate communem epocham Chriſtianorum anteuertunt. *Ad 3.*

10. Ad 4. reſpondent nonnulli, æram illam, qua Seleucidæ reges in epiſtolis hiſtoriæ Machabæorum inſertis vſi ſunt, eſſe diſtinctam ab æra regni Græcorum, & vno anno tardiorem. Alij vnam tantum æram hic agnoſcunt, & aiũt lib. 1. Machabæorum ab initio Niſan inchoari, à Seleucidis autem ab autũno: Antiochum Epiphanem interijſſe, & Eupatorem eas epiſtolas miſiſſe, ineunte anno regni Græcorum 149. computatione Hebræa, quando Seleucidæ fluentem adhuc 148. numerabant, eo modo quo Iudæi in ſuis Ephemeridibus ſingulos Chriſti annos à menſe Tiſri, tribus ferè menſibus ante nos auſpicari ſolent. Quod pluribus, Deo dante ad libros Machabæorum explicabo. *Ad 4.*

## DAN. IX. v. 2.

VT *complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni.* Hæc explicata ſunt 2. Paralip. q. 7. num. 10. quia nempe deſolatio iſtos 70. annos terminauit, quibus Babylonica ſeruitus perdurauit. Ad huius capitis intelligentiam, neceſſaria eſt diſputatio de 70. Hebdomadibus Danielis, quæ cùm paucis non poſſit abſolui, eam in plures quæſtiones diſtribuo, ſeruato ordine quem ab initio huius libri, hucuſque deduxi.

P.
H. Philipp
Chronol.
Vet: Testa
A IV
17



## QVÆSTIO X.

## *Quid Hebræi de 70. hebdomadibus Dani… tradant.*

*Supputatio Hebræorum.* 1. S. Hieronymus in commentarijs huius capitis, refert vnam He… opinionem, qua fatentur iſtas hebdomadas abſoluti annis, … initio Darij Medi vſque ad euerſam ſub Hadriano Ieroſolymam … nantur, ita vt 62. hebdomadas ab Dario Medo, vſque ad Titum; … reliquas vſque ad cladem Iudæis ab Hadriano illatam tranſactis … nonnulli eorum, vnam hebdomadam, partim ſub Veſpaſiano, partim … driano decurriſſe velint. *Hæc,* inquit, *loquuntur Hebræi non magnopere … mo anno Darij regis Perſarum, vſque ad extremam ſubuerſionem Ieruſalem, … driano eis accidit, ſupputari Olympiades 174. id eſt, annos 696. qui faciunt … Hebraicas 99. & tres annos.*

*1. Error eorum.* 2. Qua de re, hæc mihi notanda occurrunt, quæ ad Chronolo… ctant, omiſſis illis interpretationibus, quibus Hebræi ſacrum te… torquent. *Primum,* Hebræi Darium Medum, vna cum Cyro impe… mant, neque regnum Cyri Perſicum diſtinguũt, ab eiuſdem Monarchia … Ionica. Conſtat autem anno 1. Olymp. 55. Cyrum Perſidis regno po… vero Hadriani 20. deſinente, finita eſt Olympias 228. ac proinde ab … & Cyri, vſq; ad iſtum annum, erunt anni 696. qui numerus 70. … domadas longè excedit. Et confirmatur ex eo, quod annus 1. Olymp. … anno ante æram Chriſti 560. qui ſi addantur 136. anni eiuſdem æræ, … ad annum 20. Hadriani excurrerunt, conficient 696.

*2. Error quod tempora diſtrahant.* 3. Notandum *ſecundò,* quod Veſpaſianus imperium adeptus … Chriſti 69. Adrianus autem anno 117. quod ſi liceat vnam hebdomadam … in partes diſtrahere, eaſque tot annorum interuallo ſeiungere, poterit … idem de ſingulis hebdomadibus ſtatuere, & eorum durationem ad … annos extendere. Quo enim iure Hebræi tot annos inter duas vnius … madæ partes inſerunt; alius duplo plures, imò quotquot placuerit, … & haſce hebdomadas, ad mundi finem producet.

*Alij errores.* 4. Notandum *tertiò,* Hebræorum deliria validè à S. Hieron. … non vtatur accurata ſupputatione. Cyrus enim etſi vniuersè annos … rit: Babylone tamen non vltra nouennium imperauit, ab anno ante C… ter 538. vt ſuo loco ſupputaui. Taceo controuerſiam de Dario Medo … taceo Hadrianum ante finem Olymp. 228. bellum Iudaicum confeciſſe … non erat, cur S. Hieron. Iudæis refellendis ad haſce minutias deſcende…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Supputatio 2. Hebræorum.*

5. Aliam Hebræorum opinionem ex alijs refert hoc loco Pererius, qua aſſerunt haſce hebdomadas oriri ab excidio templi primi; deſinere in excidium ſecundi, ſub Tito. Hoc temporis ſpatium duas in partes ſecant: priore decem hebdomadas complectuntur, nempe à templo ſub Nabuchodonoſore diruto, vſque ad eiuſdem poſt annos 70. ſub Dario Hyſtaſpis inſtaurationem. In alteram partem conijciunt reliquas 60. hebdomadas, id eſt, annos 420. quibus ſecundum templum ſtetiſſe aſſerunt: nempe ſub regno Perſarum 43. annis, tum ſub Græcorum principatu 180. inde ſub Machabæis 103. denique ſub Herode, & poſteris eius 103. qui omnes ſimul iuncti efficiunt 420.

*Refutantur 1.*

6. Quod iſti Rabbini perperam Danielem interpretentur, clarè docent huius propheriæ expoſitores Chriſtiani, quod etiam in annorum calculatione hallucinentur, oſtendo. Ex eo capite, quod 70. annos à templi caſu, vſque ad annum 2. Darij, quo reſtaurari cœpit, enumerent; non redarguo: cùm non pauci orthodoxi idem cenſeant. Nec admodum reſiſtam, ſi dixerint abſolutam omni ex parte Domum ſecundam anno 9. Darij, poſt 78. annos ab vrbis deſtructione. Quod verò durationi iſtius ſecundæ Domus quadringentos duntaxat & viginti annos impatent, nullo modo ferendum eſt. Hæc enim teſte ſacro eloquio, extrui cœpit anno 2. Darij Hyſtaſpis, qui inijt anno ante æram Chriſti 520. Titum autem Ieroſolyma euertit, anno eiuſdem æræ 70. ex quibus reſultant anni, non 420. ſed 590. extremis incluſis. Idem erit computus, ſi quis per Olympiadas annorum rationes exigat. Siquidem annus 2. Darij, incidit in annum 1. Olymp. 65. qui eſt Olympiadicus 257. & Titus ſecundam ædem incendit anno 2. Olymp. 212. ineunte, qui eſt 846. Olympiadicus.

*Templum 2. ſtetit annos non 420 ſed 590.*

*Refutantur 2.*

10. Hebræi dum aiunt euolutos poſt decem primas hebdomadas, 43. annos ſub Perſis ſub Græcis 180. ſub Machabæis 103. ſub Herodiadis 103. conficiunt annos 429. Ergo vel 70. hebdomadas excedunt, vel inter 10. & vndecimam, nouem annos vacuos interponunt, & in ea incommoda incurrunt, quæ iam num. 3. recenſebam.

*Pro annis 190. ponunt 43.*

11. Adhæc compertum eſt, victum ab Alexandro Magno Darium vltimum regem Perſarum anno ante Chriſtum 331. Olympiadis 112. ſecundo: Darium Hyſtaſpis ad regni faſtigia euectum, anno ante Chr. 521. Olymp. 64. quarto. Sic ab initio Darij, vſque ad finem regni Perſarum anni 190. elapſi ſunt. Vnde igitur illi Rabbini 43. annos ſub Perſis tranſactos computare volunt? Mathathias parens Machabæorum, principatum & ſuæ gentis patrocinium ſuſcepit anno regni Græcorum 145. cui ſi 19. addantur, perueniemus ad pugnam Perſis fatalem ad Arbella commiſſam. Ergo à deuictis Perſis anno ante Chriſtum 331. vſque ad Mathathiam, qui anno ante Chriſtum 168 populum defendere cœpit, non 180. ſed 163. annos ſub regno Græcorum putabimus. Præterea

*Alij errores Hebræorum.*

P. H. Philipp Chronol. Vet: Testam. A IV 17



Herodes, à Romanis ad Iudææ regnum euectus eſt, anno ante æram
40. hunc numerum tolle de 168. ante eandem æram numerandis, quo
thathias arma contra tyrannum arripuit; remanebunt, ſub Machabæis
103. ſed 128. Denique ab initio regni Herodis, vſque ad excidium Ti
lymam, non ſunt anni 103. ſed 110. è quibus 40. ante Chriſti Epoch
ſunt, & poſt eã 70. extremis in numerũ adſcitis. Hæc fuſius proſecuti
lius intelligantur, & accuratius conſiderentur, quæ contra Iudæos
Danielis interpretes afferunt, vt Cornelius in hanc propheriam, Quin

*Pererius explicatur*

12. Pererius in Dan. lib. 10. q. 2. & lib. 12. ſub initium ac alibi cenſet
Medum regnare cœpiſſe Olymp. 54. moxque inſtante Olymp. 55. Ba
Cyro ſubactos. Ego verò magis aſſentior illis, qui negãt vtrumque. C
puto prius Perſis vnũ & viginti, tum Babylonijs nouem annos imper
rius autem Medus, anno ferè præcedenti ſucceſſit Baltaſſari, quam C
bylonem ſuo imperio adijceret, vt plerique cenſent; vel annis circiter
vt pauciſſimi opinãtur, ac proinde, annis nõ paucis Darius Medus po
piadem 54. regno Chaldæo potitus eſt. Sed iam ad varias Chriſtiano
domadibus Danielis opiniones, veniamus, quas prout mihi occurr
ſcripta retuli, ſaluo aliàs cuiuſq; auctoris, vel ſanctimoniæ vel antiqu

## QVÆSTIO XI.

### *Quid Africanus hac de re ſcripſerit.*

*Computatio Africani.*

1. AFricani opinionem de hiſce hebdomadibus refert Euſebius li
monſt. 2. & prolixè S. Hieronymus Dan. 9. his verbis. Africanus
to temporum volumine de ſeptuaginta hebdomadibus hæc locutus
eſt. Capitulum quod in Daniele de ſeptuaginta hebdomadibus legim
& mirabilia continet, quæ nunc longum eſt dicere: ergo quod ad præ
pertinet de temporibus diſſerendum eſt, nullique dubium, quin de
Chriſti prędicatio ſit, qui poſt ſeptuaginta hebdomadas mundo app
quem cõſummata ſunt delicta, & finem accepit peccatum, & deleta
tas & annunciata iuſtitia ſempiterna, quæ legis iuſtitiam vinceret, & im
viſio & prophetia. Quia lex & prophetæ vſque ad Baptiſtam Ioann
ctus eſt Sanctus Sanctorum: quæ omnia priuſquam Chriſtus human
pus aſſumeret, ſperabantur magis, quàm tenebantur. Dicit autem ipſe
70. annorum hebdomadas, id eſt, annos quadringentos nonaginta,
ſermonis vt reſpondeatur, & vt ædificetur Ieruſalem. Viceſimum A

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

regis Perſarum annum habere principium. Nehemias quippe huius pincerna, ſicut in Eſdræ libro legimus, rogauit regem, accepitque reſponſum, vt ædificaretur Ieruſalem. Et iſte egreſſus eſt ſermo, qui extruendæ vrbis & circumdandæ muris daret licentiam, quæ vſque ad illud tempus vicinarum gentium patebat incurſibus. Siquidem ad Cyri regis imperium qui volentibus reuerti Ieroſolymam dederat poteſtatem, Ieſus Pontifex & Zorobabel, & poſtea Eſdras ſacerdos, & cæteri qui cum eis proficiſci voluerant, templum & vrbem, & muros eius ædificare conati ſunt, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quaſi hoc rex non iuſſiſſet. Manſit itaque imperfectum opus, vſque ad Nehemiam & viceſimum annum regis Artaxerxis: quo tempore regni Perſarum centum & quindecim anni fuerant euoluti: captiuitatis autem Ieruſalem centeſimus octogeſimus & quintus annus erat: & tunc primum Artaxerxes, iuſſit muros extrui Ieruſalem, cui operi præfuit Nehemias. Et ædificata eſt platea, & muri circumdati, & ex illo tempore ſi numerare velis, 70. annorum hebdomadas, vſque ad Chriſtum poteris inuenire. Quod ſi harum principium, ab alio tempore volueris ſumere, & tempora non concurrent, & multa reperiemus contraria. Nam ſi à Cyro, & prima eius indulgentia, qua Iudæorum eſt laxata captiuitas, ſeptuaginta numerentur hebdomades, centum & eo amplius inueniemus annos, qui ſtatutum ſeptuaginta hebdomadarum excedant numerum, & multo plus, ſi ex qua die locutus eſt Danieli Angelus: additurque amplior numerus, ſi captiuitatis exordium, volueris hebdomadarum habere principium. Permanſit enim regnum Perſarum, vſque ad initium Macedonum annis ducentis triginta, & ipſi Macedones regnarunt annis trecentis, atque exinde vſque ad annum quintumdecimum Tiberij Cæſaris, quando paſſus eſt Chriſtus, numerantur anni ſexaginta, qui ſimul conficiunt annos, quingentos nonaginta, ita vt centum ſuperſint anni. A viceſimo autem anno Artaxerxis regis, vſq; ad Chriſtum complentur hebdomadæ ſeptuaginta, iuxta Lunarem Hebræorum ſupputationem, qui menſes nō iuxta ſolis, ſed iuxta Lunæ curſum numerant. Nam à centeſimo & quintodecimo, anno regni Perſarum, quando Artaxerxes rex eiuſdem imperij viceſimum regni ſui habebat annum, & erat octogeſimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vſque ad ducenteſimam ſecundam Olympiadem, & ſecundum eiuſdem Olympiadis annum, Tiberijque Cæſaris annum quintumdecimum, colliguntur anni quadringenti ſeptuaginta quinque, qui faciunt annos hebraicos quadringentos nonaginta, iuxta Lunares, vt diximus, menſes, qui ſecundum illorum ſupputationem poſſunt facere per ſingulos menſes dies 29. & ſemis: ita vt Solis circulus per annos 490. plus habeat dies 365. & quartam diei partem, & per duodecim menſes ſingulorum annorum, vndecim dies

*Inſignis cōputatio Africani.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝛ quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi pr
·ium menſium ἐμβολισμοὺς faciunt. Si enim octies vndecim, & qua
em volueris ſupputare; nonaginta dies, hoc eſt, tres menſes effi
·ingentis ſeptuaginta quinque annis, octonarij reperientur anni
·s, qui ſimul faciunt plus minuſue annos quindecim: quos ſi 47
lueris addere, ſeptuaginta annorum facies hebdomadas, hoc eſt,
quadringentos nonaginta. Hæc Africanus eiſdem verbis quibus
locutus eſt.

*De 5. tuncta eam recipio.* 2. Hanc Africani doctrinam, quia multa continet, quæ ad Chr
ſpectant, eam huc tranſcribendam & paucis examinandum puta
in quibuſdam ei aſſentior; in quibuſdam non omni ex parte. Aſſen
*mò*, dum ab enthroniſmo Perſico Cyri, vſque ad annum 20. Artax
mani ſupputat annos 115. qui ſi completi accipiantur, includendu
1. Olymp. 55. quod ad finem inclinato Cyrus regnum adijt: ſin autem
rente ſumatur; annus 115. à Cyro currens incidet in 20. etiam curre
ſtræ tabulæ oſtendunt. Aſſentior illi *ſecundò*, dum coniungit annum
83. cum 20. Artaxerxis. *Tertiò*, dum ait Perſarum regnum, nempe à p
exordio, tenuiſſe annos 230. Macedones regnaſſe annos 300. numer
ſo Dario, vſque ad interitum Antonij & Cleopatræ. *Quartò*, dum
Olympiadis 83. vſque ad annum 2. Olymp. 202. colligit annos ſolar
quidem anno ante æram Chriſti 445. inijt ille quartus Olympiadis
eiuſdem æræ 30. ortus eſt 2. Olympiadis 202. *Quintò*, fateor ab anno
55. quo Cyrus regnum Perſicum adeptus eſt, vſque ad annum 1. Oly
reperiri annos 590. nempe 100. amplius, quam contineat Periodus
rum, quibus hebdomades Danielis abſoluuntur.

*In 5. alijs reijcio.* 3. In his autem ab Africani ratiocinijs diſcedo. *Primò*, annum
Ieruſalem 185. & viceſimum Artaxerxis coniungit: at verò ſi nomine
intelligatur ſeptuagenaria ſeruitus Babylonica, puto ab eius initio,
annum Longimani, centum circiter ac ſexaginta tres annos eſſe num
Sin verò *captiuitas Ieruſalem* idem ſit, quod eius excidium; annos
*Secundò*, laxatam opinatur Iudæorum captiuitatem anno primo Cyr
ſas regnantis: ego Cyrum annos 21. prius regnaſſe arbitror, quam Iud
triam remitteret. *Tertiò* à ſoluta captiuitate, vſque ad annum 15. Tib
computat 590. & eo amplius: ego ſolum 566. nempe ante Chriſti epo
inde 28. *Vide tabulas annorum expanſorum.* *Quartò* Paſſionem Domi
annum Tiberij 15. ego vel ad 17. vel ad 18. labentem differo, idque
in *quæſtionibus de anno nati & paſsi Saluatoris, cap 20. & 21.* *Quintò* annum
202. cum 15. Tiberij cõfundit; cum reuera anno æræ Vulgaris Chriſti

P. H. Philipp Chronol. Vet: Testam A IV 17
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

aut 20. Auguſti menſis, Tiberius annum 15. imperij ſit auſpicatus, anno 4. Olymp. 201. paulo ante inchoato: annus verò 2. Olymp. 202. cœpit anno Dom. 30. Longino & Quartino Coſſ. ſub finem anni 16. Tiberij. Denique ſi Chriſtus paſſus eſt iſto anno 2. Olymp. 202. necdum abſoluto, vt velle videtur Africanus; paſſio Domini incidit, non in decimum quintum, ſed decimum ſeptimum annum Tiberij, iam ad finem pronum, vt clarè expoſui illo *Opuſculo de annis Saluatoris*, cap. 1. in ſerie Conſulum, cap. 3. num. 9. & in tabulis annorum expanſorum. Vtrum verò iſtæ hebdomadæ, annis Lunaribus conſtent, poſtea diſputabo, q. 14.

## QVÆSTIO XII.

## *Quid hac de re tradiderit Euſebius.*

1. EVſebius Pamphili lib. 8. de demonſt. Euang. cum Africani ſententiam retuliſſet, ſuam triplicem adiungit, ac in primis ait illis verbis: *ab exitu ſermonis* &c. nihil aliud intelligendum eſſe, quam ſeriem Pontificum, qui poſt illam prophetiam populo Iudaico præfuerunt. Deinde ſupputat ab initio Cyri, vſque ad templum ſub Dario Hyſtaſpis perfectum, ſeptem primas hebdomadas, nempe 46. annos, vſque ad annum 6. Darij, & ex Ioſepho addit tres alios annos, quibus templo quædam extrinſecus adiecta ſunt: ſic fiunt anni 49. à Dario vſque ad obitum Alexandri Iannæi regis Iudæorum, poſt quem principatus in fœminam recidit, 62. hebdomadas impendit, vltimam autem hebdomadam longe ab alijs remouet, vt paulo poſt dicam. *1. Expoſitio Euſebij.*

2. Secunda ſupputatio illius in hoc ſolum differt à præcedenti, quod 62. hebdomadas, à ſeptem primis diſtinctas, vſque ad captam à Pompeio Ieroſolymam propagatas opinetur. Tertio denique modo hebdomadas 69. ait poſſe deduci à templi fabrica, anno 2. Darij repetita, vel vt alij interpretantur ſexto, vel vt putat Salmeron, nono, vſque ad Auguſtum atque Herodem, quando Hircano perempto legitima ſucceſſio principum Iudæorum defecit. *Secunda.* *Tertia.*

3. Dum hæc fuſius explicat Euſebius, quædam notatu digna inſerit. *Primum*, Alexandrum Magnum obijſſe ineunte Olympiade 114. vel vt refert S. Hieronymus Olympiade 113. nempè vel ferè, vel omnino finita: exceſſit enim Alexander anno ante æram Chriſti 324. quando annus 4. Olymp. 113. effluxit, & primus Olympiadis 114. ortus eſt. *Secundum*, initium regni Græcorum conſtituit annis 12. ab obitu Alexandri, à primordio Cyri 148. tranſactis, incluſo nimirum anno 1. Olymp. 55. ſub cuius finem Cyrus regnare cœpit. *Tertium*, tradit librum 1. Machabæorum claudi morte Simonis anno regni Græcorum 177. ab exordio regni Cyri 425. nempè incluſiue. *Quartum*, ab initio Cyri, vſque ad mortem Alexandri Iannæi numerat annos 482. ſubaudi excluſiuè. Quo etiam modo *5. Notabilia ex Euſebio.*

P. H. Philip
Chronol. Vet: Testam
A IV 17



accipi debet numerus 495. annorum, quos à Cyro, vſque ad Ieroſoly[...] Pompeio captam ſupputat. Siquidem hoc accidit anno ante Chriſtum [...] tonio & Cicerone Coſſ. ex 63. autem & 495. colligitur annus 558. qui [...] annus 2. Olymp. 55. & primus Cyri.

*Tres eius expoſitiones reijciuntur.*

4. Porro tres illi modi, quibus hebdomadas explicat Euſebius [...] reijciuntur. Nam ſemper vltimam hebdomadam poſt Chriſti baptiſm[...] cit, ac proinde iuxta primum modum, quo morte Alexandri Iannæi [...] ta nouem hebdomadas claudit, inter penultimã & vltimam hebdoma[...] anni facile interceſſiſſent; iuxta ſecundum modum circiter 80. iuxta [...] re 60. reperirentur. Quod ſi eiuſmodi interualla comminiſci liceret, [...] quiſpiam quoad ſtabit mundi machina, Danielis hebdomadas pro[...] dixi q. 10. num. 3. Adhæc nulla prorſus eſt cauſa, cur vel obitu Iannæi, [...] à Pompeio Ieroſolymis, vel regno in Herodem collato, ſexaginta no[...] domadæ finiantur. Præterea primus modus duplici vitio laborat: nam [...] ginta annos ab initio Cyri, ad initium Darij enumerat, cum 38. ſolum [...] rint, nempe 30. Cyri, Cambyſis & Smerdis 8. Deinde anno primo, [...] regno Perſico potitus eſt ſupponit Iudæorum captiuitatem fuiſſe [...] Contrarium autem oſtendi 2. Paralip. q. 3. Quomodo templum qu[...] annis ædificatum fuerit, explicui 1. Eſdræ cap. 6.

*Alii errores eius.*

5. Huc accedit, quod Euſebius fateatur ἅλωσιν Ieroſolymitanam [...] nis 495. poſt initium à Cyro regnum. Ergo ipſo teſte, quando Pompe[ius Ieroſo]lymam cepit, iam 70. hebdomades prætererant, quia non niſi 490 [...] continent, niſi forte inter ipſas hebdomadas vacua pro arbitrio ſpa[...] quat, & ea incommoda velit incurrere, quorum memini paulo ante q[...] 3. Rurſus ſi hebdomades abſoluuntur eo tempore, quo Auguſtus an[...] ni ſui Ægyptum, & orbem terrarum obtinuit, vt auctor ille ſupponit [...] perientur anni 483. ab anno 2. Darij, vſque ad annum iſtum 15. Tiberij [...] inde alibi quærendum eſt caput iſtarum hebdomadum. Ægyptus [...] guſti poteſtatem venit, anno 30. ante vulgarem Chriſti epocham, [...] dantur 483. perueniretur ad annum ante iſtam epocham 513. Annus [...] Darij ſeptennio citius aduenerat.

*Opinio quorundam falſa.*

6. Denique monet S. Hieronymus, aliam etiam opinionem ab [...] proponi, nimirum, *quod plerique vnam hebdomadam in annos 70. extendan[t]* [...] bene & ſuccinctè refutat S. Doctor dum ait: *ſed neſcio quomodo ſeptem hebdoma[...] das, ſeptem & ſexaginta duas per ſeptenos annos, & hanc vnam per denos, id eſt [...] annos poſſimus accipere.* Ipſe autem Euſebius hanc opinionem non [...] ſequitur, vt rectè aduertit Petauius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## QVÆSTIO XIII.

### *Quid hac de re, teſte S. Hieronymo, cenſuerit Hippolytus, Apollinarius, Clemens Alexandrinus.*

*Opinio Hippolyti.*

1. S. Hieronymus in cap. 9. Dan. Hippolytus, inquit, de ijſdem hebdomadibus opinatus eſt ita. Septem hebdomades ante reditum populi ſupputat, & 62. poſt reditum, vſq; ad natiuitatem Domini, quarum tempora omnino non congruunt. Siquidem regni Perſarum, ducenti & triginta ſupputantur anni, & Macedonum trecenti, & poſt illos vſque ad natiuitatem Domini anni triginta, hoc eſt, ab initio Cyri regis Perſarum, vſque ad aduentum Saluatoris anni quingenti ſexaginta, Nouiſſimam quoque hebdomadam ponit in conſummatione mundi, quam diuidit in Eliæ tempora & Antichriſti, vt tribus & ſemis annis, vltimæ hebdomadæ Dei notitia confirmetur, &c, Hæc in medium affert S. Hieronymus, de quibus hæc annoto.

*Inſignis ſupputatio S. Hieronymi.*

2. *Primo* notandum, accuratam eſſe, & ad vulgarem Chriſti æram quadrare huius ſancti viri interpretationem, qua regno Perſarum dat 230. annos, Græcorum 300. poſt iſtos vſque ad Chriſtum numerat annos 30. Sed enim ab initio regni Cyri, vſque ad æram Chriſti nati, ſunt anni 560. incluſo nimirum, anno 1. Olymp. 55. quo fluente Cyrus regnum apud Perſas eſt adeptus.

3. *Secundo* notandum, triplici ex capite Hippolyti opinionem non mereri fidem: tum quia 49. annis ante laxatam à Cyro captiuitatem, inijſſent iſtæ hebdomadæ, & longe ante Chriſtum Ducem, imò ante Chriſtum natum expiraſſent; quod nec Hippolytus ipſe conceſſerit: tum quia poſtremam hebdomadam nimium quantum diſtrahit ac remouet à cæteris, vt iam dictum quæſt. 10. numer. 3. Denique poſt 69. hebdomadas Hippolytus Chriſti natiuitatem ponit: cum Angelus poſt totidem ſeptimanas Chriſtum aſſeruerit occidendum.

*Opinio Apollinarij.*

4. Apollinarius autem Laodicenus docebat, ab exitu Verbi, quando Chriſtus de Maria Virgine generatus eſt, vſque ad 40. annum, id eſt, finem ſeptem hebdomadarum, Iſraelis expectatam pœnitentiam. Poſtea verò ab octauo Claudij Cæſaris anno, cōtra Iudæos Romana arma correpta. Triceſimo enim iuxta Euangeliſtam Lucam anno ætatis ſuæ cœpit in carne Dominus Euangelium prædicare, & iuxta Ioannem Euangeliſtam per tria paſchata, duos poſtea impleuit annos, & exinde ſex Tiberij computantur anni, & quatuor C. Cæſaris cognomento Caligulæ, & octo Claudij, id eſt, ſimul anni 49.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui faciunt hebdomadas annorum ſeptem. Cum autem quadringenti
quatuor anni poſt hoc fuerint euoluti, id eſt, ſexaginta duæ hebdom
ab Elia, qui venturus eſt, iuxta ſermonem Domini Saluatoris, vt re
patrum ad filios, in vltima hebdomada, ædificandam Ieruſalem &
per tres annos & ſemis, &c. Et paulo poſt ſubtexit S. Hieronymus; A
tem idem Apollinarius hanc ſe temporum capere iacturam, quia
ſcriptor temporum, vltimam hebdomadam in fine mundi eſſe
poſſe fieri, vt iunctæ diuidantur ætates, ſed omnia ſibi iuxta prophe
nielis eſſe tempora copulanda. Hæc ibi: de quibus notanda quædam

*Eius falſitas.* 5. *Primum*: huius opinionis falſitatem ipſe temporis decurſus
patefecit. Siquidem hebdomades iſtæ ſecundum Apollinarem ab
profluunt; anni 490. ſeptuaginta hebdomadibus contenti nullo inte
temporis interiecto diſtrahuntur, & vſq; ad mundi finem propaga
falſum eſſe liquido comperimus; ſic enim mundus non vltra 490.
num ſtetiſſet. *Secundum*, Chriſtus ex communi ſententia, poſt
ma, non biennio tantum, ſed triennio ſuperſtes fuit, ante ſuam paſſ
oſtendi *Opuſc. de annis Saluatoris*, cap. 14. *Tertium*. Ex opinione hu
Chriſtus non perueniſſet ad annum vitæ mortalis 33. contra comm
ctorum ſenſum, vt docui ibid. cap. 15. Paſſus verò eſſet Tiberio V.
Coſſ. quod alias probabile eſt. *Quartum*. Annus octauus Claudij im
tium Februarij anno Dom. 48.

*Opinio Clem. Alexand. falſa.* 6. Clementis Alexandrini ſententiam ita deſcribit S. Hieronymus:
vir eruditiſſimus, presbyter Alexandrinæ Eccleſiæ parui pendens anno
merum, à Cyro rege Perſarum, vſque ad Veſpaſianum & Titum Impe
Romanos, ſeptuaginta annorum hebdomadas dicit eſſe completas,
nos 490. additis in ipſo numero, duobus millibus, trecentis diebus,
ſupra diximus, Perſarumque & Medorum & Cæſarum tempora in
madibus enumerare conatur, cum iuxta diligentiſſimam ſupputatio
mo anno Cyri regis Perſarum atque Medorum, in quo imperat
vſque ad Veſpaſianum & euerſionem templi ſupputentur anni 630.
Hieronymus.

*Animaduerſio Petauij in Clementẽ.* 7. Dionyſius autem Petauius lib. 12. cap. 30. Clementis ratiocinia
los reuocat accuratius & monet *primò*, ex ſenſu illius, hebdomadas
no 2. Cyri: huic enim annos trecentos, Cambyſi vndevicenos aſſigna
1. buscon ſtiunt 49. anni, ſeptem hebdomadibus compleri, quas puta
2. Darij terminatas, & ſic annum primum Cyri neceſſario excludi. M
dò, hebdomadas à Clemente, non continuari, ſed temporibus diſtrah
ſecum ipſe pugnaret. Nam Perſarum imperio 235. annos impertit,

P. H. Philipp
Chronol. Vet: Testam.
A IV
17 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tium Cleopatræ 304. enumerat, ex quibus 539. anni conſtantur, ac ideo ſi anni 490. harum hebdomadum nulla diuiſione interpoſita cohærent; ſexageſima nona ad mortem Cleopatræ non pertingeret, tantùm abeſt, vt ad Chriſtum duceretur. Vltimam verò hebdomadem palam à præcedentibus abiungit, dum eius initium capit ab extremis Neronis temporibus, & eam templi vaſtatione ſub Veſpaſiano concludit.

8. De Clementis computatione his modis explicata, occurrunt iſta. *Primum*: bene S. Hieronymus, ab anno 1. Olymp. 55. quo labente Cyrus Perſarum capeſſiuit imperium, vſque ad annum, quo Titus euertit Ieroſolymam ſupputat annos 630. incluſis terminis, nempe anno ante Chriſti æram 560. & æræ eiuſdem 70. *Secundum*: Cambyſes poſt mortem Cyri, non imperauit annos vndeviginti, ſed ſolum ſeptem & menſes quinque Cambyſen ſecutus eſt, Smerdis Magus, per 7. menſes, quibus octauus Cambyſæ expletus eſt. Quo fit, vt annus 10. ab interitu Cyri, fuerit ſecundus Darij Hyſtaſpis. *Tertium*: regnum Perſarum ab initio Cyri vſque ad mortem Darij Codomanni non niſi 230. annos ſtetit; regnum Græcorum 300. Itaque ab initio Cyri, vſque ad finem Cleopatræ, non 539. ſed ſolum 530. anni ſupputandi ſunt. *Declaratur ſupputatio Clementis.*

## QVÆSTIO XIV.

## *Quid hac de re viſum fuerit Sulpitio, Q. Iulio Hilarioni, & Tertulliano.*

1. SEuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ ſic ſcribit: Conſummatio reſtitutæ vrbis trigeſimo & ſecundo imperij Artaxerxis anno refertur: à quo tempore, vſque ad Chriſti crucem, id eſt, Fuſium Geminium & Rebellium Conſules, anni trecenti nonaginta & octo. Cæterum à reſtitutione templi, vſq; ad euerſionem, quæ ſub Veſpaſiano Conſule, per Titum Cæſarem conſummata eſt, anni quadringenti octuaginta & tres. Prædictum id olim à Daniele, qui ab inſtauratione templi, vſque ad euerſionem, ſexaginta & nouem hebdomadas futuras prænunciauerat. A die autem captiuitatis Iudæorum, vſque ad tempus reſtitutæ ciuitatis fuerunt anni ducenti ſexaginta. Hæc Sulpitius. *Computatio Sulpitij*

2. Hic errauit (& cum eo Scaliger atque Caluiſius) *primò*, quod templi inſtaurationem retulerit ad Darium Nothum, quem ipſe Ochum appellat, vt dixi *6. Errores Sulpitij.*
2. Eſdræ 1. q. 3. vbi probaui reſtaurati templi gloriam Dario Hyſtaſpis filio tribuendam eſſe. 1.
*Errauit ſecundò*, quod ſub Artaxerxe Mnemone Eſdram & Nehemiam veniſſe Ieroſolymam & mœnibus vrbem cinxiſſe putauerit. Hoc ſibi Ar- 2.
taxerxes Longimanus vendicat, vt 1. Eſdræ q. 6. probatum. *Tertiò*, quod abſolu- 3.
tam vrbis reparationé anno 32. Mnemonis crediderit. Id anno 20. Longimani

P.
H. Philip
Chronol.
Vet: Testa
A IV
17 a



4. vel deſinente, vel exacto contigit, iuxta ea quæ 1. Eſdræ 6. v. 15. notab
tò, nec verum eſt, ab anno 32. Mnemonis, vſque ad Geminos Coſſ. p
annos 398. Annus enim 32. Mnemonis inijt anno ante Chr. 374. cui
annus Domini 29. quo Rubellius & Fuſius Gemini conſulatum g
conficent anni 403. incluſis vtrimque terminis. Taceo non eſſe accu
ſupputationem, qua Geminis Coſſ. tribuitur paſſio Saluatoris, vt
5. bam in *quæſtionibus de annis Saluatoris*. *Quintò*, à templi reſtitutione, vſq
euerſionem ſub Veſpaſiano, ſunt plures anni, quam 483. Nam anno
Hyſtaſpis perfecta eſt Domus ſecunda, die tertia menſis Adar, anno a
ſti æram 515. huic adde annum Domini 70. quo Titus eam ædem incen
ficies annos 585. Nec eſt, quod recurras ad annum 6. Darij Nothi
annus principium capit, ab anno ante Chriſtum 419. cui ſi addideris
iſtum 70. æræ Chriſti, quo Ieruſalem cum templo in cineres concid
6. bis annos 489. incluſiuè. *Sextò*, à captiuitate Iudæorum, ſub rege Sede
ad annum 2. Darij Hyſtaſpis, ſunt anni 70. vt declaratum 2. Paralip.
adde reliquos 35. annos Darij, Xerxis 21. & Longimani 20. colliges an
ab vrbis excidio, vſque ad perfectam murorum eius reparationem. S
tempus, vſque ad annum 32. Mnemonis extenderetur, addendi eſſen
anni Longimani 20. Darij Nothi 19. & Mnemonis 32. ex quibus co
anni 217. à capto Sedecia, vſque ad annum 32. Mnemonis incluſiuè;
annum Sulpitius vrbis conſummationem refert, & 260. annos illo
fluxiſſe aſſerit. Fallitur itaque dum putat Danielem pronunciaſſe, ab
tione templi, vſque ad euerſionem eiuſdem hebdomadas annorum
nouem futuras.

*Sector hic numeros, nō gloſſas.* 3. Aduertat Lector, me in hac tota de 70. hebdomadibus diſputatio
eptas quorundam auctorum interpretationes diſſimulare: quippe qu
huius prophetiæ expoſitoribus corrigendas relinquo. Solos annorum
ros conſector, niſi quædam occurrant, quæ ad eos ritè colligendos, n
mihi attingenda videantur.

*Hilarionis 5. aſſerta.* 4. Q. Iulius Hilarion ſuum de hebdomadibus ſenſum hiſce articul
*Primo*, eas orditur anno 1. Darij Medi, captiuitatis Ieruſalem 21. abſolu
1. tas autem putat, anno 148. regni Græcorum. *Secundo*, illas ſolito mo
2. partes diuidit, quarum prima ſeptem hebdomadas complectitur, &
Cyri completas aſſerit. Secundam partem 62. hebdomadibus compo
vſque ad annum 141. regni Græcorum producit, nempe per annos 43
vna hebdomade contentam aperit anno 142. Græcorum, & 148. co
3. *Tertio*, ait Nabuchodonoſorem captis Ieroſolymis imperaſſe annos
taſſarem triennium, Darium Baltaſſari ſucceſſiſſe, & anno 1. Darij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de hebdomadibus oblatam Danieli. *Quarto*, ab anno 1. Cyri vſque ad imperium 4.
Alexandri numerat annos 263. quos in reges Perſarum ſic diſpenſat. Cyro dat
annos 30. Cambyſi 9. Mago menſes 9. Dario Hyſtaſpis 36. annos. Artaxerxi 72.
Artabano 7. menſes, Dario Notho annos 29. Ocho 22. Arſeti 17. Dario 6. Ab
Alexandro Macedone, vſque ad Antiochi tempora ſupputat ex libris Macha-
bæorum 141. annos: ex quibus conficit annos 434. ſiue hebdomadas ſexaginta
duas. *Quinto*, aſſerit vltimam hebdomadam ſub Antiocho duraſſe vſq; ad diem 5.
25. mēſis 9. *anni regni Græcorū* 148. *in quo anno*, inquit, *cōplentur hebdomadæ omnes* 70.
5. Hæc doctrina ſcatet erroribus, ſiue id ex Auctoris ignorantia, ſiue libra- *Refutantur 5. an-*
riorum oſcitantia, ſiue aliunde acciderit: nam *in primis* annus 148. regni Græco- *notationi-*
rum deſijt anno ante Chriſtum 164. Olymp. 154. primo. Adde annos 490. ex- *bus.*
urget annus ante æram vſitatā 654. quo cœpit 3. Olymp. 3. nempe 90. annis & 1.
amplius ante Cyrum; Hilarion autem ab origine hebdomadum, vſque ad Cy-
rum tantum 49. annos colligit. *Deinde* annis 141. Græcorum, quo 62. hebdo- 2.
madas à Cyro inchoatas terminat, finitur anno ante æram Chriſti 171. adde il-
las 62. hebdomadas, hoc eſt, annos 434. proueniet annus ante Chr. 605. quo
cœpit annus quartus Olymp. 43. vnde vſque ad Cyrum ſunt plures quam 40.
anni. Ergo iſtæ 62. hebdomadæ, aut ab anno 1. regni Cyri non oriuntur, aut in
annum 141. regni Græcorum non deſinunt. Taceo Judæos anno 1. quo Cyrus
regnum Perſicum obtinuit, libertati non fuiſſe reſtitutos. *Tertio*, Nabuchodo- 3.
noſor ante exciſam Ieruſalem regnauerat annos 18. ſiquidem anno eius 19. eam
per Nabuzardam incendi curauit, vt patet 4. Reg. 25. v. 8. Inde Hilarion eidem
regi non niſi alios 18. annos aſſignat: quo pacto triginta dumtaxat & ſex annos
regnaſſet, contra omnium hiſtoricorum & Chronologorum fidem, qui Na-
buchodonoſorem 40. & amplius annos regnum adminiſtraſſe teſtantur, vt
dixi 4. Reg. q. 20. *Adhæc* Priſci auctores, ſuffragantibus vnanimi conſenſu re-
centioribus negant Darium Medum annis 49. regnaſſe ante Cyrum: quod ta- 4.
men aſſerit Hilarion. *Quinto*, ab anno 1. Cyri, vſque ad imperium Alexādri præ-
terierunt anni non 263. ſed ſolum 230. Cambyſes non niſi 7. annos, & 5. menſes 5.
imperauit, Magus 7. menſes. Nec mihi perſuadere poſſum annos regum ritè
apud Hilarionem conſignari. Vide catalogum regum Perſarum, ad calcem lib.
2. Eſdræ. *Sexto* anni regni Græcorum exordium capiunt, non ex eo tempore, 6.
quo Alexander poſt mortem Darij, à Perſis ad Græcos tranſtulit imperium: ſed
annis octodecim tardius, nimirum exactis ab exceſſu Alexandri 12. annis, vt tra-
didi hoc lib. q. 9. Itaque ab initio Alexandri vſque ad Antiochi tempora ſunt
anni non 141. ſed 159. Denique dies illa 25. Caſleu, anni 148. regni Græcorum
incidit in annum ante æram Chriſti 165. non procul à 23. Nouembris, aut vno
menſe tardius, vt alibi dicebam.

6. Ter-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philip
Chronol.
Vet: Testa
A IV
17



*Tertullianus in plurimis errauit.*

6. Tertullianus libro contra Iudæos latè iſtarum hebdomadum C
logiam tractat, & tam multa peccat, vt iudice Pererio longum & m
foret, omnia eius errata refellere: aliqua tamen breuiter attingam. P
1. peccat, quod à Dario Medo hebdomadas aduocet. Nam ab initio h
vſque ad Chriſti epocham, anni plures 550. ſint euoluti; at verò à p
hebdomadum vſque ad Chriſtum Ducem, non ſint integræ 70.
2. ſiue anni 490. *Secundò* peccat, quod mutile ac perperam cum anno
mina regum Perſarum producat, vt patet ex ijs, quæ tradebam t. Elu
3. q. 4. *Tertiò*, quod anno 15. Tiberij Chriſti paſſionem attribuat. Vide O
4. *nis Saluatoris* cap. 18. *Quartò*, quod à Dario Medo vſque ad Chriſti m
non niſi 62. hebdomadas cum dimidia, hoc eſt, annos circiter 43
6. plures enim quam 530. putandi ſunt. *Sextò*, quod vitioſam pertexat C
giam Tiberij & ſequentium aliquot Imperatorum Rom. quam fa
7. ex cap. 3. Opuſculi iam nominati. *Septimò*, quod à natali Seruatoris a
à Tito Ieruſalem numeret tantum hebdomadas ſeptem cum dimidi
anno ferè 53. hæc enim plaga Iudæos attigit, anno Domini 70. Alter
res confutant Salmeron Proleg. 43. & recentiores Danielis expoſitor

7. Hic author licet prima fronte videatur natiuitatem Chriſti
annum 41. poſt interitum Cleopatræ; aliud tamen non docet, qu
natalem incidiſſe in annum 41. Imperij, quo poſt mortem Cleopat
sur Auguſtus. Porrò Chriſtum natum anno 2. Olymp. 194. Lentulo
lino Coſſ. probabile eſſe probaui libello citato cap. 11. cum Baronio &

## QVÆSTIO XV.

## *Quid hac de re opinatus fuerit Origenes; qu Theodoretus.*

*Opinio Origenis.*

1. ORigenes, inquit Hieronymus, hæc in decimo ſtromatum volu
uiter annotauit: *ſtudioſius requirenda ſunt tempora, à primo anno D*
*fueri vſque ad aduentum Chriſti, quot anni ſint, & quæ in illis geſta dicantur,*
*eſt, an ea poſſimus aduentui Domini coaptare.*

*4. Puncta contra Origenem.*

4. Idem Origenes tomo 2. tract. 29. in Matthæum, quædam ha
exotica. *Primum* haſce hebdomadas, non eſſe annorum; ſed decenn
vt vna hebdomada contineat annos 70. omnes verò hebdomadæ ſim
efficiant annos 4900. Verum tam in ſacris, quam profanis litera
mentis, ſicut nomine hebdomadis dierum, ſeptem dies intelligun
domas annorum, ſimpliciter pro ſeptem annis accipi debet, non
2. ſeptennio decies multiplicato, *Secundum*, has hebdomadas ab Adam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Angelus autem Danielem docuit earum exordium, non à mundi conditū; ſed
ab exitu ſermonis de inſtauranda Ieruſalem capiendum eſſe. *Tertium*, ſexaginta 3.
nouem decenniorum hebdomadas Chriſti natiuitate ita finitas, vt ab Adamo
ſupputentur anni 4830. vſque ad 70. annos qui fuerunt poſt Oeconomiam
Chriſti. Quem annorum numerum, neſcio quis poſſit ad ſacrarum literarum
textum, ſiue Latinum, ſiue Hebræum, ſiue Græcum applicare. *Quartum*, vlti- 4.
mam hebdomadam ab ortu Chriſti ad deſtructionem Ieroſolymitanam ex-
tendi, cuius in medio Chriſtus cruci affixus fuerit. Ego verò exiſtimo Chriſtum
anno 72. natum ante vaſtatam à Tito Vrbem ſanctam.

3. Theodoretus ſub finem orationis 9. in Danielem inter cætera docet *pri-* *Theodoretus tria*
*mò*, ab anno 20. Artaxerxis Longimani, vſque ad mortem Darij Arſamis ſiue *aſſerit.*
imperium Alexandri Macedonis, decurriſſe annos 114. Hinc vſque ad Iulium
Cæſarem 282. tum vſque ad annum xv. Tiberij, numerat annos 7[illegible]. Vniuersè ab
anno 20. Artaxerxis, vſque ad xv. Tiberij 469. annos ſolares; lunares verò, 483.
*Secundò*, ab ædificatione ipſius Ieruſalem, inquit, quæ Nehemiæ & Eſdræ me-
moria facta eſt, vſque ad Hircanum vltimum ex Aſſamonibus principem ſa-
cerdotum, quem occidit Herodes, duarum & ſexaginta hebdomadum nume-
rus expletur, & ab illius interitu, vſque ad tempus illud, quo Saluator noſter ad
Iordanem accedens apparuit, reliquæ ſeptem perficiuntur hebdomades. *Tertiò*
ait Chriſtum poſt ſuum baptiſma tres circiter annos prædicaſſe, & in medio
vltimæ hebdomadis paſſum eſſe: Apoſtolos verò reliqua huius hebdomadis
parte, prædicationibus & miraculis nouum Teſtamentum confirmaſſe. Itaque
ex ſententia Theodoreti, 70. Danielis hebdomadæ annis 490. lunaribus con-
ſtant, ab anno 20. Artaxerxis Longimani oriuntur & ad tres annos cum dimi-
dio vltra Chriſti paſſionem excurrunt. Eodem penitus computo, vtitur Zona-
ras tomo 1. Annalium. Quæ vt clarius intelligantur, hæc in primis animaduer-
tenda ſunt.

4. *Primum*, Darius Arſamis à Beſſo peremptus eſt, labente anno 2. Olymp. *Hic quinque*
112. ante Chriſtum 330. huic adde 114. & peruenies ad annum ante Chr. 444. *notanda ſunt.*
quo acta eſt Olympias 84. & annus 20. Longimani completus. *Secundum*. Iulius
Cæſar Dictator vrbem occupauit anno ante Chriſtum 49. cui ſi 282. adijcian-
tur conſurget annus ante Chriſtum 331. Ergo illos annos 282. incluſiue ſupputa-
uit Theodoretus. *Tertium*. Annus xv. Tiberij incepit Iunio Silano, & Silio Ner-
ua Coſſ. anno Dom. 28. cui ſi 48. addantur, qui à Dictatura Cæſaris vſque ad
æram Chriſti effluxerant, conflabuntur anni paulo plures, quā 37. quot Theo-
doretus colligit. Pari modo, ſi anno Domini 28. adiungantur anni 444. ab an-
no 20. Artaxerxis vſque ad Chriſti epocham tranſacti, colligentur in totum
non 469. ſed ferè 472. à viceſimo anno Artaxerxis, vſque ad xv. Tiberij. *Quartū*.

P. H. Philipp
Chronol.
vet: Testam
A IV
17



Hircanus ab Herode trucidatus eſt, paulo poſt pugnam Actiacam, ſub finem anni ante Chriſtum 31. aut initium ſequentis fluente anno 187. Annus autem 20. Artaxerxis incidit in 4. Olymp. 83. ante Chriſt. Hinc tolle 30 annũ ante Chriſtum, quo inſtante vel ineunt. occiſus nus & remanebunt anni 415. ſolares: ex quibus neſcio, qua calculatione tur 62. hebdomades lunares, quæ annis 434. lunaribus abſoluuntur. Ab occiſo Hircano vſque ad Chriſti baptiſma ſunt anni ante Chriſt. 30. poſt eãdem 28. in totum 58. ſolares, ſiue octo hebdomades annorum & amplius. Nõ eſt igitur legitima illa ſupputatio, quæ 7. duntaxat hebdomadibus, ſiue 49. annis ſolaribus hoc interuallum definit. Idẽ error detegitur Olympiadas reuocentur calculi: cædes enim Hircani incidit in anno 187. Chriſti verò baptiſmus in 2. vel 3. Olymp. 201. Vide tabulas ...

## QVÆSTIO XVI.

## *Quid Hugo, quid Lyranus hac de quæſtione cenſuerint.*

*Hugonis opinio explicatur.* 1. HVgo ab anno 20. Artaxerxis Longimani, vſq; ad 18. Tiberij ... hebdomadas purè lunares, annis 475. ſolaribus deducit, & ... paſſione concludit, quæ annorum ſolarium computatio, cum meis ... congruit, aut vno ſaltẽ anno diſcrepat. Etenim Chriſti paſſionẽ, vel ... & alijs pluribus ad annum 32. æræ vulgaris, vel ad 31. referendam ... num autem 20. Artaxerxis auſpicor labente ante eandem æram anno ...

*Lyran. à communi ſententia diſcedit.* 2. Lyranus diſertè in primis occinit, ſe Latinorum Chronicorum ... non ſequi, ne fateri cogatur Mardochæum ad annũ ætatis 150. ... eum circiter decennem, cũ Iechonia abductum, nec ante annũ 12. ... obijſſe. Sed enim nõ erat, cur tantũ ſenium timeret Mardochæo, ... non Mardochæus ipſe, ſed Cis proauus ipſius cum Iechonia tranſportatus ... neque ad Mnemonis tempora pertigit, vt ſcripſi Eſtheris 1. q. ... Aſſentior tamen Lyrano, dum ab enthroniſmo Cyri in Perſide, ... num 20. Longimani, annos 115. enumerat ex fide Latinorum Chron...

*Hebdomadas inchoat anno 5. Sedeciæ, & terminat paſſione Domini* 3. Docet Lyranus *ſecundo*, cum quibuſdam Hebræis, initium hebdomadum anno quinto Sedeciæ regis Iuda incluſiuè ſumendum eſſe: quia ... quit, *ex reuelatione Domini procedente, de reditu populi in Ieruſalem, & ... ædificandi ibi templum, & habitacula miniſtrorum, & populi ibidem habitaturi ... non eſſet data licentia reædificandi muros ciuitatis & fortalitia, debet hebdomadum ... putatio inchoari.* Hanc autem reuelationem Ieremiæ factam ait, ſub finem ... 4 Sedeciæ, & 70. hebdomadas terminari anno paſſionis Domini ...

*Varij com-* 4. Docet 3. ab initio harum hebdomadum, vſque ad annum illum ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cyri, quo laxata eſt Iudæorum captiuitas annos non eſſe 58. tum Cyro trien- *putus eiuſ-*
nium imputat, Cambyſi ſexennium, Aſſuero annos 39. Dario ſexennium, vſque *dem.*
ad perfectam ſecundi templi inſtaurationem. Inde vſque ad templi caſum ſub Veſpaſiano prodit annos 420. in totum autem ab anno V. Sedeciæ incluſo, vſque ad Vrbem à Tito euerſam colligit 532. De his autem tollit 42. quos ait ſecundum omnes hiſtoriographos à Dominica Paſſione, vſque ad ſecundi templi deſtructionem effluxiſſe.

5. Pererius lib. 11. in Danielem. §. *Decima tertia opinio*, monet Paulum Burgen- *Pererij*
ſem, Vatablum, Galatinum eiuſdem fuiſſe cum Lyrano ſententiæ (quorum o- *ſupputatio.*
pinionem de capite hebdomadum refutauerat lib. 10. q. 16.) & aſſerit *primo*, annum 4. Sedeciæ in Olymp. 35. paſſionē Domini in annum 4. Olymp. 202. competere, ac proinde illo temporis ſpatio contineri annos 670. *Secundo*, ab anno 4. Sedeciæ, vſque ad Cyrum annos 77. interueniſſe. *Tertio* Cyrum non tres, ſed 30. annos regnaſſe, ac denique templum ſecundum ſteriſſe annis 580.

5. Ego verò annū 4. Sedeciæ refero ad 3. Olymp. 45. paſſionē verò Dominicā *Supputa-*
ad finem anni 2, vel 3. Olymp. 202. Quo fit, vt ab anno 4. Sedeciæ, vſq; ad paſ- *tio autho-*
ſum Saluatorem concipiam annos 629. aut 630. nempe ante Chriſti epocham *ris contra*
568. poſt eam 31. aut 32. incluſiuè. Cyrum regnaſſe annos 30. diſertè fatetur Ly- *Lyram. 1.*
ranus, ſed tres vltimos ait fuiſſe Monarchiæ ipſius: ego Cyrum prius 21. annos Perſis regnaſſe arbitror, quam per nouennium Monarchiam obtineret. Ab anno 4. Sedeciæ, ad primū Cyri in Perſide regnantis ſupputo 38. annos excluſiuè: at verò vſque ad Monarchiæ Cyri primordia 59. Ab anno 6. Darij Hyſtaſpis, vſque ad euerſionem templi ſecundi colligo annos ante æram Chriſti 516. poſt eandem 70. vniuersè 586. incluſis vtrimq; terminis. Cui ſupputationi ſuffragatur S. Hieronymus, Euſebius, & alij, qui ab anno 2. Darij, vſq; ad excidiū templi 590. annos repræſentāt, intellige ab an. 520. ante Chr. quo acta eſt Olympſ. 65. vſq; ad annū Domini 70. quo inijt 2. Olymp. 212. Veſpaſiano II. & Tito Coſſ.

6. Quod *ſecundo* loco docet Lyranus, planè falſum eſt. Nam Cyrus occubuit *2. Contra*
anno ante Chriſtum 529. aut circiter: cui ſi addantur anni Cyri & ij, quos ab *Lyram.*
anno 4. Sedeciæ, vſque ad Cyrum numerat, aſſurget caput hebdomadum, ad annum ante Chriſtum, 750. Quod fieri nequit: ſiquidem eæ non ante Chriſti paſſionem abſoluuntur, vt ſæpe ſępius inculcat Lyranus; cum ſuis. Imo arbitror annum 4. Sedeciæ incidiſſe in 598. ante Chriſtum. Nego etiam à prima reuelatione, de reditu populi in Ieruſalem, Vrbis ac templi inſtauratione hebdomadum ſupputationem inchoari: id enim multis annis ante Ieremiam reuelatum fuerat Iſaiæ 44. verſ. 28. *Qui dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ieruſalem: Aedificaberis; & templo. Fundaberis.* Oriuntur autem hebdomades, ab eo tempore, quo Iudæis facta eſt Vrbis inſtaurandæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp
Chronol. Vet: Testam.
A IV 17



poteſtas, ita vt inde vſque ad Christum Ducem, non plures hebdoma… 69. effluant.

3. 7. Quibus animaduerſis, facile detegitur falſitas eorum, quæ … ctor iſte proponit. Cum enim hebdomades non niſi pluribus anno… interitum orſæ ſint; longe à vero diſſident illi, qui 58. annis ante … rium cœptas putant. Ab anno 5. Sedeciæ incluſiuè vſque ad Perſ… principatum numero annos 58 inde ad aſſertam Iudæis libertatem … ijcio. Quomodo intelligendus ſit Ioſephus de ſexennio Cambyſis, … Eſdræ q. 2. cum reuera 7. annos & 5. menſes imperauerit. Inter Cam… Darium nullus Aſſuerus 39. aut 40. annos: ſed Smerdis Magus … ſibus interceſſit. Ab anno 6 Darij Hyſtaſpis, vſque ad caſum templi … merantur anni 586. vt iam dictum num. 5. Denique anno 31. æræ Chri… 19. Auguſti aperitur annus XVIII. Tiberij, quo Nicolaus de Lyra … u: torem, vtique ad Paſcha ſequentis anni, hoc eſt, 32. æræ Dionyſ… autem Ciuitatem expugnauit, anno eiuſdem æræ 70. Non debe… Chriſti paſſione, vſque ad excidium Ieroſolymorum anni 42. compu… modo 40. numeratari poſſint, breuiter admonui, *Opuſc. de annis Sab…* 21, num. 10.

*De annis Cyri Cābyſis. Darij, &c.*

## QVÆSTIO XVII.

### *De ijs quæ Pererius 1. parte diſputationu… 70. hebdomadis tradit.*

*70. Hebdomades obſcura.*

1. MYſterium 70. hebdomadum obſcuriſſimum eſſe, atque adeo … difficillimum bene probat ex S. Hieronymo, S. Auguſtino, … Eſychio, ex varietate ſententiarum, quæ apud Latinos, Græcos, Hebr… ctores hac de re leguntur. *Deinde* quod hęc diſputatio hiſtoriam qua… & Chronologiam trium Monarchiarum, Perſicæ, Græcæ, Romanæ … ctatur. *Tertiò* quod perarduum ſit reperire initium & finem harum … datum, iudicare vtrum ex 490. annis, non pluribus, non paucioribus … explicare myſteria, quæ hic inuoluuntur.

*Q. 1. quanam optima Chronographia.*

2. Hæc præfatus octo quæſtiones præmittit, *quibus*, inquit, … *tis, ne digitum quidem in hac diſceptatione progredi poſſemus: contra vero … plicatio incredibiliter conducet ad refellendas falſas opiniones, & quam … mus, ad eam ſententiam muniendam atq; confirmandam.* Primam quæſtionem … *quanam ſit omnium probatiſſima Chronologia:* Reſpondet primò, Hebræ… nologiam eſſe mendoſiſſimam, ac planè ridiculam, idque effica… mentis oſtendit, quæ breuiter attigi in *quæſtionibus de annis Domini …*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num. 7. & alibi, vt hic in refutatione opinionis Lyrani. *Secundo*, latè docet ineptam ac fallacem eſſe rationem temporum, quam Ioannes Annius patrum noſtrorum memoria, in publicum emiſit, *nobiliſſimorum auctorum Beroſi, Metaſthenis, & Philonis nominibus fucatam & ſubornatam.* Tertio tradit eam Chronologiam eſſe probabilem, quæ reges cuiuſque Monarchiæ, eorum ordinem, ſingulorum annos recenſet; non tamen omnino certam: quia vbi eſt multitudo, & varietas, ibi ſæpe confuſio, & error contingere ſolet. Neque etiam omnes auctores in regum ſerie, idem de annorum numero ſentiunt: nonnulli legitimos duntaxat reges nominant, nonnulli menſes aliquot, quibus certi reges imperarunt, aut aliquot annorum interregna omittunt, alij annos inchoatos in numerum referunt, alij aliter annos principum diſpenſant. Atque cauſam fuiſſe arbitratur, cur Tertullianus, Clemens Alexandrinus, & alij inferioris notæ ſcriptores, in 70. hebdomadarũ decurſu, longè à vero aberrarent. Aſſerit *quarto*, Chronologiam omnium laudatiſſimam, certiſſimam, atque optimis auctoribus vſitatam eã eſſe, quæ Olympiadum obſeruatione notationeque conſtat. Quã Pererij doctrinam, quadruplici aſſerto in genere traditam puto veriſſimam, eamque laudaui, præſertim quoad Olympiades *Opuſc. de annis nati & paſſi Saluatoris, & de anno Domini &c.* cap. 1. & 2. Vbi etiam monui, quantum proſit Chronologo mediocris ſaltem tabularum Aſtronomicarum notitia. Olympiades ſingulari diſputatione expoſui, & ad annos Chriſti ſic applicaui, vt ſine mora, ſine labore, quiuis annus cuiuslibet Olympiadis cum annis Chriſti vel ante Chriſtum poſſit componi. Mirificè verò in hebdomadum negotio, valent tabulæ annorum expanſorum, quæ vno quaſi aſpectu & annos regum, & Olympiades certis notis Aſtronomicis illuſtratas repræſentant.

*Sententia Autoris.*

3. Quærit *ſecundo* Pererius: *quo tempore cœperit regnare Cyrus, Monarchiæ Perſarum auctor & conditor?* Qua de re egi 2. Paralip. q. 5. & aſſenſus ſum communi auctorum ſententiæ, qua Cyrus apud Perſas regnum adijſſe cenſetur, anno 1. Olymp. 55. quæ acta eſt, anno ante Chriſti æram 560. primo autem illius Olympiadis anno necdum exacto, Cyrus vt reor Perſico regno potitus eſt anno ante æram Chriſti 559. & inde poſt annos 21. ad Perſas Monarchiam tranſtulit anno ante Chr. 538. quam nouennium adminiſtrauit, vel vt aliqui volunt ſeptennium: pauci triennium putant.

*Q. 2. Initium regni Cyri.*

4. Quærit 3. *Quis fuerit Artaxerxes ille, cuius 20. anno miſſus eſt Nehemias ad reficiendos muros Ieruſalem:* Hunc fuiſſe Longimanum dicebam 2. Eſdræ cap. 2. v. 1. & latius q. 5. ibidem.

*Q. 3. De Lõgimano.*

5. Quærit *quartò, ſub quo rege Perſarum, & quoto imperij eius anno ædificatio templi Ieroſolymitani diu intermiſſa & reperita & perfecta fuerit?* Hanc laudem ſibi vendicat Darius Hyſtaſpis filius, vt probaui 1. Eſdræ quæſt. 3. cuius anno 2. reſumpta

*Q. 4. De templo.*

eſt templi reſtauratio, ante Chriſtum 520. *Vide notas 1. Eſd. 4.*

*Q. 5. De anno nati Chriſti.*

6. Mouet *quinto loco*, quæſtionem de ortu Domini noſtri Ieſu C... Natali cum Baronio & pluribus alijs conſecraui annum 42. Iuliano... 194. Lentuli & Meſſalini conſulatum definentem, De annis nati ... toris cap. 11.

*Q. 6. Quando Chriſtus baptizatus.*

7. Quærit 6. *quo tempore Chriſtus baptizatus ſit?* Id contigit anno ... Tiberij, Iuliano 74. Olympiadis 201. quarto, die 6. Ianuarij ... Coſſ. cum ante octiduum ingreſſus eſſet annum ætatis ſuæ 31. *Vide Op. ... Saluatoris, cap. 13.*

*Q. 7. Quando Chriſtus mortuus.*

8. Quæſtionem *ſeptimam* inſtituit, de tempore quo Chriſtus Dom... tuus eſt. Probabile eſt cruci affixum fuiſſe, Tiberio V. & Seiano Coſſ. ... liano 76. plures tamen, nec ſine ratione paſſionem Domini inſcribunt ... ſequenti, qui fuit 77. Iulianus æræ vulgaris Chriſti 32. Ahenobarbo ... lio Coſſ. deſinente anno 3. Olymp. 202. vt diſputabam libello cit... & 21.

*Q. 8. Quando Titus euerit Ieroſolyma.*

9. Quæſtio illius *octaua, eſt de tempore excidij Ieroſolymitani quod à ... Tito factum eſt?* Anno 2. imperij Veſpaſiani, expugnata, incenſa, & ... ſa ſunt Ieroſolyma, vt bene ſcribit Pererius. Addo tunc Paſcha Iud... diem 15. Aprilis incidiſſe, & octauam Septembris in ſabbatum, Ve... & Tito Coſſ. anno 115. Iuliano: qui ſunt characteres infallibiles anni ... ſti 70. huic enim ſi addideris 45. prodibit annus ille 115. Iulianus, ... nus 2. Olymp. 212. vt clarè oſtendi in *Comp. Eccl. & Tract. de Olymp.* ... 70. æræ Chriſti, erat cyclus Solis 23. lit. Dom. G. affixa ad diem 5. Se... cyclus Lunæ 14. Epacta * quæ Paſcha Iudæorum à 15. Aprilis non ... ſe oſtendit. Vnde manifeſtè errorem illorum deprehendimus qui ... rum euerſionem in annum 4. Olymp. 212. conijciunt: hic enim ann... no Domini 72. cyclo Solis 25. lit. Dom. E. D. Ergo octaua Septem... ria 3. cyclo Lunæ 16, epacta 22, quæ plenilunium indicat circa 21. Apri...

## QVÆSTIO XVIII.

### *Quid notauerit de hiſce hebdomadibus S. Cyryllus; quid S. Chryſoſtomus.*

*Computus S. Cyrilli.*

1. S. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 12. ſexaginta, inquit, & nouem ... domadæ annorum, conſtituunt quadringentos octoginta ... Dixit igitur, quod poſt ædificationem Ieruſalem, 483. annis peractis, ... niet quidam alienigena rex, cuius tempore naſcetur Chriſtus. D...

P. H. Philipp...
Chronolo...
Vet: Testam...
A IV
17

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Medus ædificauit Ieruſalem, octauo regni ſui anno, primo autem anno ſecundum Græcos ſexageſimæ ſextæ Olympiadis, &c. Herodes autem regnabat 186. Olympiade, quarto eiuſdem anno. A ſexageſima ergo & ſexta, vſque ad centeſimam octogeſimam ſextam, interceſſere centum viginti Olympiades, & paulo amplius. Congregentur igitur 120. Olympiadum anni, 480. præter tres annos, qui deſunt fortaſſis ex eo, quod inter tertium & quartum aſſumitur: & habes iam hinc demonſtrationem ſecundum Scripturam, quæ dicit ab exitu ſermonis &c.

*Non eſt accuratus.*

2. Hiſce pauculis lineis S. Cyrillus non definit exactè harum hebdomadum ſpatium, cum vltimæ nullam faciat mentionem. Sed enim contra Iudæos obiter inſinuat, ex prophetia Danielis, & illo Iacobi Vaticinio: non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Gen. 49. v. 10. Meſſiam iam pridem aduenisse.

*Declaratur.*

3. Darium Medum confundit cum Dario Hyſtaſpis filio, cuius anno octauo tranſacto, & nono currente abſoluta eſt fabrica non totius ciuitatis Ieroſolymitanæ, ſed templi, quoad omnes partes fluente anno 4. Olymp. 66. at verò anno 6. Darij, Olymp. 66. primo templum, quoad (ſaltem præcipuas partes) fuiſſe perfectum Scriptura docet, 1. Eſdræ 6. v. 15. Nec dubium eſt, quin Herodes anno 4 Olymp. 186. fuerit in poſſeſſione regni Iudææ, expugnatis ſub initium anni 3. Olymp. 185. Ieroſolymis, ita vt anni 483. reperiri poſſint ab anno 6. Darij, vſque ad 4. Olympiadis 186. quando Herodes anno iam quinto, ablatum de Iuda ſceptrum tenebat. Quo ſemel admiſſo corruit Hebræorum Chronologia, & legitimis argumentis oſtendi poteſt, Herode regnante natum eſſe Meſſiam, quem tunc Iacob venturum denunciauit. Itaque S. Cyrillus perfectam hebdomadarum diſputationem non abſoluit, ſed ſolum ad eam rudiore Mineruа proluſit, nec ait aut Darium imperare cœpiſſe Olymp. 66. aut Christum Olymp. 186. natum, quicquid referat Pererius lib. 11. in Dan. p. 2. §. *Nonæ* quinto.

*Senſus S. Chryſoſtomi.*

4. S. Chryſoſtomus tomo 5. Orat. 2. aduerſus Iudæos hanc rem perſtringit obiter, & ab anno 20. Artaxerxis has ſeptimanas accerſit: finem earum non ſatis declarat. Hoc ſolum agere mihi videtur, vt oſtendat Iudæos fruſtra Meſſiam, & Vrbis Ieroſolymitanæ inſtaurationem expectare. Vtitur autem annis ſolaribus, dum à Cyro, ad Antiochum Epiphanem, numerat annos 394. Eoſdem annos vſurpat S. Cyrillus, vt ex dictis liquet.

* * *

QVÆ.

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17



## QVÆSTIO XIX.

### *Vtrum hebdomadum exordium ab anno 20. ... xerxis poſt patris obitum regnantis peten... dum ſit.*

*Authores multi id aſſerunt.*

1. ID plurimi & grauiſſimi auctores cenſent, quos latè refert, & ... lianus ad annum m,3609.num.2.nempe Africanus apud S.Hier... Dan.9.Beda libro 3. Allegoricæ expoſitionis in Eſdram, cap.16.de ... in Artaxerxe Longimano, & de ratione temporum ca.7.Theodo... in Danielem, Rupertus in Dan.cap.15.S.Chryſoſt.hom.2.adu.Iud... ria Scholaſtica Dan.10. Zonaras tomo 1. Annalium, Antoninus ... cap.8 Galatinus lib.4.cap.16.Ioannes Lucidus lib.7.de emend.te... timo Pererius lib.10.& 11.in Danielem. Villalpandus tomo 3.p... Salmeron proleg.43.Suarius 3.p.tom.1 diſp.1.ſec.2.Torniellus, Go... dit Salianus ſe eos omittere *qui annos priores Artaxerxis in paternis an... & decem minimum annis imperij Perſici longitudinem minuunt, in quibus ... Samerius in ſuis Chronologijs, quibus præiuit Gerardus Mercator.* Hæc ibi.

*Et probant tribus arg.*

2. Probant hanc ſententiam 1. quia neque Cyrus, neque Darius ... vrbis reſtaurandæ Iudæis poteſtatem feciſſe videntur, ſed templi ... candi: Deinde quia Chriſti mors in vltimam hebdomadam incid... *docet & communis Doctorum ſententia confirmat*; inquit *Salianus*. 3. Quia ... mias laudatur, tanquam vrbis inſtaurator. Eccl.49.v.15. *Nehemias ... multi temporis, qui erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas & ſeras, ... noſtras*. Addit auctor iam laudatus à dimiſſa anno 1. Cyri captiuitate ... Chriſti mortem reperiri annos 570 ab anno 2. Darij Hyſtaſpidæ ... 4.Sedeciæ 648.

*Eſt probabilis.*

3. Hæc ſententia tot tantorumque patronorum auctoritate ... omni temeritatis cenſura remouetur; nec tamen caret difficultate, ... pugnatores ipſius, ſiue ſacri eloquij verba ſpectemus, quibus p... fore, vt in dimidio hebdomadæ deficiat hoſtia. Enimuero Salm...

*Non eſt Salmeronis.*

iſtius ſupputationis aduocatos recenſitus, non aſſerit abſolutè, hebdo... anno 20. Artaxarxis originem ducere, ſed ſolum refert modum, ... leant deriuari, eundemque legitimum eſſe negat, & tandem concl... *dicendum videtur, aut aliqua negligentia eorum, qui Olympiadas conſcripſerunt ... tis verè aſsignatum annum Artaxerxis* 20. *in* 4. *anno* 83 *Olympiadis, & ... poſſe inueniri præciſam rationem* 70. *hebdomadum, id eſt,* 490. *annorum A...* tionem Olympiadum non modo ab Artaxerxe, ſed vt minimum ab ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

primordio, vſque ad Chriſtum legitimam eſſe, conſtans eſt omnium ſententia. Annum etiam 20. Artaxexis, in 4. Olymp. 83. incurriſſe claré oſtendi, cum de illis annis diſputarem lib. 1. Eſdræ, & in notis ad tabulas annorum expanſorum adiunctis. Adhæc Salmeron ſolaribus annis hebdomadas iſtas metitur, & ſæpius inculcat, Chriſtum in medio ſeptuageſimæ hebdomadæ occiſum. Quæ duo pugnãt cum opinione illorum, qui ab anno 20. Longimani, Danielis hebdomadas putant. Idem ferè docet Suarius, dum ait, veriſimilius eſſe, Angelum hîc de annis ſolaribus locutum, & abſolute tradit Chriſtum fluente adhuc ſeptuageſima hebdomade mortuum. Hoc poſterius diſertè affirmant Theodoretus, ſub finem Orat. 9. in Danielem, & plures alij: ex quorum ſententia hebdomades iſtæ annorum lunarium ad finem anni 32. æræ vulgaris Chriſti, non poſſunt propagari. Etenim annus 20. Artaxerxis inijt anno ante Chr. 445. cui ineunti ſi addas 30. poſt Chriſtum inchoatos; conficient anni ſolares 475. Lunares 490. incepti. Sic huius opinionis aſſertores fateri debent, aut 70. hebdomadas anno 20. Artaxerxis Longimani exortas, vel ante Chriſti mortem effluxiſſe; vel Saluatorem anno æræ vulgaris 31. vel ſaltem 32. cruci affixum. Videat proinde quilibet, quo ſenſu Scriptura dicat: *in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium.* De quo paulo poſt, q 23. num. 5. *Corollar. quibuſdã durum.*

4. Argumenta numero 2. iam propoſita non multum roboris mihi habere videntur. *Primum* pro conceſſo ſumit, cuius contrarium probabilius eſſe, infrà probabitur, q. 22. nempe Cyrum & Darium Vrbis reſtituendæ Iudæis poteſtatem feciſſe. Paſſio Chriſti ad vltimam hebdomadam referenda eſt, vt habet 2. argumentum: ſed facilius id aſſequuntur ij, qui ab anno 7. Longimani, quàm qui à 20. hebdomadas accerſunt, vt infra palàm fiet, q. 25. Qui verò Chriſti paſſionem cum Onufrio, Saliano, & quibuſdam alijs ad annum æræ Chriſti 33. dilatam contendunt, docere nequeunt, quînam 70. hebdomadæ ad eam pertigerint, ſi ab anno 20 Longimani propagentur: annus enim iſte vigeſimus deſijt anno ante Chr. 444. cui ſi addideris 31. æræ eiuſdem, habebis annum ſolarem 475. atque adeò vltimum vltimæ hebdomadæ ineuntem, anno verò 32. eiuſdem penitus exactum. *Ad dua arg.*

5. Tertium argumentum vim haberet, ſi à muris Ieruſalem perfectis hebdomadæ profluerent: cum verò proueniant ab edicti de Vrbe reſtituenda promulgatione; laus ſua Nehemiæ integra relinquitur, quia manibus erigendis ea præſtitit, quæ vires aliorum & induſtriam ſuperabant Eſto ex quorundam ſententia probabilius ſit, ante Nehemiam ab Eſdra facultatem Vrbis iterum reſtituendæ obtentam, & regium ea de re edictum, iam ab annis 13. promulgatum. Denique ego etiam à laxata anno 1. Cyri Iudæorum captiuitate, vſque ad paſſionem Dominicam ſupputo annos circiter 570. incluſiue: à 2. *Ad 3.*

Darij 639. & cum Saliano arbitror à nullo iſtorum annorum hebdo-
proficiſci.

## QVÆSTIO XX.

### *Vtrum hebdomades iſtæ oriantur ab anno 20. p- Artaxerxem ad imperium viuo adhuc Xerxe prouectum.*

*Aſſerit Petauius. Ratio.*

1. PEtauius lib. 12. cap. 32. cenſet aliunde commodius hebdomadum
nem peti non poſſe, quam ab anno 20. poſt Longimanum regni
patre ſuo nobilitatum. Quod vt clarius perſpiciatur, præmonet lib.
apud Perſas morem fuiſſe, vt rex non prius in grauem expeditionem
hoſtes moueret, quam regni hæredem declaraſſet, quod Darium
bellum apparantem feciſſe tradit Herodotus. *Mouente*, inquit, *Dar*
*gyptios & Athenienſes, ingens à filijs de principatu eſt orta contentio, ca*
*illum, antequam in expeditionem proficiſceretur, regem ex Perſarum lege,*
ratione Longimanum à Xerxe viuo adhuc & imperante, in regni
ctum colligit Petauius ex Thucydide, qui libro 1. ſcribit Themiſtocle
nis profugum, ad regem Perſarum veniſſe, ac prius quam adiret, lite
taxerxem, qui non ita pridem regnare cœperat, miſiſſe. Charon etiam
cenus tradit, Themiſtoclem ad regem Artaxerxem profugiſſe, vt habet
chus in Themiſtocle, aſſentiente aut potius præeunte Cicerone lib.
ticum, Probo in vita Themiſtoclis, Philoſtrato, lib. 1. de Vita Apollon
verum eſſe non poteſt, niſi eo tempore, quo Themiſtocles ad Perſas
iam Artaxerxes rex & ſucceſſor declaratus fuerit. Adhæc fuga Themi
Xerxem, & Artaxerxem præceſſit Olympiadem 77. hac enim ineunte
tuum Themiſtoclem aſſerit Diodorus, lib. 11. & Euſebius in Chronico.
autem non niſi ſub finem Olymp. 88. aut initium 89. regnandi pariter
di finem fecit.

*Tria ei obijciuntur.*

2. Huic doctrinæ tria opponit Pererius, lib. 11. in Dan, diſp. de hebdo
ſub finem. *Primum*, quod à grauiſſimis auctoribus traditum ſit, Them
ad Xerxem (non Artaxerxem) profugiſſe, nempe ab Ephoro, Dinone, C
cho, Heraclyde, vt refert Plutarchus lib. citato, ſuffragante Diodoro
*Secundum*, ſi Xerxes ad bellum proficiſcens aliquem ad imperium
veriſimilius eſt, id eum facturum fuiſſe, eo tempore, quo in Græcos exp
nem ſuſcepit, nimirum ineunte, aut inſtante Olymp. 75. Inde verò ſi
xerxis numerentur, viceſimus Longimani concurret cum 4. Olymp.
*anno* inquit Pererius, *vſque ad 4. annum poſt Chriſti Paſſionem colliguntur*
*plures nempe, quam ſint, in 70. hebdomadibus.* *Tertium*, Artaxerxes erat

filiorum Xerxis; maximus verò Darius: ergo huic potius ſucceſſio debebatur, quàm Artaxerxi. Hinc Artabanus cum regnum affectaret, Xerxe perempto, primò Darium aggreſſus eſt, deinde Artaxerxi inſidiatus, vt imperio potiretur.

3. Hæc tamen obiecta, Petauium non dimouent à ſententia. *Primum* ſuæ Ad 1. Reſp.
cauſæ fauere oſtendit: quia Pererius & illi qui negant ſub Themiſtoclis fugam, Longimanum iam regem fuiſſe, grauiſſimos illos auctores, qui Themiſtoclem narrant veniſſe ad Artaxerxem iam regem, fœdiſſimi erroris redarguunt. Petauius autem, & horum dictis fidem adhibet, & illorum narrationi, qui profugum illum ad Xerxem regem aduenisse referunt. Nempe Themiſtocles ad vtrumque acceſſit, quorum vterlibet rex erat: Xerxes iam pridem; Artaxerxes νεωστὶ (vt habet Thucydides) imperabat, à parente rex ſaltem titulo tenus conſtitutus. Sic auctores qui prima facie inter ſe diſſidere videbantur, facile concordes reperiuntur. Quam rationem auctorum conciliandorum eo minus
Chronologis improbandã ait Petauius, quod ipſimet ſimilem exitum in diffi- ,,
cillimis temporum quæſtionibus expedire cogantur, præſertim ſacrorum. ,,
Nam vt regum Iudæ inquit, atque Iſraelis annos inter ſe concilient, eò plerum- ,,
que neceſſe habent confugere, vt cum parentibus filios regnaſſe dicant, tametſi ,,
nullum cur id affirment argumentum aliud habeant, præter hiſtorici loci diffi- ,,
cultatem. Nobis verò cum præter alias opportunitates hiſtoricas, nobiliſſimo- ,,
rum auctorum teſtimonia ſuffragentur, cur duplicem illam Artaxerxis epo- ,,
cham affirmare verebimur, & ab earum priore interualli noſtri primordium ,,
accerſere?

4. Ad *tertiam* obiectionem excipit Petauius fuiſſe quidem Artaxerxem na- Ad 3. !
tu minorem, non tamen defuiſſe cauſam, etſi minus notam, cur maiori fuerit antepoſitus, ne videlicet grauiſſima Scriptorum teſtimonia, tanquam falſa reijciantur, quibus viuo Xerxe, Artaxerxi, non Dario fratri eius regium nomen tributum aſſeritur. Deinde teſte Diodoro Siculo lib. 11. Artabanus occiſo Xerxe, ad Longimanum accurrit, & mentitus interfectum à Dario Xerxem, volente regnum ad ſe pertrahere, *hortabatur eum, vt antequam regnum ille occuparet, prouideret ſibi, ne per ſocordiam ſeruiret.* Vnde colligit Petauius Artaxerxem videri ius ad regnum habuiſſe, quod regnum Darius περισπᾶν, (vt habet Diodorus) id eſt, ad ſe traducere, & inuertere cupiebat. Et probabilem coniecturam affert, cur Darius Artaxerxi præpoſitus fuerit: fidem enim faciunt hiſtoriæ Darium à Xerxe necdum rege procreatum; Artaxerxem autem parente iam ad regnum euecto natum credibile eſt, ac idcirco fratri prælatum, ſicuti ob ſimilem rationem Xerxes ipſe Dario Hyſtaſpis iam regnante natus regnum præripuit Artobazani, qui eodem Dario, ſed adhuc priuato genitus fuerat, vt idem auctor

latius explicat illo lib. 10. cap. 25. Idem quoad hanc & primam ob
docet Ioan. Deckerius in Theſib. annot. 33.

*Ad 2.* 5. Ad *ſecundam* reſpondebit ex dictis quiſpiam, Xerxem in Græciam
turum, id cum proceribus egiſſe, vt nullius imperij ſucceſſor declara
tè forſan conſiderando Artaxerxem tunc per ætatem moderandis re
nis minus idoneum, cui tamen vt porphyrogenito tradere cupiebat
Quicquid autem ſit de hoc negotio, ſi anni Artaxerxis numerentur
Xerxis in Græciam, qui fuit anno ante Chriſtum 480. viceſimus an
xerxis inchoabitur anno ante eandem æram 459. qui ſi eſſet primus
darum, vltimus earundem, hoc eſt. 490. inciperet anno æræ Chr.
bile eſt Chriſtum oppetijſſe mortem. Si verò anno 20. Longiman
conſurgebant 70. hebdomadæ, vltimus earum annus inijt anno Do
que verò opus eſt, ſeptimanas iſtas vſque ad annum 4. à Paſſione D
propagare, vt infra patebit.

*Petauij ſupputatio accurata.* 6. Petauius ſic accuratè tempora digerit. Anno Periodi Iulianæ
Chriſti æram 474. *Videtur*, inquit, *Artaxerxes, à patre Xerxe in regnum*
*adſcitus*. Hoc initio poſito, *annus vigeſimus Artaxerxis*, (ait lib. 12. cap. 5
*Iulianæ* 4259. (qui eſt ante Chr. 455.) *Olympiadis videlicet* 81. *ſecundus*
*hebdomades putatæ ſiue anni* 490 *deſinunt in annum Periodi Iul.* 4748. *qui*
*paſsionem Domini quartus. In tertio anno hebdomadis ſeptuageſimæ Chriſtu*
Chriſti Paſſionem ſignat anno Domini 31. Ex qua ſupputatione
quadringentos quinquaginta quinque annos huius intervalli co
455. ante vulgarem Chriſti epocham. Sunt igitur 35. reſidui, poſt
cham inchoandi; ſiquidem ex 455. & 35. reſultant 490. Qua ratione
idemque vltimus hebdomadarum anno æræ Chriſti 36. currente
rit; anno verò Chriſti 31. finitus annus ſecundus vltimæ hebdomadæ
inchoatus.

*Contra eum 1.* 7. Quod Artaxerxes viuo parente, aliquot annis regis nomen &
perium obtinuerit, probabile mihi videtur, & aſſerit in Theſibus De
Duo tamen ſunt, quæ me remorantur, quo minus Petauium iam ſe
*rum*, quod inde ſequeretur à baptiſmo Chriſti vſque ad paſſionem
tantum annos cum paucis menſibus interceſſiſſe: quod etſi auctor
doceat: pluris tamen apud me ſunt auctores & rationes, quas in co
*2.* retuli, *Opuſc. de annis nati Saluatoris*. *Alterum* eſt, quod exiſtimem ab
cipio computandos Artaxerxis annos ſeptimum & viceſimum
preſſos. Atqui liber primus Eſdræ cap. 7. annum ſeptimum, quo Eſdr
Ieroſolymam, non ſupputat ab illo anno 455. ante Chriſtum, vnde
annum 20. acceſſit. Sic enim Eſdræ profectio incidiſſet in annum ante

epocham 468. vel 467. biennio vt minimum ante Xerxis interitum. At verò Eſdræ diſcedenti ea conceſſit Artaxerxes, quæ non niſi ab eo concedi poſſunt, qui regia poteſtate regni habenas moderatur. Ergo tunc non ſolum titulo tenus rex erat, ſed illius etiam gerẽdis negotijs gubernacula dirigebat. Quod cum viuo parente non fecerit, vt ex profanis hiſtorijs licet intelligere; arbitror tum annum ſeptimum, quo Eſdras lib. 1. cap. 7. tum vigeſimum, quo Nehemias libro 2. Eſdræ cap. 2. in Iudæam venit, ab obitu Xerxis numerandos. Alias ſine dubio in ijs, quæ de Eſdra referuntur, Xerxis aliqua fieret mentio, eiuſq; auctoritas interponeretur. Taceo Chriſtum anno 29. æræ eiuſdem baptizatum fuiſ- 3.
ſe, die 6. Ianuarij, quando ex Petauij ſupputatione, necdum inierat annus primus vltimæ hebdomadis. Nam anni Artaxerxis, poſt Niſan oriebantur, vt oſtendi in notis ad cap. 1. & 2. libri 2. Eſdræ: ac proinde, non ante Niſan cœpit annus hebdomadarum 484 anno Dom. 29. ſi annus 20. Artaxerxis anno ante Chriſtum 455. inchoatus eſt.

## QVÆSTIO XXI.

### *Vtrum ab anno 23. Artaxerxis hæ hebdomadæ profluant.*

1. NEmo, quod meminerim, hactenus docuit, hebdomadas emanare ab anno 23. Artaxerxis poſt patris obitum imperantis: ſi verò annus iſte ex eo tempore numeretur, quo Artaxerxes regni hæres à parente declaratus fuiſſe à quibuſdam creditur, putat Deckerius 4. p. Theſium, ab iſto anno 23. petenda eſſe hebdomadum primordia. Quod vt doceat, hæc præmittit. *Primum*, Chriſtum baptizatum exactis 69. hebdomadibus, iuxta illud Dan. 9. v. 25. *Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum Ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt*, hoc eſt, anni 483. *Deckerius docet 1.*

2. *Secundum*, Chriſtum occiſum hebdomade ſeptuageſima, nempe, *poſt hebdomadas ſexaginta duas*, vt hic dicitur v. 26. ſubaudi præmiſſis illis ſeptem hebdomadibus, quibus reſtauratio Ciuitatis attribuitur. Imò in medio iſtius hebdomadæ fuiſſe Dominicam paſſionem, quia *in dimidio hebdomadis* (nempe vltimæ) *deficiet hoſtia & ſacrificium*, inquiebat Angelus v. 27. Chriſto ſcilicet moriente. 2.

3. *Tertium*, Chriſtum baptizatum Silano & Nerua Coſſ. anno æræ Chriſti 28. tum annis tribus & menſibus aliquot exactis cruci affixum, Tiberio V. & Seiano Coſſ. anno æræ Chriſti 31. Quæ magno apparatu, varijſque argumentis explicat p. 2, & 3. Theſium, quas Grætij in Styria Laurentius Susliga propugnauit. 3.

P. H. Philipp[illegible] Chronolo[illegible] Vet: Testam[illegible] A IV 17a

*Putat Hebdomadas ab anno ante Chr. 457.*

4. Hiſcepræmiſſis cenſet caput hebdomadum neceſſario pe[illegible] anno 457. ante Chriſtum; hinc enim ſi anni ordine digerantur, [illegible] ſimus octogeſimus tertius finietur anno æræ Chriſti 27. anno ve[illegible] Chriſtus Dux & Legifer noſter aquis Iordanis tinctus eſt: tum [illegible] aliquot menſibus decurſo, ſua morte hoſtijs & ſacrificijs antiqu[illegible] attulit, in dimidio poſtremæ hebdomadis, anno videlicet quart[illegible] non finito.

*Quomodo Danielem interpretetur.*

5. Quæ computatio, ſi numeros annorum ſpectes legitima[illegible] difficultas de hebdomadum initio ad annum ante Chriſti æram [illegible] applicando, quam ipſe hoc modo ſuperare nititur. Septuagin[illegible] dum riuos in Chriſti paſſione deprehenſos, ait, non ab edicto [illegible] de reædificanda Vrbe tanquam à fonte & capite defluere, ſed [illegible] inquit, *& dedicata Ieroſolyma, anno quem acer ſcriptor, & Græcus* Liuiu[illegible] *tè prodidit 28. ab exordio Xerxis.* Hic enim auctor lib. 11. Antiq. cap. [illegible] hemiam anno regni Xerxis (hoc eſt, ex quo regnare cœperat) vice[illegible] Ieruſalem perueniſſe, mœnia annis duobus & tribus menſibus a[illegible] no 28. Xerxis, menſe nono. Hunc autem annum ab exordio Xerx[illegible] octauum, fuiſſe Artaxerxis Longimani à morte parentis, partim o[illegible] tim ſeptimum; ex quo verò cum Xerxe regnare cœperat viceſim[illegible] planè aſſerit Deckerius Annot. 30. ita vt profectio Nehemiæ in[illegible] num 20. Artaxerxis, ex quo à patre rex fuerat declaratus.

*A cõmuni ſententia recedit.*

6. Obiecerit quiſpiam, hebdomadum originem ſolere e[illegible] tentia reduci ad edictum, quod Vrbis inſtaurationem præceſſit. [illegible] ctioni tacitè occurrit Annot. 31. §. 3. ſub finem, aſſerens hiſtoriæ [illegible] latæ veritatem & calculum, quem de annis baptizati & paſſi Rede[illegible] ſuit, reclamare: *palamq; oſtendunt*, inquit, *hanc poſſe eſſe vnicam mente*[illegible] *non ab initio, ſed ab exitu & fine ædificationis, & reductionis Ieruſalem*, [illegible] *veniant ſupputandæ.* Denique vocem Hebræam *motza*, Græcam [illegible] nam *exitus* ſuæ expoſitioni fauere contendit.

*Ordior hebdomadas ab illo anno 457.*

7. Equidem hebdomadum ſeriem ab anno illo ante Chri[illegible] cerſendam iudico: Chriſtum baptizatum & paſſum annis à Decke[illegible] ratis, probabile eſſe dixi, *de annis Saluatoris* cap. 13. num. 17. cap. 20. [illegible] nu. 12. Fortè etiam Artaxerxes duo regnandi initia habuerit: Do[illegible] Deckerij non ſubſcribo. Nam in primis arbitror, tam annum ſeptim[illegible] viceſimum Artaxerxis lib. 1. & 2. Eſdræ notatos, ab eodem regni pr[illegible] merari, nempe à ſublato poſt Xerxis interitum Artabano. Ex opi[illegible] Deckerij anno 7. Artaxerxis, quo Eſdras Ieroſolymã venit, Xerxe[illegible] ſuperſtes quod mihi creditu difficile eſt, vt dicebam, quæſt. præced[illegible]

8. Ioſephus illo lib. 11 cap. 5 hallucinatur, vt plerique notant, dum partem eorum quæ ſub Artaxerxe Longimano geſta ſunt, regnante Xerxe contigiſſe tradit, dum hiſtoriam Eſdræ recenſens Xerxis nomen ponit, vbi ſacra eloquia Artaxerxem nominant. Nam 1. Eſdræ 7. verſu 12. ſic legimus: *Artaxerxes rex regum Eſdræ ſacerdoti.* Ioſephus autem ſcribit: *Rex regum Xerxes Eſdræ ſacerdoti.* Errat etiam dum murorum inſtaurationem ait tenuiſſe duos annos & tres menſes, menſe Casleu finitos. Nam *completus eſt murus vigeſimo quinto die menſis Elul quinquaginta duobus diebus.* 2. Eſd. 6. v. 15. nempe eodē anno, quo Nehemias Ieroſolymam peruenerat, vt contra Ioſephum vnanimi conſenſu, aut diſertè docent, aut tacitè concedunt ſacri interpretes & Chronologi, qui Xerxi non niſi 20. aut 21. annos adſcribunt, vt bene monet Cornelius: Ioſephus autem ei 28. tribuit; quod ex filo narrationis eius patet. Itaque nimis benigna eſt interpretatio Deckerij, qua hos 28. annos ab exordio quidem regni Xerxis aduocat, & vltra mortem eiuſdem excurriſſe dicit. Siquidem Ioſephus caput illud quintum, & narrationem eorum quæ ſacra Scriptura Nehemiæ attribuit, his verbis concludit: *Atque hæc ſunt, quæ Xerxe regnante geſta ſunt.* Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Ξερξοῦ βασιλέως ἐγένετο. Tum ſequentis capitis exordio: *eo*, inquit, *mortuo, regnum ad filium eius Cyrum, quem Græci Artaxerxem nominant, peruenit.* Vnde clare intelligimus ex ſenſu Ioſephi, (vtique falſo) Nehemiam viuo Xerxe muros Vrbis extruxiſſe.

*Errat Ioſephus 1. in geſtis Xerxis.*

*Errat 2. in muris vrbis.*

*Errat 3. in annis Xerxis.*

9. Denique ille mihi contra Scriptorum torrentem nequicquam niti videtur, qui *exitum ſermonis*, vnde profluunt hebdomades, de finita ciuitatis inſtauratione interpretantur: cum alij ab edicto, quod ipſam inſtaurationem præceſſit aut diſertè aut tacitè æram hebdomadum auſpicentur. Theodoretus orat. 9. Africanus, Euſebius, Hugo, Lyranus, & clariſſime Zonaras, qui vt ad initium hebdomadarum perueniatur, iubet à Chriſto tempora ſurſum relegere vſque *ad annum 20. Artaxerxis, quo Nehemiæ conceſſum fuit redire Ieroſolyma.* Torniellus ad ann. m. 3516. *à diuulgatione edicti de Ieroſolyma reædificanda.* Idem habet Salianus ibidem num. 90. *Scito initium capiendum eſſe, ab eo tempore, quo princeps Perſarum, in cuius poteſtate erat Iudaicus populus, permittet iterum ædificari Ieroſolymam.* Idem cenſent in hunc locum Sanctius, Pererius, Mariana, Sa, Menochius, & Cornelius, qui dum explicat τὸ *ab exitu ſermonis*: Hæc phraſis, inquit, Hebræis ſignificat, non finem, nec executionem, ſed initium loquendi, puta ipſum loquentis & mandantis imperium: maximè quia ſequitur, *vt ædificetur*, vel vt in Hebræo eſt, *ad ædificandum Ieruſalem.* Hoc ipſum indicat verſio Græca, quæ habet: *ab ingreſſu ſermonis, vt reſpondeatur, & vt ædificetur Ieruſalem.*

*Quid hic exitus ſermonis.*

10. Addit nonnemo, exitum ſermonis de inſtauranda Vrbe, ſiue edictum

*Obiectioni*

illud

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a



*tacitè oc-
curritur.* illud à quo numerantur hebdomades peculiare aliquid ac præcipuum, quod reliquis edictis minimè conueniat: hoc verò nihil aliud eſſe, quàm reuera vti decretum erat, opus ipſum deinceps vrgeri cœperit, quod cõtineri nondum potuerat. Hoc autem gloſſema indiget explicatione. Si vult poſt decretum, mox ita proceſſiſſe ædificationem, vt eam nulla ſtatim vis hoſtium remoraretur; id iure negari poteſt: quia Angelus ſolum initium hebdomadum deſignat edictum ſiue exitum ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, ſiue extemplò opus fuerit completum, ſiue aliqua remora hoſtibus iniecta fuerit, vt putant omnes, qui ante annum 20. Artaxerxis ordiuntur hebdomadas. Satis eſt, quod facta fuerit poteſtas Vrbis denuo condendæ, vt reuera, à tempore huius edicti, vſque ad Christum Ducem 69. hebdomadæ intercederent, poſt quas, hoc eſt, ſeptuageſima hebdomada Christus occideretur, ac in dimidio illius hebdomadæ, ſacrificium & hoſtia legis ceſſare ſufficeret. Hæc enim in communi quærunt auctores, vt hebdomadarum initium illum definiant. Itaque ſuperfluum videtur inquirere, vtrum vis edicti aliquantiſper eluſa fuerit, nec ne. Etſi enim ij, qui epocham horum 490. annorum in annum 20. Artaxerxis aſſigunt, modò ab edicto, modò ab ipſa muri inſtauratione annos enumerent; quia vtrumque in idem ferè tempus incidit: tamen iure negant, ex Scriptura colligi, indultum & rei indultæ perfectionem vno eodemque anno contigiſſe.

## QVÆSTIO XXII.

### *Vtrum ſolus Artaxerxes Iudæis poteſtatem fecerit Ieruſalem inſtaurandæ.*

*1. Opinio affirmat.*

1. AFfirmant Sulpitius, Lyranus, Lucidus &c. quos ſequuntur T... & Salianus ad annum m. 3609. num. 4. idque ex eo probant, quod in Cyri & Darij decretis Vrbis reſtituendæ nulla mentio habeatur.

*2. Negat probabilius.*

2. Longè verò probabilior eſt eorum ſententia, qui etiam à Cyro ... facultatem conceſſam tradunt, vt Africanus à S. Hieronymo relatus ... ait, *ad Cyri regis imperium Iudæos templum & Vrbem, & muros eius ædificare ... iſſe, prohibentibus in circuitu nationibus, ne impleretur opus, quaſi hoc rex ...* aſſerit Euſebius lib. 8. Dem. 2. Baſilius Seleucienſis demonſt. contra ... Ioſephus lib. 11. Antiq. cap. 1. vbi clarè narrat, Cyrum conuocatis ... apud Babylonem Iudæis dixiſſe, *ſe illis permittere, vt proficiſcantur in patriam ... bemque Ieroſolymam, & Dei templum ædificent denuo.* Quibus aſſentitur ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4.p.Theſium, Annot.31. Petauius lib.12. cap.31. Ianſenius cap.122. Concord. Sanctius Dan.9.num.90. Fauet Suarius 3.p.diſp.1.ſect.2.§.*Quidam igitur.* Imò Deus hoc ipſum per Iſaiam olim prædixiſſe videtur, cap.44.v.26. *qui dico Ieruſalem, habitaberis.* q.d. Ego te ô Ieruſalem à Chaldæis euerſam per Cyrum reædificabo & reſtaurabo, inquit ibidem Cornelius. Et ver.28. *Qui dico Cyro, paſtor meus es, & omnem meam voluntatem complebis. Qui dico Ieruſalem. Ædificaberis, & templo: Fundaberis.* Vide loci illius interpretes, ac in primis S.Hieronymum, qui de Cyro agens; huic, inquit, Deus inſpirauit, vt ſuam faceret voluntatem, & illius præcepta compleret, ſignanterque addidit: *qui dico Ieruſalem, ædificaberis, & templo, fundaberis.* Sub Cyro enim iuſſum eſt, vt ædificaretur Ieruſalem, & templum, cuius tantum illo viuente iacta ſunt fundamenta. Hæc S.Hieronymus. Et cap.45.v.13. De Cyro loquens Propheta ſic vaticinatus eſt: *ipſe ædificabit ciuitatem meam.*

*Effugium Tornielli.*

3. Reſpondet Torniellus illo ann.m.3609.num.4. apud Iſaiam, vel ciuitatem pro templo vſurpatam eſſe, vel Prophetam non de materiali murorum ſtructura loqui, ſed de ciuili ædificatione, *quæ fit, per ciuium coadunationem*, inquit, *& cohabitationem.* Idem ferè Saliano ibidem dum ait: *ea prophetia eſt, non decretum principis: ibique ciuitas propriè pro ciuium congregatione ponitur, non pro murorum ædificio.*

*Conuellitur Iſaias de Cyri decreto vaticinium.*

4. At verò longe potior eſt mihi S.Hieronymi & aliorum interpretatio, qui docent prophetiam Iſaiæ, non eſſe quidem principis decretum, ſed verum de futuro principis decreto vaticinium, nec ſolum templi reſtaurandi; ſed Vrbis etiam reſtituendæ. Neque mihi perſuadeo Prophetam nomine ciuitatis templum ſolum intellexiſſe: hæc enim duo, templum, inquam, & ciuitatem clarè diſtinguit, & ſicuti de materiali ſtructura templi vaticinatur; ita ſine amphibologia, de materiali Vrbis reparatione loqui cenſendus eſt. Adhæc Iudæi in patriam reduces, non ſolum templi fundamenta ex indulto Cyri poſuere, ſed & materialem ciuitatis fabricam aggreſſi ſunt, *extruentes muros eius; & parietes componentes.* 1.Eſdræ 4.v.12. Quem locum duriuſculè exponit Torniellus dum ait: *ſi verum eſt, quod ibi hoſtes calumniabantur, nimirum, quod Iudæi tunc etiam Vrbem aliquo modo ædificarent: certè id non de expreſſa Cyri licentia faciebant.* Sic enim aut luculentum de re notoria mendacium hoſtibus Iudæorum impingitur, aut temerariæ præſumptionis nota Iudæis, ſine iuſta ratione inuritur.

*Darius vrbis reſtitutionẽ indulſit.*

5. Etiam ſub Dario Hyſtaſpis Vrbẽ reſtaurari cœptam, patet ex Aggæo, c.1. v.2. & 4. vbi eos caſtigat, qui ſuis ædibus erigendis plus æquo intẽti, ædis ſacræ fabricam negligebant. *Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta?* Deinde 3.Eſdræ cap.4.v.43. quamuis apocrypho, magnæ tamẽ auctoritatis libro, dicitur Dario: *Memor eſto voti, quod vouiſti, ædificare Ieruſalẽ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a



Et v. 63. *Vt aſcenderent, & ædificarent Ieruſalem, & templum.* Eſt hæc
Sanctij, Petauij, &c.

*Occurritur tacitæ obiectioni.* 6. Nec obſtat, quod in Cyri & Darij diplomatis ſolius templi
fiat mentio: templum enim magnificentiſſimum erat futurum, &
vnica Baſilica: ideo non decebat, vt in medijs Vrbis combuſtæ
inter mapalia ruſtica, quaſi in pago cuiuis peruio conſtitueretur. De
bis reſtituendæ facultate, admodum ieiuna erat templi de nouo
pia. Templum religionis cauſa, erat principale: Vrbis ædes & mœn
tam de templo licentiam, tanquam neceſſario acceſſoria ſequeb
cent Sanctius, Suarius, Petauius &c. Vir nobilis non magni faci
di licentiam, ſi famulitij decentis comitatus ei denegetur.

## QVÆSTIO XXIII.

## *Quomodo dicatur Chriſtus poſt 62. hebdomad… cidendus, & ſacrificium in dimidio hebdom… dis deſiturum.*

*Poſt 69. hebdomadas Chriſtus eſt baptizatus.* 1. CVm Daniel cap. 9. v. 25. dixiſſet: *ab exitu ſermonis, vt iterum ædific…
lem, vſque ad Chriſtum Ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomad…
duæ erunt,* &c. ſubtexit v. 26. *Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chri…*
notandum 1. hic numerari 7. & 62. hoc eſt, 69. hebdomadas, vſque
ſtum, non infantem, ſed Ducem, & Legiſlatorem, id eſt, vſque ad
pſius tempus: *quando,* inquit Theodoretus, *ad Iordanem apparuit,*
*re, docere, & miracula facere, Saluator & Dominus noſter cœpit.* Idem tenet
tom. 1. Annalium. Quam interpretationem ſequuntur, plerique recen
terpretes, ne dicam omnes, vt Perer. li. 10. in Dan. q. 17. Dionyſ. Lu
laudat & ſequitur Sanct. in hoc cap. nu. 129. Ianſen. c. 122. Concord
Prol. 43. Cornel. Mariana, Sa, Menoch. in huius vaticinij explicat

*Hic vna hebdomas continet 7. annos.* 2. Notandum 2. hanc ſupputationem nō eſſe ſingulorum annorum
nalium hebdomadum, vt ſit ſenſus: ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtu
ſunt 69. hebdomades, nō plures, nec pauciores hebdomades. Et licet
naria conſtent annis 483. non eſt tamen hoc oraculum ita rigidè acc
vt anno 484. ſiue anno 1. hebdomadæ ſeptuageſimæ, Chriſtus ſe doc
debuerit. ſatis eſt, ad oraculi veritatē, quod currēte ſeptuageſima heb
Chriſtus Dux ad Iordanem cōparuerit, patre æterno atteſtante
*dilectus,* Matt. 3. Quemadmodum ſi quid poſt tres dies euenturum
eſt opus, vt prima hora, quartæ diei contingat: ſed ſufficit, ſi quart
exacta repræſentetur, niſi forte, aliquid ex alio capite adiectum fuerit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Id poſt 69. hebdomas fieri dicitur quod fit ſequẽte annorum hebdomade.*

3. Pari ratione, cũ poſt 69. annor. ſeptenaria Chriſtus dicitur occidẽdus, nõ ſic intelligendũ eſt, quaſi annus 484. morti Meſſiæ deſignetur. Sicuti ſi dixeris poſt tres dies, qui continent 72. horas, te aliquo venturum; vt ſtes dictis non eſt neceſſe, vt hora 73. venias: ita licet Chriſtus nõ ſit occiſus anno huius interualli 484. ſed aliquo è ſequẽtibus, cõſtabit nihilominus prędictioni ſua Veritas, modo ante Chriſti mortem tota ſeptuageſima hebdomada nõ effluxerit, nec dici poſſit: Chriſtus poſt 70. hebdomadas occiſus. Vnde præclarè Petauius lib. 12. c. 32. Ita exiſtimandũ eſt, ait, nõ ſic interuallũ illud hebdomadum 70. oportere ſumi, vti totæ integræ, ante illud, cuius gratia præfinitæ ſunt, myſteriũ decurrerit; ſed ſatis eſſe, vt in hebdomade poſtrema, eaq; labente necdũ finita, peractũ fuerit. Vnde non poſt hebdomadas 7. & 60. tres, id eſt, abſolutis 70. Chriſtum occiſum iri, prædicit Angelus, quod vtiq; dicendum erat, ſi ad Chriſti necem 70. hebdomades completæ numerarentur. Verum poſt ſeptem & ſexaginta duas, quæ ſunt 69. nempe in 70. eundem dixit occidendũ. Et Pererius in huius verſiculi commentario aſſerit verba Angeli hanc habere ſententiam: *poſt ſeptem & ſexaginta duas hebdomadas ab ædificatione Ieruſalem numeratas, fore vt Meſſias occidetur. Et quia Gabriel ſuprà non niſi 70. hebdomadas conſtituerat, ex eo concluditur Meſſiæ mortem in 70. & vltima hebdomade futuram.* In eandem interpretationem conſpirat Salianus ad an. m. 3516. nu 91. vbi tradit verborum Angeli hunc eſſe ſenſum: *poſtquam elapſæ fuerint ſeptem illa & 62. hebdomades, ſiue 69. occidetur Chriſtus intra proximè ſequentem hebdomadam ſeptuageſimam.*

*Caue ne pro 62. legas 74. aut 70.*

4. Hinc manifeſti erroris redarguuntur Græca illa exemplaria, quæ hic obtrudunt 74. hebdomadas: ſiquidem non ſolum Latini, & Hebræi codices non niſi 62. exhibent. Sed & translatio 70. Sixti V. & Græca editio Francofurtenſis eundem numerum 62. retinent, & ſic iam olim in Græcis legerunt Tertullian. Theodoret. Euſeb. vt annotant Pererius & Nobilius. Addit ille, erratũ præterea in Chronolog. S. Chryſ. orat. 2. contra Iudæos, dum pro 62. hebdomadis numerat 70. Dici quidẽ poſſet Chriſtus poſt 70. hebdomadas ab Angelo cõſignatas occiſus, eo ſenſu, quo circũciſus dicitur, *poſtquã*, à natiuitate ipſius, *cõſummati ſunt dies octo*. Lucæ 2. v. 21. ſed non auſim dicere S. Chryſoſt. eo ſenſu locutum.

*Hebdomade 70. necdum finita defecit hoſtia*

5. Ver. 20. *In dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiũ.* Theodoretus orat. 9. in Dan. ſub finem clarè docet, hæc intelligi de 70. ſiue poſtrema hebdomade, qua Chriſtus teſtamentum, pactum ve confirmauit, partim per ſe ante crucem, partim deinde per Apoſtolos: cum enim annos, inquit, circiter tres cum dimidio prædicaſſet Dominus, ſanctoſq; ſuos diſcipulos doctrina & miraculis cõfirmaſſet, tunc paſſus eſt, ac poſt crucem & mortem, & reſurrectionem, & ad cœlos aſcenſum & ſanctiſſimi Spiritus aduentum, reliquum hebdomadis tempus Ieroſolymis prædicantes &c. Et loquens de vltima hebdomada ait: in

medio huius hebdomadis auferetur ſacrificium & libamẽ, hoc eſt, ſa
ſecundùm legem deficiet, oblato immaculati Agni, qui tollit pecca
vero ſacrificio. Et paulo inferius: Diuus Archangelus B. Danieli, con
inquit teſtamentum hebdomada vna, tempore ante crucem Dom
ſancti Apoſtoli poſt Saluatoris reſurrectionem Ieroſolymis docen
collectorum bifariam diuidit hebdomadam, & ait: in dimidio heb
auferetur ſacrificium & libamen: oblato enim vero ſacrificio, finem
bra legis. Hæc prolixius ex Theodoreto retuli tum quia poſtea citan
tum quia ex dictis clare patet eum in ea fuiſſe ſententia, vt Chriſtu
crederet, poſtrema hebdomade, non finita, ſed adhuc labente, ad
confirmando partem aliquam huius hebdomadæ reliquerit Apoſto
etiam docent Zonaras tom. 1. Annal. S. Thomas in hunc locum, Ly
go, Ianſenius locis antè notatis, Salmeron illo proleg. 4. Sanchez
219. & 124. Cornelius ibid. concl. 2, vbi diſertè contra Africanum, Be
Bedam, & quoſdã alios negat hebdomadas præcisè finiri anno paſſi
ſti: ſic enim, inquit, dicere debuiſſet Gabriel: *in fine* (nõ in dimidio heb
occiſo Chriſto, *deficiet hoſtia*. Conſentiunt Mariana, Menochius, &
Petauius lib. 12. c. 35. Fauent ex parte Pererius & Salian. vt patet ex
quæ iam num. 3, referebam. Imò Salianus id apertè ſignificare videtur
no 3516. num. 92. vbi loquens de 70. hebdomade, ait: *In dimidio*
*dæ hoſtiæ & ſacrificia Iudaica, per Chriſti mortem deficient, ſic vt inania*
*reddantur, vtpote per Chriſti ſacrificium impleta*. Et anno 3609. nu. 5.
*domadem cadere Chriſti mortem, & Scriptura ipſa clarè loquitur, &*
*ſententia confirmat*. Fauet etiam Suarius illa ſect. 2, dum ſic ſcribit: D
poteſt intelligi verbum illud quod poſtea ſubiecit Angelus, ſcilicet: C
*bit autem pactum multis hebdoma vna, & in dimidio hebdomadis deficiet*
*cium*. Significatum eſt enim his verbis, Chriſtũ in dimidio hebdoma
in tempore trium vel quatuor annorum confirmaturum pactum
nouum teſtamentum & legem: confirmaturum inquam, miraculis,
morte ipſa, per quam ſacrificia & hoſtiæ legis veteris erant exclud
itaque dimidia hebdomada dupliciter ſumi poteſt, ſcilic. vel vt
dia pars ſeptuageſimæ hebdomadis, vel vt intelligatur eſſe poſterior
ma hebdomada in duas dimidias partes diuidatur, & in poſteriori
annis intelligatur futura confirmatio Euangelij, per Chriſti prædica
vſque ad mortem eius: & iuxta priorem ſententiam, hebdomada
tur aliquot annis poſt mortem Chriſti, iuxta poſteriorem verò,
Chriſti. Et vterque ſenſus eſt facilis, & probabilis, & ille erit eligend
tio temporis melius accommodari poterit. Hæc ille.

P. H. Philipp
Chronolo
vet: Testam
A IV
17a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quorundam interpretatio ſingularis.*

6. Dixeram num. præcedenti, Pererium & Salianum ex parte fauere, qua nimirum paſſionem Dominicam, in finem poſtremæ hebdomadæ necdum finitæ conijciunt: atque ita quoad rem ipſam ad eorum ſententiam accedunt, qui hebdomadas Chriſti morte concludunt. At verò idem Salianus & Torniellus, „ hoſtias & ſacrificia defeciſſe volunt, in dimidio pecularis cuiuſdam hebdomadæ, quæ nec fuerit ſeptuageſima, nec ſeptuageſima prima; ſed ex parte dimidia ſeptuageſimæ, & dimidia ſeptuageſimæ primæ conſtiterit. Priori medietate aiunt Chriſtum per ſe; poſteriori per Apoſtolos confirmaſſe pactum ſiue teſtamentum nouæ legis. Quam opinionem Torniellus ad an. m. 3516, num. 11, ſic explicat. Quod ſi etiam ſcire cupis, quænam erit hebdomada hæc, qua tot mirabilia fore patranda diximus; proculdubio non erit tota ſeptuageſima, nec tota ſeptuageſima prima: ſed illa, quæ ex poſteriori medietate ſeptuageſimæ, & priori ſeptuageſimæ primæ conficietur, nimirum illa in cuius dimidio propter verum ac Deo Patri acceptiſſimum ſacrificium in ara crucis à Chriſto oblatum, „ ceſſabunt quoad eorum valorem omnia Moſaicæ legis ſacrificia, quæ illud ſignificabãt. Et paulo poſt: In poſtera medietate hebdomadis ſeptuageſimæ hæc perficientur: baptiſmus, prædicatio, miracula, paſſio, morſque noſtri Redemptoris; in priori autem medietate ſubſequentis hebdomadæ eiuſdem Chriſti reſurrectio, aſcenſio, miſſio Spiritus S. & Apoſtolis Euangelizantibus, &c.

*Refutatur.*

7. Hæc interpretatio *dimidij hebdomadis*, minus plana mihi videtur: eo enim tendit, vt dicamus Danielem non meminiſſe peculiariter ſeptuageſimæ hebdomadis, ſed ea tacitè prætermiſſa, v. 27. de alia quadam locutum ex parte duarum hebdomadum compoſita. Deinde valde rigidè ille & Salianus iſtas medietates ad calculos reuocant, dum ad finem penitus ſeptuageſimæ hebdomadæ Chriſti paſſionem alligant: quod non facilè accommodabunt, ad ea quæ de anno Paſſionis Dominicæ, & initio harum hebdomadum varijs in locis tradiderunt, vt q. ſeq. patebit.

*Chriſti baptiſmo non defecit hoſtia.*

8. Quidam vt Beda & Rupertus in dimidio vltimæ hebdomadis, cum Chriſtus baptizaretur, dicunt hoſtias & ſacrificia legis antiquæ defeciſſe, non quidem quoad vſum, virtutem, obligationem, quæ vſque ad Chriſti mortem in ſuo vigore fuerunt; ſed quia introductio baptiſmi, qui eſt primum ſacramentum nouæ legis certò demonſtrabat legalia Moyſis extemplo deſitura. Alijs verò pleriſque auctoribus hæc interpretatio longè petita, nec admittenda videtur: latum eſt enim diſcrimen inter ſignum rei poſt paucos annos deſituræ, & ipſam deſitionem. Alias dixerit quiſpiam legalia deſijſſe vel ortu Saluatoris, „ vel trium Magorum aduentu.

*Eadẽ hebdom. confirmatur.*

9. Hiſce præmiſſis exiſtimo *primò*, Angelum v. 27. de vna eademque nimirum ſeptuageſima hebdomada fuiſſe locutum, quando prædicebat: *confirmabit*

P. H. Philipp[illegible]
Chronolo[illegible] Vet: Teſtam[illegible]
A IV 17



*pactū quo defecit hoſtia.* *pactum hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia.* Ita docent A[illegible] Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Suarius, Sanctius, Decke[illegible] nelius, Perauius &c. Quia non eſt ratio, cur tam breuis verborum c[illegible] amphibologiam inuoluere putetur.

*Duplex ſenſus huius loci.* 10. Exiſtimo *ſecundò*, prædicta Angeli verba duplici modo poſſe in[illegible] paulo antè ex Suario monebam, & vtrumque probabilem eſſe. Prior [illegible] Deckerius, Sanctius, Cornelius, Perauius, cum Theodoreto, Zon[illegible] qui Christi mortem fini hebdomadum anteponũt. Poſterior cum or[illegible] cito congruit, qui vltimo anno harum hebdomadarum Chriſti p[illegible] ſignant, in quibus eſt Beda, Rupertus, Torniellus, Salianus, & Pe[illegible] huius diſp. dum ait: Illud, *in dimidio hebdomadis* non ſignificat medi[illegible] qui eſt quartus ſeptuageſimæ hebdomadis. Et paulo poſt: itaq; quod [illegible] dixit: *in dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia*, id ſane de poſteriore dimidio [illegible] domadis, & de fine eius dimidij debet intelligi. Quam in ſententiam [illegible] Hiſtoriam Scholaſt. Dan. 10. & Dionyſium Dan 9. Quamobrem dict[illegible] Angeli, ſi ſola verba ſpectes tãtum ſignificat, ſacrificia legis antiquæ [illegible] dietate vltimæ hebdomadis, non autem tota hebdomade ſeptuageſ[illegible] tus tranſacta: vtrum autem in priori medietate; an verò poſteriori; [illegible] tio, medio, an fine huius illiuſue medietatis; aliunde inquirendum.

*Quid hic ſignificet dimidiū.* 11. Exiſtimo 3. non eſſe ſpernendam Salmeronis annotationem, [illegible] non ita præcisè capiendum eſſe hoc loco *dimidium*, vt partes huius heb[illegible] omnino debeãt æquales exiſtere, & æquè ab extremis diſtare; hoc eni[illegible] dium Mathematicum: hîc verò ciuiliter accipitur, more Scripturarum [illegible] *lud quod eſt inter duo extrema, medium habetur & vocatur, etiamſi non æqualiter [illegible] illis.* Ita dicitur Pſ. 73. *operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Et Habacuc, v. 2. [illegible] *annorum viuifica illud.* Et Sap. 18. *nox in ſuo curſu medium iter haberet.* Ide[illegible] Sanctius: quam explicationem meo iudicio, ſine cauſa idonea redarg[illegible] nus ad an. m. 3516. num. 93. Fatentur enim omnes, medium à dimi[illegible] ſed in hoc conueniunt, quod & medium & dimidium, laté & vulga[illegible] quandoque poſſint accipi, pro eo quod non æqualiter diſtat ab extre[illegible] fecit vulgatus interpres Iſa. 38. v. 10. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, [illegible] portas inferi.*

*Quædam interpretationes ineptæ.* 12. Omitto obſoletas quaſdam explicationes, quæ nomine Chriſti [illegible] canum, vel Herodem Agrippam intelligunt, vel abolitionem ſacrificij [illegible] hic eſt ſermo, vſque ad Antichriſtum differunt. Hoc enim ad primum C[illegible] aduentum ſpectat, cuius morte, ita legalia ſunt obolita, & mortua, [illegible] tim eſſent mortifera, ſed Synagoga cum honore ſepeliretur, vt ex [illegible] Theologorum & ſacrorum interpretum ſententia conſtat: quia v[illegible]

Leo hom. 8. de Paſſione, *omnes differentias hoſtiarum, vna corporis & ſanguinis Chriſti implet oblatio.*

## QVÆSTIO XXIV.

## *Vtrum iſtæ hebdomades conſtent annis Lunaribus.*

1. ID affirmant Theodoretus, Beda, Rupertus, Zonaras, Albertus, Pererius, *1. Opinio affirmat.* Torniellus, Gordonus, Salianus &c. nec aliud aſſerere poſſunt, quicumque anno 20. Artaxerxis Longimani poſt Xerxis obitum ſupputato hebdomadas inchoant, eaſque ſub Chriſti mortem finitas volunt, vt bene aduertit Salianus, ad an. m. 3609. vbi num. 9. ait, id non obſcure innuiſſe Angelum, quando has hebdomadas vocauit abbreuiatas, vtpote per ſingulos earum annos, vndenis diebus decurtatas. Quinam verò auctores æram hebdomadum ab illo anno 20. aduocent, & quas ob cauſas ſupra diſputatum eſt, q. 19.

2. Alij, vt in alijs Scripturæ locis, ita in præſenti, annorum ſolarium ſummam *2. Opinio vtrimque negat.* intelligũt, quorum ſinguli ſi communes fuerint, conſtant diebus 365. biſſextiles verò 366. Eſt Cedreni, Lyrani, Driedonis, Lucidi, Galatini, Genebrardi, Hebræorum paſſim, Sanctij, Deckerij, Cornelij, Petauij, & magis in hanc, quam in aliã partem inclinat Salmeron illo proleg. 43. & Suarius illa ſec. 2. Nec aliud ſentire poſſunt, qui regum Perſarum & Græcorum annis 490. hebdomadas definiunt, vt Tertullianus aduerſus Iudæos, cap. 8. Euſebius lib. 8. demonſt. 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, & quotquot per alienorum principũ ætates has annorũ hebdomadas impletas eſſe contendunt, inquit Sanctius. n. 67. ſubaudi ſi annos 490. ſupputent; qui enim ſolum 475. colligunt, ij Lunaribus annis vtuntur. Itaq; ſolares hîc annos computãt Cyrillus Ieroſolym. S. Chryſoſtomus, Origenes, Hippolytus, Sulpitius, Paulus Burgenſis, Vatablus. Ratio *Ratio.* eſt, quia nullum prorſus indicium habemus, quo vel ſacra Scriptura, vel Synagoga Hebræorum vnquam, à tempore Moyſis, vſq; ad noſtram ætatem videatur per ſeptenniũ, nedum per ſeptem ſeptuagenas annorum annis purè Lunaribus (quorum ſinguli diebus 354. abſoluantur) tempora definiuiſſe. Vtebantur quidem olim Hebræi, ac etiamnum vtuntur menſibus Lunaribus, ordinariè alternis 29. & 30. dierum, annumq; communem 12. menſibus abſoluũt, ſed anno tertio, aut etiam ſecũdo menſem tertium decimũ adiungunt, quem ipſi Veadar nominant, vt dicebam Opuſc. de annis Dom. &c. cap. 14. Neque lex permittebat vſum annorum purè lunarium, quippe, quæ cauebat vt Paſcha circa æquinoctium Vernum; inde ſeptem dierum hebdomadibus interiectis Pentecoſte celebraretur. Vnde bene in hunc locum Lyranus: *falluntur, qui putant Hebræos talibus annis vſos aliquando; alioquin tota Veteris inſtrumẽti ſeries vacillat.* Quocirca, non eſt opus, hoc loco, exoticam aliquam plurium annorum computationẽ excogitare, alibi in tota Scriptura nuſquam vſitatam, apud Hebræos inauditam.

3. Duo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a.



3. Duobus autem modis anni ſolares huc admittuntur. 1. Si anno ... mani ex quo in regni conſortium à patre vocatus eſt, conſtituamus ... manarum, vt faciunt Deckerius & Petauius. 2. Si ad annum ſeptimum ... poſt occiſum Xerxẽ imperantis figatur hæc epocha, vt q. ſequẽti ...

*Quidam 1. opinionis aſſecla ſibi nõ conſtãt.*

4. Sunt quidem & numero & auctoritate Scriptores planè ... annos lunares hic vſurpant: pleriſque tamen hoc in negotio poteſt ... ceptio, dum in ſua ſententia explicanda, aut ſecum, aut cum veritate ... decepti velitantur. Paucorum è multis ratiocinia propius inſpiciamus ... doretus clariſſimè ait Chriſtum prædicaſſe, fluente vltima hebdomade ... nio, & ferè trimeſtri, mortuum in medio ſeptuageſimæ hebdomadis ... eiuſdem hebdomadæ partem Apoſtolos nouo teſtamento confirmando ... pendiſſe. Docet quoque ſeptuaginta hebdomadum interuallum ab ... Longimani exortum, annis 475. ſolaribus contineri. Annum iſtũ 20. ... cum 4. Olymp. 83. bene componit Africanus apud S. Hieronymum ... Pererius 3. p. huius diſp. Torniellus in Tabulis, Salianus ad an. m. ... notaui ad Tabulas expanſas in Longimano. Certum eſt autem hunc ... Olymp. 83. inijſſe anno ante Vulgarem æram Chriſti 445. ſicut ... poſſunt hebdomades, quam anno ante Chriſti 444. huic adde annum ... Chriſti, conſient anni 475. qui finiuntur anno Domini 32. hinc ... nium, quod Theodoretus Apoſtolis poſt Chriſti necem tribuit, ... an. æræ Chriſti 29. in quem ex Theodoreti calculatione paſſio Domini ... ret: quod nulla ratione fieri poteſt. Vide errores à Theodoreto, in ... dis 70. hebdomadum annis commiſſos, ſupra q. 15. Eodem prorſus ... cedit Zonaras, ita vt horum teſtimonia, in hac lite iuſtam ... nem. Sed ad recentiores veniamus.

*Pererius explicatur*

5. Ioannes Lucidus terminum hebdomadarum reijcit in annum ... Paſſione, eumque putat fuiſſe 490. ſolarem ab anno 20. Artaxerxis ... ſunt ἀσύστατα, neque ad annos Lunares vllo modo quadrare poſſunt ... annum 20. regis Longimani fatetur fuiſſe quartum Olympiadis 83. ... nem Domini ſignat anno 4. Olymp. 202. æræ Chriſti 31. die 3. Aprilis ... autem 4. Olymp. 83. inijt anno ante Chriſti ęram 445. vnde exurgunt ... incluſis terminis ab anno 20. Longimani, vſque ad annum paſſionis ... Ergo Chriſtus non eſt mortuus ante finem hebdomadarum, quæ ... non niſi 475. annos ſolares complectuntur. Reſpondet hoc interuallum ... nes per Olympiadas inſtituantur, reperiri quidem annos 477. ſed ... vſum ſupputatione excluſiua, vt integrum numerum 70. hebdomadarum ... meret, & ſic annos ſolares tantum 475. numeraſſe. Sed in primis non ... Angelus dicatur excluſiuam annorum ſupputationem adhibuiſſe; ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dixit ab anno quo ſermo exibit, ſed *ab ipſo exitu ſermonis*, hebdomadas inchoari, & ſic terminos hebdomadum non conſtituit annos edicti & paſſionis, ſed tempus edicti & Paſſionis Chriſti. Adhæc annus 4. Olympiadis 202. quem ipſe ait eſſe annum Paſſionis totus excluditur à numero hebdomadum: ſiquidem vt ipſe vult, expletæ ſunt, antequam oriretur annus 4. Olymp. 202. qui cœpit ad æſtatem anni Chriſti 32. nempe octo vt minimum ſolidis menſibus, ante diem illum 3. Aprilis, quem Pererius Dominicæ paſſioni & legis antiquæ abrogationi conſecrat. Itaque ex hac opinione, reuera Chriſtus poſt hebdomadas ſeptem & ſexaginta tres occiſus eſt: Angelus autem ponit 7. & 62. Quonam igitur pacto vera cenſebuntur, quæ ab eodem Pererio ſcripta retuli quæſt. præced. num. 3. & 5. nempe Meſſiæ mortem in ſeptuageſima hebdomade fuiſſe; atque in dimidio vltimæ hebdomadis antiquæ legis ſacrificia defeciſſe.

6. Non minori difficultate premuntur Saliani ratiocinia, qui anno ante *Monetur* vulgarem Chriſti æram 445. dat hebdomadibus initium: mortem autem Chri- *Salianus.* ſti, qua ipſo iudice legis veteris ſacrificia expirarunt, anno Vulgaris æræ 33. cōſignat, ex his enim conflantur anni 478. incluſis terminis. Vnde fateri debet 1. hebdomadam ſeptuageſimam, nulla ſui parte attigiſſe paſſionem Saluatoris, contra ſua effata quæſt. præced. relata. 2. Veram eſſe hanc ſententiam: Chriſtus paſſus eſt poſt 7. & 63. hebdomadas; eſto Angelus non niſi 7. & 63. hoc interuallo deſignarit.

7. Illud: *ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt*, συνετμήθησαν ita accipiendū eſt, *Quo ſenſu* vt ab Hebræo fonte nō diffideat, qui nullo modo decurtationē ſignificat, quaſi *70. hebdomades abbreuiatæ dicantur.* ſingulis annis vndecim dies ſublati fuerint, ſiue Solares hic annos, ſiue Lunares computare velis. Verbum enim *nechtach*, idem valet quod deciſum, præciſum, definitum, conſtitutum, determinatum eſt, nec magis ad exigui, quam longi temporis ſpatium refertur. Non dicuntur igitur *abbreuiatæ*, quod annis purè lunaribus conſtent, ſed quia Deus paucas illas præcisè definiuit. Vnde bene ſuggerit Sanctius ex communi ſententia in hebdomadum abbreuiatione, definitionem ſeu decretum breuis ſpatij conſiderari, vt faciunt Theodoretus, Lyranus, Galatinus, Suarez. Dionyſius, Ianſenius, Vatablus. Quam interpretationem amplectitur Salianus, ad an. m. 356. num 88. vbi ait, eo ſenſu hebdomadas dici abbreuiatas, quo dicuntur dies abbreuiati Mat. 24. v. 22. *niſi breuiati fuiſſent dies illi*, perſecutionis ſcilicet Antichriſti, *id eſt*, inquit, *pauci conſtituti fuiſſent. ſic breuiatæ dicuntur* (latino textu) *hebdomades, quia paucæ futuræ ſunt, habita ratione temporis elapſi ab Orbe condito, à cuius initio promiſſus eſt Meſſias.* Adde vel comparatione ſpatij, quod Deus ab æterno abſolutè decernere potuiſſet. Idem ſentit Cornelius Dan. 9. v. 24. & Petauius qui ait noſtrum interpretem vſum vocabulo abbreuiandi, ſiue quod ex incerto, & infinito tempore ad certum & conſtitutum

P. H. Philipp
Chronolo Vet: Testam
A IV 17



ſpatium prophetico Vaticinio, & diuina ordinatione contracta ſit ad Meſſiæ, & eius in carne Oeconomia, ſiue ob rationem iam ex Saliano *quemadmodum in ſenectute vita hominis abbreuiata dicitur.*

*Quid ſi anni purè lunares fuiſſent.*

8. Si annos Lunares ſine emboliſmo propugnarem, *primò fateret*, plurium annorum hebdomadē, nec vllo alio Scripturæ loco, neq; locum habere: Angelum tamen eam obſcuritatem adhibere potuiſſe, ſtea Arabes talem annorum formam inſtituerunt, & obſeruarunt. *Surdi*, inquit, Salianus ad an. m. 3609. num. 9. *Angelum in obſcura, prophetia, vti annis illi quidem populo vſitatis, Lunaribus videlicet, non tamen tatum modum, propter omiſſos emboliſmos*. Enimuero negari non poteſt, nielem, quædam verba præter communem morem accipi: ſic dimidio, vocat tempus, tempora, & dimidium temporis, & ſeptem bus Nabuchodonoſor inter beſtias egit, ſeptem tempora nominat. Suarius, ſi per annos ſolares emboliſmo reiecto, non alia ratione, explicari poſſent, non dubitarit illas ita accipere. *Secundò* Paſſioni deputarem annum 32. æræ Chriſti, eundemque vltimum vltimæ heb deſinentem, vel annum 31. eiuſdem æræ, & 489. hebdomadum; ad annum 444. ante Chriſti epocham alligato.

## QVÆSTIO XXV.

### *Vtrum ſeptuaginta hebdomades ab anno ſeptimo Artaxerxis Longimani exurgant.*

*Multi id negant. idque ſex argumẽtis*

1. ID plerique aut diſertè, aut tacitè negant, qui alicui præcedentium num ſuffragantur, quod ſex argumentis ſpecie tenus adductis fonſus Salmeron, illo prolegomeno 43. *Primò*. Quia Eſdras non ſolymam veniſſe, vt ciuitatem, ſed vt cultum diuinum inſtauraret. Vrbem reſtaurandam non accepit pecuniam: etenim ea quam rex erat ad tantum opus nimis exigua. *Tertiò*, Si Longimanus per Eſdram mœnium ruinas ſuſcitandi copiam fecit; cur non iure meliori dicemus & Darium, idem indulſiſſe? *Quartò*, ſi hoc, anno ſeptimo Artaxerxis eſt Eſdræ; quid opus erat poſtea anno 20. Nehemiam à rege diſcedens Iudæam ſeſe conferre? *Quintò*, cur ſolus Nehemias laudaretur tanquam & maximè murorum inſtaurator? *Sextò*, quomodo inde hebdomadas deduci & ad tempus paſſionis Dominicæ accommodari poſſet?

*Opinio auctoris.*

2. E contrario nullius hac de re calculantium placita mihi magis videntur, quàm eorum, qui hiſce hebdomadibus computandis ab anno ſeptimo Longimani ordiuntur. Eſt Cedreni, Sanctij, Cornelij

elli ſententiæ magis fauet Salmeron, quam huic. Poſtquam enim egiſſet de anno 20. Artaxerxis; quod ſi, inquit, retrocedamus, per 13. annos, dicendo initium hebdomadas numerandi ſumendum eſſe à ſeptimo anno Artaxerxis, quando miſit Eſdram ſcribam non à vigeſimo eius anno, quando miſit Nehemiam; eſſent præcisè 70. hebdomades, additis tribus annis poſt Chriſti mortem, cum dimidio, in quo verè terminandæ ſunt. Sæpius etiam inculcat Chriſtum paſſum eſſe, non in fine, ſed in medio poſtremæ hebdomadis. Hos annos vult eſſe ſolares, & methodum per Olympiadas tempora metiend' eſſe exactiſſimam; quam tamen fatetur vitioſam fore, ſi hebdomadum origo ad annum 20. Artaxerxis reducatur. Huc etiam venire compelluntur, qui hîc annos ſolares putant, vnicum tantum regnandi initium in Longimano agnoſcunt, & ſub paſſionis Dominicæ tempus hebdomadum interſtitium concludunt. Vide auctores q. præced. num. 2. recenſitos.

3. Vt hæc ſententia facilius intelligatur, meminerit Lector Artaxerxem Longimanum occiſo Artabano imperare cœpiſſe anno 1. Olymp. 79. vel inſtante, vel potius currente, vt alibi declaraui. *Deinde* in annis Longimani prius occurrere menſem Casleu, qui Hebræis eſt nonus, quàm Niſan, qui eſt primus menſis anni ſacri, vt 2. Eſdræ cap. 1. & 2. annotabam. Cum igitur annus ſeptimus Longimani currente anno ante Chr. 458. inierit, vt ex tabula annorum expanſorum patet; menſis primus, quo Eſdras ſeſe Ieroſolymam verſus, in viam dedit, incidit in 3. Olymp. 80. iam penè deſinentem. Menſis verò quintus quo Ieroſolymam peruenit, currebat cum anno 4. Olymp. 80. anno ante Chriſtum 457. cui ſi adijciatur annus 33. æræ Chriſti, exurget 490. ſiue vltimus vltimæ hebdomadis, tunc inceptus, & anno ſequenti, hoc eſt, triceſimo quarto æræ Chriſti finitus. Pari modo annus hebdomadum 484. qui eſt primus vltimæ hebdomadæ, orietur anno Dom. 27. & 28. finietur Iulio Silano & Silio Nerua Coſſ. quibus inijt 15. Tiberij.

*Tria hic notanda.*

4. Tertiò meminerimus Chriſtum paſſum vel anno 32. æræ Vulgaris, Ahenobarbo, & Vitellio Coſſ. vt plerique tradunt cum Baronio, vel anno 31. Tiberio V. & Seiano Coſſ. vt volunt Deckerius, Petauius, Bucherius. Qua de controuerſia latè egi *Opuſc. de annis Saluatoris.* Itaque ex ſententia Baronij Chriſtus baptizatus eſt, poſt ſeptem & ſexaginta duas hebdomadas, nempe, hebdomade 70. non primo menſe, nec primo anno, ſed ſub medium anni ſecundi iſtius hebdomadæ, anno 29. æræ Chriſti die 6. Ianuarij duobus Geminis Coſſ. cruci verò affixus anno Dom. 32. ætatis ſuæ 34. inchoato ſub medium anni quinti 70. hebdomadis, nimirum in medio huius hebdomadis, non Mathematicè, ſed moraliter ſumpto, ſiue in poſteriori medietate, vt dictum quæſt. 23. numer. 10. & 11. Ex ſententia verò Deckerij, Chriſtus eſt ſub

*Quando paſſus Chriſtus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a



medium anni quarti, baptizatus ſub medium anni primi poſtremæ
dæ, quod mihi ſemper viſum eſt valdè probabile.

*Probatur opinio auctoris.* 5. Quod ſub aduentum Eſdræ, edicta aliqua Longimani prom
rint, teſtatur ſacra pagina 1. Eſdræ 8. v. vltimo. *Dederunt autem edicta*
*qui erant de conſpectu regis, & Ducibus trans flumen.* Hæc autem edicta
lum de rebus ad religionem & cultum diuinum proximè ſpectan
etiam de Vrbe inſtauranda, vt bene conijciunt Cedrenus, Sancti
lius, Deckerius, Petauius. Nec deeſt huic explicationi ex Scriptura
tum, 1. Eſdræ 7. v. 6. *Dedit ei* (Eſdræ) *rex, ſecundum manum Domini Dei*
*omnem petitionem eius.* Non eſt autem dubium quin Eſdras pro
maximè, templo iam reſtituto, deſiderauerit, ac petierit Vrbis
ad templi præſidium & ornamentum, vt bene ponderat Cornelius
v. 9. Eſdras de Deo loquens: *inclinauit*, inquit, *ſuper nos miſericordiam*
*rege Perſarum, vt daret nobis vitam & ſublimaret domum Dei noſtri, & extrue*
*dines eius, & daret nobis ſepem in Iuda & Ieruſalem.* Quid enim eſt hoc
pli *ſolitudines extruere*? quid *dare ſepem in Iuda & Ieruſalem*? non eſt
cam denuo ſtatuere, quæ iam ante ſub Dario Hyſtaſpis reſtituta
Vrbis atque adeò mœnium inſtaurationem indulgere, tum vt
nio reuerſi tutas ibi ſedes figerent, tum verò maximè ne templum,
tis iam donarijs auctum & pluribus augendum, necniſi vnum in
diuino cultui dicatum erat, in pago, veluti ſolitudine quadam
hoſtium incurſibus expoſitum videretur. Huc accedit, quod quidam
rum dicebant Nehemiæ: *murus Ieruſalem diſſipatus eſt, & portæ eius*
*igni.* 2. Eſd. 1. verſ. 3. non vtique à Nabuchodonoſore, ſed vicinis
rum hoſtibus, qui pijs Eſdræ conatibus obſiſtebant. Ex quibus
babiliter colligimus poteſtatem Vrbis reparandæ ædiſque ſacræ,
quadam muniendæ prius Eſdræ conceſſam, quàm Nehemias
cogitaret, ſiue hic eiuſdem facultatis confirmationem, & quaſi
tum habuerit, quod valde probabile eſt, ſiue non.

*Ad 1. arg.* 6. Ad *primum* Salmeronis Argumentum facile eſt dictu Nehem
niſſe quidem Ieroſolymam, vt cultum diuinum promoueret, ſed
ſpectaſſe, vt templum totius regni vnicum eſſet in Vrbe
que Eſdræ facta eſt ſolum poteſtas templi ſacrificia & cæremo
randi: ſed etiam *iudices ac præſides conſtituendi.* 1. Eſdræ 7. verſ.
*extruendi ſolitudines*, & erigendi *ſepem in Iuda & Ieruſalem.* 2. Eſd
verſ. 9.

*Ad 2.* 7. Ad *ſecundum* dici poteſt: Regi propoſitum erat, non erogare
pecuniæ, quantum Vrbi & muro vndique reparando ſatis eſſet: ſed

aliquod pro arbitrio largiri. Ad *tertium*, ante oſtenſum eſt factam à Cyro & Dario Ciuitatis rurſus extruendæ poteſtatem. Ad *quartum* bene replicat Sanctius Nehemiam à rege Perſarum non ſolum poſtulaſſe Vrbis inſtaurandæ copiam, quam iam habebant Iudæi: ſed potius vt Ieroſolymam proficiſci liceret, & eos iuuare qui in Vrbis reſtituendæ opus incumbebant, arduum ſanè & prolixum, quod plures exigebat manus, & tales ſumptus, quales ab Eſdra & ſocijs non facilè, nec niſi longiori tempore poterant ſuppeditari. Ad *quintum*, cur ſolus Nehemias ab Eccleſiaſtico laudetur ſupra indicabam q. 19. numer. 5. Sed alij ad Eſdram etiam huius gloriæ partem deriuant, vt Africanus & Euſebius apud S. Hieronymum Dan. 9. quibus ipſe aſſentiens Epiſt. ad Paulin. *Eſdras*, inquit, *& Nehemias inſtaurant templum, & muros extruunt ciuitatis.*

*Ad 3.* *Ad 4.* *Ad 5.*

8. Ad poſtremum iam data eſt reſponſio, tum verbis Salmeronis num. 2. relatis, tum ratiocinijs numer. 4. propoſitis. Imò Cornelius hic concl. 2. ait, à poſteriori certum videri, ab anno ſeptimo Artaxerxis inchoandas eſſe has 70. hebdomadas, eaſque tribus annis poſt Chriſti mortem finiri. Quod de annis completis verum eſt ex opinione Deckerij & Petauij; ex Baronij verò ſenſu de inceptis tantùm.

*Ad 6.*

9. Fateor equidem probabiles eſſe ſupputationes eorum, qui haſce hebdomadas educunt ab anno 20. Artaxerxis, poſt Artabani interitum imperantis, vel etiam à parente in regni conſortium adſciti: malo nihilominus eas ab anno ſeptimo illius accerſere & annis 490. ſolaribus concludere. Siquidem lunares nullâ interpoſitione emboliſmi ſimplices, nuſquam mihi vel in diuinis codicibus, vel apud Moſaicæ legis aſſeclas reperire licuit, nec ſcimus, vtrum & quando Artaxerxes cum Xerxe regnare cœperit, eò quod anno ſeptimo ab obitu parentis videatur Eſdram Sacerdotem in Iudæam miſiſſe. Inde, ſi annos 490. quales alias Scriptura vſurpat, numeremus; erunt vſque ad Chriſtum Ducem ſexaginta nouem annales hebdomadæ, & paſſionem Chriſti, legaliumq; abolitionem, in dimidio poſtremæ hebdomadis, deprehendemus. Itaque ſine pertinacia Danielis hebdomadas ordior anno 7. Artaxerxis Longimani deſinente, ab Orbe creato 3584. Olymp. 80. quarto ineunte, vel fortè inſtante: Vrbis conditæ 297. à rege Cyro 103. à caſu templi 134. denique ante vulgarem epocham nati Saluatoris 457.

*Concluſio.*

---

## DAN. X. v. 1. & 4.

VErſ. 1. *Anno tertio Cyri regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli.* Hic annus non fuit tertius, ex quo primum Cyrus apud Perſas inierat regnum; ſed ex quo Chaldæorum adeptus erat imperium, vt docent Cornelius & alij mox v. 4. recenſendi. Anno enim primo captiuitatem ſoluerat. 1. Eſdræ 1. Anno ſecundo

*Hic annus erat tertius Monarchiæ.*

cundo Iudæi templum & Vrbem inſtaurare conati ſunt, ſed vicin
lumnijs opus eſt impeditum ib. cap. 4. Anno tertio Danieli lugenti
hæc viſio. Recole, quæ de annis Cyri diſputata ſunt 2. Paralip. 9.

*Quoto anno ante Chr.*

Verſ. 4. Die autem vigeſima & quarta menſis primi &c. Calui
ſcribit anno ante vulgarem æram Chriſti 529. cyclo Solis 13. lit. F. L
næ 5. die 5. Aprilis fer. 7. Capellus anno 537. Malo cum Torniello, Sa
tauio reuocare ad annum 535. cyclo Solis 7. lit. Domin. F. cyclo Lun
ctà 12. Sic dies iſta 24. Niſan haud procul aberat à die 10, Aprilis fer.
tè ad annum præcedentem id reuocari poſſit: ſiquidem annus tertius C
cupat partem anni Iuliani ante Chr. 536. partem 535.

## DAN. XI. v. 1.

E*Cce adhuc tres Reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus*
verbis non prædicitur, poſt Cyrum, tres tantum reges futuros
pore imperij Regis Perſarum: ſed prius tres futuros in Perſide reg
ſurgat quarto loco princeps opulentiſſimus, nempe Xerxes, quia
Cyrum regnauit Cambyſes, Smerdis, Darius Hyſtaſpis. Simili loq
mula ſacer textus narrat, Saulem prius biennium regnaſſe, quam el
tria millia de Iſrael, iuxta notas 1. Reg. 13. v. 1.

## DAN. XIII. v. 1. & 65.

*Historia Suſannæ.*

E*Rat vir habitans in Babylone.* Hic ordo temporis non ſeruatur. Q
nim ea quæ præcedentibus capitibus legimus acciderunt, Dani
minimum octogenarius, anno 3. Cyri, etiamſi ſeptennis fuiſſe
quia Babylonem migrauit, anno Ioakim tertio vel quarto ineunte
buchodonoſor & ſucceſſores eius imperarunt, annos ſeptuaginta,
Cyri Monarchiam, cuius anno 3. Danieli oblata eſt viſio cap. 10. 11.
pta. Quando Daniel Suſannam liberauit, necdum iuuentutis an
ſerat, vt indicat verſ 45. huius capituli, *cumque duceretur ad mortem,*
*Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioris cui nomen Daniel.* Vnde bene m
cti interpretes, hanc hiſtoriam ordine temporis inter caput 1. & 2.
bri inſerendam eſſe; in Græcis Codicibus, Synopſi Athanaſij, & ve
rabica deſcribi 1. capite, ac videri eam fuiſſe primam Danielis prop
ſiquidem iudicio de Suſanna peracto, *Daniel factus eſt magnus in conſpectu*
*li, à die illa & deinceps,* v. 64. quando vero ea præſtitit, quæ proxime

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibus capitalis conſignata ſunt, iam erat in magna apud omnes æſtimatione. At quonam præciſè tempore geſta ſint, quæ hic de Suſanna referuntur, non conſtat.

Verſ. 65. *Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.* Theodoretus hæc refert ad finem cap. præcedentis, Pererius ad calcem cap. 9. nonnulli arbitrantur his verbis ſignificari hiſtoriam Suſannæ tempore Aſtyagis contigiſſe. Sed communior ſententia cenſet hæc verba nullam habere cum præcedentibus connexionem: ſolum autem eſſe titulum eorum, quæ ſequenti capite referuntur, vt intelligamus ſequentes hiſtorias, de Bel, & Dracone, poſt obitum Aſtyagis contigiſſe. Ita Lyranus, Hugo, Carthuſianus, Sanctius, Torniellus, Cornelius. Fauent translationes, Græca & vtraque Arabica, ſcilicet Antiochena & Alexandrina, quæ hunc verſiculum non attexunt fini capitis antecedentis, ſed illo caput decimum quartum auſpicantur. *Quando id contigerit.*

Vt ea quæ apud Danielem, capite præſertim 11. & 12. legimus, clare intelligantur, fateor equidem, apprimè vtilem ne dicam neceſſariam videri Chronographiam regum Perſarum, Alexandri Magni, eiuſque tum in Ægypto, tum in Syria ſucceſſorum; eam nihilominus hic non trado, quandoquidem de Perſarum Monarchis egi 2. Paralipom. q. 3. 1. Eſdræ q. 2. 3. 4. De regibus Ægypti & Syriæ, qui Alexandrum Magnum ſecuti ſunt, agam Deo fauente, ad initium lib. 1. Machabæorum, vnde ſine labore peti poterunt, quæ ad haſce prophetias ſpectare videbuntur.

NOTÆ

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a



NOTÆ ET QVÆSTIONES
CHRONOLOGICÆ,

# IN PROPHETAS MINORES.

## QVÆSTIO PRIMA.

### *Quinam, & quibus ſub Regibus vaticinati ſint Prophetæ.*

1. BENE aduertit Ribera præludio 2. in minores Prop... Hebræos agnoſcere quidem Moyſen & Daniel... gnes fuiſſe prophetas, horum tamen duorum libro... recenſeri inter monimenta cæterorum propheta... Nam Pentateuchum Moyſis ipſi Thora, id eſt, ... appellant, quæ eſt *pars prima* Bibliorum Hebraicorum, ... quam conijciunt etiam Cantica Canticorum, R... mentationes Ieremiæ, Eccleſiaſten, & volumen Eſther. *Secundam partem* ... cant Prophetas priores, quæ continet libros [illegible]ue, Iudicum, Samuelis ... totidem Regum. *Tertia parte*, quam Prophetas poſteriores indigitant, ... ctuntur Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & eos duodecim qui nobis Prophe... tæ minores appellantur. *Quarta pars* illis complectitur Pſalmos Dauid... uerbia Salomonis, Iobum, Danielem, Eſdram, Nehemiam, & Verba dierum, hoc eſt, duos libros Paralipomenon. Vide Prologum Galeatum S. Hieronymi ad calcem Bibliorum Latinorum Sixtinæ editionis, in quo fuſius & clarius cenſentur libri apud Hebræos Canonici.

*Prima pars Bibliorum apud Hebræos.*
2.
3.
4.

2. Nos autem minores Prophetas eos nominamus, quorum oracula ...

decim libellis ſignata habemus, & hoc ordine in Latinis & Hebræis codicibus diſponuntur.

| *Latinis & Hebræis.* | *Apud 70. verò.* |
| --- | --- |
| 1. Oſee. | 1. Oſee. |
| 2. Ioel. | 2. Amos. |
| 3. Amos. | 3. Michæas. |
| 4. Abdias. | 4. Ioel. |
| 5. Ionas. | 5. Abdias. |
| 6. Michæas. | 6. Ionas. |
| 7. Nahum. | 7. Nahum. |
| 8. Habacuc. | 8. Habacuc. |
| 9. Sophonias. | 9. Sophonias. |
| 10. Aggæus. | 10. Aggæus. |
| 11. Zacharias. | 11. Zacharias. |
| 12. Malachias. | 12. Malachias. |

Ordinem quem 70. Seniores exhibent, non ſolum in editione Sixti V. videmus: ſed etiam apud S. Hieronymum prologo in Ioelem legimus, & apud S. Gregorium Nazianzenum, in Carmine *de Veris libris* &c. niſi quod hic Ionam Abdiæ præponat.

3. Nec obſtat prædictis quod S. Hieronymus præfatiuncula in 12. Prophetas ſcribit: *non eſt*, inquiens, *idem ordo duodecim prophetarum, apud Hebræos, qui eſt apud nos.* Ibi enim non de ſua translatione, quæ eſt noſtra vulgata, loquitur: ſed de verſione Septuaginta, & Latinis codicibus ex ea redditis, vt bene Ribera & alij monuerunt.

*Latina Biblia duplicia.*
1.
2.

4. S. Auguſtinus lib. 18. ciuit. cap. 27. dum agit de diebus ſiue temporibus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ, ſub quibus prophetauerunt, Oſee, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, *tenduntur*, inquit, *hi dies à rege Latinorum Phoca, ſiue ſuperiore Auentino, vſque ad regem Romulum, vel etiam vſque ad regni primordia ſucceſſoris eius Numæ Pompilij.* Quæ cum meis ratiocinijs ſatis congruunt: conſtat enim primum regem Iuda, ſub quo minorum prophetarum primi ſua vaticinia ſunt auſpicati Oziam, ſiue Azariam fuiſſe. Vltimum verò principem ſub quo poſtremus horum vatum Malachias prophetauit, pleriq; Artaxerxem Longimanum putant. Opinor autem Oziam regnare cœpiſſe, circa annum 7. Phocæ: Ezechiam vero exceſſiſſe ad annum 14. aut 15. Numæ Pompilij.

*Ante Romulũ quidam prophetarunt.*

*Quis Rex Latinorũ, tempore Oziæ regis Iuda.*

5. Reges, quorum temporibus ſuas prophetias hi 12. ſancti Vates notarunt, ſunt Ieroboam, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Ioſias, Darius Hyſtaſpis, & Artaxerxes Longimanus, quorum duo poſtremi Perſis; reliqui Iudæis imperarunt, excepto Ieroboam, qui fuit rex Iſrael. Quoto autẽ

*Reges ſub quibus 12. prophetæ claruerũt.*

mundi, quoto ante vulgatem æram Chriſti, ſinguli ſuum regnum a
quot annos Chronologicos regnauerint; ſequens indiculus oſtendit,
meæ tabulæ eos annos probabili & bona fide repræſentant.

*Indiculus regum. ſub quibus Propheta minores vaticinati ſunt.*

| Ordo & nomina Regum. | Regnauit annos Chronologicos. | Ab anno ante Chriſtum. | Ab anno Mundi. |
|---|---|---|---|
| 1. Ieroboam II. Rex Iſrael. | 41 | 827 | 3214 |
| 2. Ozias rex Iuda. | 52 | 812 | 3229 |
| 3. Ioatham rex Iuda. | 16 | 760 | 3281 |
| 4. Achaz rex Iuda. | 15 | 744 | 3297 |
| 5. Ezechias rex Iuda. | 29 | 729 | 3312 |
| 6. Manaſſes rex Iuda. | 55 | 700 | 3341 |
| 7. Ioſias rex Iuda. | 31 | 643 | 3398 |
| 8. Darius rex Perſarum. | 36 | 521 | 3520 |
| 9. Longimanus rex Perſarum. | 40 | 464 | 3577 |

6. Habito mundi anno, vt aliarum ærarum annos, ex mea ſuppoſitio
colligas, ſic procedes.

| Tolle de annis mundi. | vt habeas annos à |
|---|---|
| 1656 | Diluuio tranſacto. |
| 2038 | Nato Abrahamo. |
| 2113 | Promiſſione Abrahæ facta. |
| 2138 | Nato Iſaac. |
| 2198 | Nato Iacob. |
| 2328 | Deſcenſu Iſrael in Ægyptum. |

P. H. Philipp
Chronolo Vet: Testam
A IV 17a

| Tolle de annis mundi. | vt habeas annos à |
|---|---|
| 2463 | Nato Moyſe. |
| 2543 | Exodo, Manna, lege Hebræis data. |
| 2583 | Ingreſſu in terram promiſſionis. |
| 2856 | Excidio Troiæ. |
| 2979 | Regno Dauidis, mortuo Saule. |
| 3022 | Templo Salomonis ædificari cœpto. |
| 3059 | Initio regni Iſrael, mortuo Salomone. |
| 3254 | Reſtauratis ab Iphito Olympiadibus. |
| 3287 | Vrbe condita. |
| 3432 | Seruitute Babylonica, anno 1. Nabuchod. inchoata. |
| 3450 | Exciſa à Nabuchodonoſore Ieroſolyma. |
| 3481 | Regno Cyri apud Perſas. |
| 3503 | Inita à Cyro Monarchia. |
| 3520 | Templo Ieroſolymis inſtaurato, tempore Darij Hyſtaſpis. |
| 3531 | Exactis regibus. Primis Coſſ. Romæ creatis. |

7. Hinc colliges v.g. Ioatham filium Oziæ regis Iuda regnare cœpiſſe anno mundi 3281. à diluuio 1625. à Natali Abrahæ 1243. à Promiſſione 1168. ab Exodo 738. Hi enim numeri reſultant, ſi prænotata fiat ſubtractio ab anno m. cui primordia Ioathami adſcribo. Eadem eſt ratio de annis aliorum regum ad haſce æras legitimè, vt puto, reducendis. *Quando Ioatham regnare cœperit.*

8. Cyrus apud Perſas anno 1. Olympiad. 55. ante Chriſtum 559. regnare quidem cœpit; ſed non ante 22. iſtius regni annum laxauit Iudæorum captiuitatem, vt alibi diſputabam. Quibus animaduerſis, facilè intelligentur, & cum noſtris rationibus conferentur, quæ Ribera illo præludio 2. latè diſputat, & perſtringit Cornelius hic in Harmonia Chronologica. Vide Tabulas annorum expanſorum, & Epochas nobiliores ad calcem Manualis Chronologici V. T. declaratas.

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17 a



NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN PROPHETIAM OSE

*Diu prophetauit Oſee.*

CAP. I. v. 1. *Verbum Domini quod factum eſt ad Oſee, filium Beri, in diebus Ozia, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda.* Hinc bene colligunt interpretes, prophetias Oſee, quantumuis ſermonibus breuibus ... go nihilominus tempore editas, & per interualla diſtinct ... quidem Ozias regnauit annos 52. Ioatham 16. Achaz etiam ad 16. ... gni ſui annum, Ezechias ad 29. Non tamen hiſce omnibus annis Oſee pro... tauit, cum prius aliquanto tempore Ozias regnauerit, quam Oſee va... tur, & veriſimile ſit regem Ezechiam huic prophetæ ſuperſtitem fuiſ...

*Et in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael.* Rex iſte fuit pronepos Iehu, ... cari ſolet Ieroboam II. longè diuerſus ab illo Ieroboamo filio Na... mortuo Salomone, decem tribus Iſrael à domo Dauid abſtraxit, & ... *cit Iſrael*, regnum adeptus anno fundati à Salomone templi 38. Ieroboam... tem II. cuius Oſee meminit, patri ſuo Ioaſo ſucceſſit anno 192.

*Quidam propheta Oſeã præceſſerunt.*

Verſ. 2. *Principium loquendi Domino in Oſee.* Quidam, vt Lyranus hic, ... na, Sa, putant his verbis ſolum ſignificari ea quæ hic referuntur ... diuinitus accepiſſe, quam ſequentia ipſi reuelarentur. Alij autem cum ... ronymo cenſent indicari Deum prius per Oſee locutum, quam per ... pheras, atque adeo ipſum Oſeam eſſe primum Prophetarum, quorum ... rum vaticinia, quæ proprijs codicibus exarata habemus. Non ... bium, quin Moyſes, Samuel, Nathan, Gad, Elias, Heliſæus, & aliquot ... rum libri Regum meminerũt, ante hunc Oſeam floruerint. Ita Corne... datis in hãc ſententiam Ruperto, Haymone, Alberto, Hugone, Dio... tablo in hunc verſ. Baſilio & Rufino in *cap. 1. Iſa.* quibus adde Bellarm. ... *Eccl.* Et hic ſenſus Menochio ac mihi potior videtur. Rationem proba... fert Cornelius: quia iuxta priorẽ ſenſum cęteri prophetæ ſimili exordio ... ſent vti, quod cum ſolus Oſee fecerit, ſignum eſt eum indicare voluiſſe ... proprium eſſe tãquam primo omnium prophetarum, ſenſu iam decla... etiam innuere vidẽtur ij, qui dũ prophetas recenſent, primũ locum dat... textus ſacrorum Biblior. Hebræus, Latinus, Græcus, Euſebius, Faſti S... Petauius ad annum periodi Iulianæ 3919. *Oſee*, inquit, *Ioel, Amos, Abdias, ... Iſaias prophetarunt ſub Ozia, rege Iuda.* Fauent recentiores, vt Ribera ... melius, qui duplicem hic literalem ſenſum admittunt; quod nimirum ...

*Cur Oſeas primus Prophetarum dici poſſit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prophetas illius temporis primùm Oſeæ locutus ſit Dominus, deinde cæteris: & quod Dominus, quando Oſee loqui cœpit, hinc exorſus fuerit. Abdiam fuiſſe priorem Oſee quidam opinati ſunt, exiſtimantes Abdiam illum, qui tempore Achab floruit, eundem fuiſſe cum eo, qui inter minores Prophetas quartum locum habet. Quem errorem ſuo loco refellemus.

## QVÆSTIO II.

## *Quando Oſee prophetare cœperit.*

1. CErtum eſt Oſeam prophetandi initium feciſſe annis pluſquam 12. ante mortem Oziæ: anno enim regni iſtius 38. Zacharias rex Iuda mortuo Ieroboamo ſucceſſit. 4. Reg. 15. v. 8. Tolle hos 38. annos de 52. quibus regnauit Ozias, remanebunt 14. quibus, vt minimum Ozias Ieroboamo ſuperſtes fuit. Atqui ante mortem Ieroboami iam vaticinabatur Oſee, vt ipſe in exordio ſuæ prophetiæ teſtatur. Quot autem annis ſub Ieroboam, quot ſub Ozia, Vatis functiones obierit, non eſt vna omnium auctorum ſententia.

*Oſee vltra 12. annos ſub Ozia prophetauit.*

2. Quidam putant, regni Oziæ primos tantum 24. annos, cum vltimis 14. annis Ieroboam concurriſſe, ac proinde Oſeam & Amos intra hoc tempus prophetare cœpiſſe. Annos autem circiter denos quaternos fuiſſe iſtis duobus regibus communes probant ex 4. Reg. 15. v. 1. vbi dicitur: *Anno vigeſimo ſeptimo Ieroboam regis Iſrael, regnauit Azarias* (qui & Ozias appellabatur) *filius Amaſiæ regis Iuda.* Ieroboam autem iſte regnum adminiſtrauit, vno & quadraginta annis: quibus ſi 27. detrahantur, reſidui erunt 14. quorum decurſu Ozias in Iudæa, Ieroboam in Iſraelitide, rerum potiebatur. Lyranus, Ribera, Arias, philoſophantur, rati Roboamum hic ab Oſee idcirco nominatum, vt intelligeremus Oſeã, non extremo, nec medio tempore, ſed eius initio ad prophetandum acceſſiſſe. Hanc opinionem hic proponit Cornelius: ſed refutat Amos 1. v. 1. & Iſaiæ 7. verſ. 8.

*Quidã 14. tantũ annos putant Ozia & Ieroboamo fuiſſe communes.*

3. Ex hac ſententia deducit Cornelius excidium Samariæ 90. ferè annis ab Oſee prius denunciatum, quam illud contingeret: quia totidem anni colliguntur ab Oziæ enthroniſmo, vſque ad annum 6. Ezechiæ, quo euerſa eſt Samaria. Deinceps autem vſque ad Sedeciæ caſum, ait computari annos 134. quibus ad iſtos iam memoratos appoſitis, conſiunt anni 224. ab Azariæ primordio vſque ad incenſam à Nabuzardane Ieroſolymam ſupputati. Inculcat idem auctor Oſee, quem ait fuiſſe primum prophetarum vaticinari *cœpiſſe, ſub initia regni Oziæ*, additque (in Chronotaxi) Iſaiam ſua vaticinia exorſum poſt Oſee, ſub annum 17. Oziæ, *vt habet*, inquit, *Euſebius in Chronico*, ante Chriſtum, vt ipſe opinatur 797.

*Ab initio Ozia vſque ad caſum Samariæ, quot annis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quamdiu Ozias & Ieroboam ſimul regnauerint.*

4. Hæc vt illuſtriora fiant, expedit recolere, quæ de annis Oziæ & Ieroboami II. diſputabam in libros Regum, & ſuccinctè annotabam ... annorum expanſorum circa annum ante Chriſtum 838, & 812. Amaſia ... Oziæ regnum adijt anno 2. Ioas regis Iſrael, & annos 29. regni habens ... ratus eſt. 4. *Reg.* 14. *v.* 2. nempe 14. annos regnante Ioas in Iſraelitide, ... 15. eodem Ioas mortuo *ibidem v.* 17. His 15. annis poſterioribus, Ierob... II. principatum gerebat, quem anno 15. Amaſiæ ſuſceperat. ibid, v. 23. ... nus decimus ſextus Ieroboami, in primum regni Oziæ incurrebat, ... maſia imperantis, vt noſtræ tabulæ repræſentant. Quo fit, vt non 14. ... anni fuerint Oziæ cum Ieroboamo communes: ſed 26. anni poſteri... boam concurrerint, cum 26. primis Azariæ ſiue Oziæ, intra quos annos ... prophetantis Oſee quærenda ſint.

*Duplex initium regni Ieroboam.*

5. Mortuo Ieroboamo II. interregnum 12. circiter annorum fuit Iſrael... tunc demum Zacharias regnum paternum ſemeſtri ſpãtio delibauit, ... Azariæ regis Iuda. 4. Reg. 15. v. 1. Ex ſpatio huius interregni & 14. ... mis Ieroboami exurgit ὁμὰς annorum 26.

6. Ieroboam duplex habuit regnandi initium: alterum viuo ſuo pa... quod alluditur 4. Reg. 15. v. 1. Vbi Azarias anno 27. Ieroboami dicitur ... num prouectus: alterum poſt parentis obitum, de quo intelligitur illud, ... gum 14. v. 23. *Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda regnauit Ieroboam ... regis Iſrael in Samaria quadraginta & vno anno.* Ab hoc poſteriori exordio ... uit Ieroboam annos 41. à priori verò 52. quorum vndecim quos cum ... rente ſuo communes habuit, non ſunt Chronologici, ac idcirco à Scr... non ſupputantur.

*Quot annos regnauerit Ieroboam.*

*Anno ante Chr. 812 regnat Ozias, Anno 724 Ezechias.*

7. Excidium Ieroſolymitanum puto funeſtaſſe annum ante Chriſt... 590. cui ſi addantur 222. peruenietur ad annum 812, ante eandem æram, ... confero enthroniſmum Oziæ. Anno ante Chr. 724. auſpicor Ezechiæ ... ruina Samariæ nobilitatum; tum addo annos 88. vt perueniam ad annum ... ante Chr. quo Azarias regni gubernacula acceſſit. Sic biennio tantum à ... nibus Cornelij mea ſupputatio diſtat; quia Achazo 15. annos Chronolog... attribuo; ille 16. Annum euerſionis Ieroſolymitanæ ex hac ſumma ... quem ille fortaſſis includit. Denique annum 17. Oziæ cum 796. ante Chr... pocham; ille cum 797. ante Chriſtum componit.

*Sententia Euſebij.*

8. Euſebius in Chronico ad annum 17. Oziæ: *prophetabant*, inquit, ... *bræos Oſee, Amos, Iſaias & Ionas prophetæ.* Euſebium in hiſce prophetis ... cenſendis ſequitur Freculphus, & ante hunc Nicephorus Conſt. qui ... quinto loco ſubiungit. Verum hi duo auctores annum certum Oziæ ... ſignant, ſicut neque Honorius Auguſtod. qui ſub Ozia ſcribit: *Oſee, Ioel, ...*

*Freculphi. Nicephori.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Abdias, Ionas, Michaas prophetant*. At verò Chronicum Alexandrinum ad annum 13. Oziæ hæc notat: *Oſee Beeri filius, Amos, & Ionas Amathi ex Gopher vaticinabantur.*

*Honorij Faſt. Siculorum.*

9. Quæ cum animo complector, dubius hæſito, quonam potiſſimum anno regis Oziæ cœperit Oſee vaticinari: mihi enim perſuadere non poſſum, omnes illos quos recenſet Euſebius, vno illo anno 17. Oziæ ſua vaticinia exorſos. Verba autem Euſebij altero è duobus modis accipi poſſunt. 1. Illos quatuor prophetas anno iſto 17. prophetaſſe quidem, ſed vnum aut plures eorum citius incepiſſe. 2. Tunc Oſee ſuas prophetias auſpicatum fuiſſe, reliquos verò annis ſequentibus vaticinatos. Et hic poſterior modus mihi ſuauius arridet: ſiquidem ex communi ſententia, non ante 25. Oziæ annum cœpit Amos prophetare. Etſi verò fieri potuerit, vt Oſee ante annum 17. Azariæ promeret oracula: id tamen nec aſſerit Euſebius, nec aliunde certa coniectura deprehendimus. Itaque ex æquo & bono primordia Oſee vaticinantis ad 17. annum regni Oziæ vel non procul inde reuocari poſſe autumo.

*Explicatur Euſebius.*

10. Ex dictis patet, eam opinionem, quam iam num. 2. referebam, ex falſo argumento natam: ſiquidem Ieroboam non 14. ſed 26. annos ab Oziæ enthroniſmo regnauit in Iſrael. Hinc Amos, *in diebus Ieroboam* prophetauit *duobus annis ante terræmotum*, qui fuit anno 27. Azariæ. Vide notata q. 1. in Iſaiam, & infra in Amos q. 4.

*Ozias & Ieroboam 26. annos ſimul regnarunt.*

## QVÆSTIO III.

## *Quando Ioel prophetauerit.*

1. RAbbi Salomon, quem laudat & ſequitur Lyranus (ſine tamen præiudicio contrariæ ſententiæ, vt ipſe fatetur) Ioelis prophetiam refert ad Ioram regem Iſrael: quia ſicut Heliſæus prænunciauit famem futuram; ita iſte expreſſit modum, quo fames inducta eſt, nimirum per corroſionem erucæ, bruchi &c. Quam opinionem merito explodunt recentiores huius loci interpretes, vt Ribera & Cornelius, fames enim ab Heliſæo prædicta, mox euenit viuo adhuc Heliſæo, vt patet 4. Reg. 8. Ioel autem non fuit ſynchronos Heliſæo, vt ipſimet Hebræi fatentur, qui Ioelem ad Manaſſæ tempora differunt. Iure itaque abſolutè negatur, quod Lyranus cum paucis ſine ratione producit, ſiue dicamus Ioele vaticinante reuera erucas, locuſtas, bruchos, & auruginem fruges Hebræorum deuoraſſe, ſiue potius per has agrorum peſtes intelligamus varias clades, quas Hebræo populo ſui hoſtes intulerunt. Addit Ribera Rab. Salomonem locutum non tam ex proprio ſenſu, quam Auctoris Seder Olam; qui tamen hac in re ſibi non conſtat, cum tradat Ioelem ſub Manaſſæ vaticinatum.

*1. Opinio ſub Ioram*

*Refellitur.*

2. Ali-

P. H. Philipp
Chronolo Vet: Teſtam
A IV
17a



*2. Opinio ſub Manaſſe.* 2. Aliqui temporibus Manaſſæ Ioelem prophetaſſe volunt, prob
quia in duas tantum tribus inuehitur: ergo veriſimile eſt, 10. tribus
ctas fuiſſe. Quod contigit anno 6. Ezechiæ. *Probant* 2. ex 4. Reg. 21. v.
1. 23. v. 26. vbi Deus Prophetas miſiſſe dicitur, qui impendentes, prop
2. Manaſſæ regno Iudæ calamitates denunciarent. Huc accedit, quod in
70. Sixti V. Ioel poſt Micheam ponatur, & ipſe Ioel Ieroſolymorum
ita graphicè depingat, vt illud quaſi viciniſſimum cernere videatur. Hæ
nio eſt Hebræorum in Seder Olam, Rab. Dauid, Genebrardi, Montan
cij, quam valde probabilem eſſe dicit Cornelius, Argumento in Ioelem.
dolphus Gualterus ad annum 14. Ezechiæ, notat Ioelem eo tempore
taſſe.

*Ante Manaſſen prophetauit Ioel.* 3. Eorum tamen rationibus malo ſubſcribere, qui citius, quàm ſub Ma
Ioelem prophetaſſe autumant. Eſt S. Hieronymi Iſa. 1. *Vno, inquit,*
*pore Iſaiam, Oſee, Ioel Amos prophetaſſe, ex regibus, qui ponuntur in titulo, cogno*
Ioelis 1. *Tempora in quibus prophetauit eadem debemus accipere, quæ in Oſe*
*diebus Oziæ, Ioatham & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam*
*regis Iſrael.* Quam explicationem Lyranus probabilem eſſe fatetur Ioel
tio. Huius rei generalem dat regulam idem Hieronymus Præf. in 12. pro
*Regula notanda.* dum ait, *in quibus tempus non præfertur in titulo, ſub illis eos regibus propheta*
*& hi, qui ante eos habent titulos prophetauerunt.* Eiuſdem ſententiæ eſt S.
Theodoretus, Remigius, Bellarminus, Ribera, Cornelius, Menoch
S. Auguſtinus 18. Ciuit. 27. dum aſſerit Ioelem ſub Ioatham prophet
magis Emmanuel Sa, qui ad initium Oſee ſic ſcribit: Oſeas æqualis
Ioel, Abdiæ, Amos, Ionæ, & Michææ ſcilicet eodem ferè tempore,
prophetarunt.

*Ad 1. Opinionis 2.* 4. Primæ rationis in contrarium conſecutionem facile negabunt
iam laudati, dicentque non pauciora fortaſſe apud Iſaiam alioſque
tas vaticinia ſtante adhuc regno Iſrael, contra duas tribus edita fuiſſe,
apud Ioelem reperiantur. Aliæ prophetiæ ſat multæ alijs propheti
inſpiratæ fuerunt contra Iſrael, idque tempore Ioel, ac idcirco non
hic in 10. tribus detonaret.

*Ad 2.* 5. Ad ſecundam rationem facile dictu eſt, Ioelem ſub Ozia cœpiſſe
ſed ſicut Iſaiam vſque ad Manaſſæ regnum ſua vaticinia produxiſſe,
Ioelem in eorum prophetarum numero non fuiſſe, de quibus eſt ſermo,
Reg. 21. Quæ verò cap. 23. narrantur, nec ad Ioelis, nec ad Manaſſæ,
tempora ſpectare videntur.

*Ad confirmationẽ.* 6. Nec refert, quod editio Romana 70. Seniorum Ioelem Michææ
ponat: illa enim editio nõ eſt maioris, imò nec æqualis auctoritatis cum

eiuſdem Sixti V. & Hebræa, quæ Ioelem Michææ præponunt. Adhæc ſi 70. interpretes temporis ordinem ſequerentur, & Ioel primum ſub Manaſſe prophetaſſet: Ionas Manaſſen non præceſſiſſet: quod nec aduerſarij conceſſerint. Denique S. Vates affluente prophetico ſplendore, potuit æquè clarè Ieroſolymorum euerſionem, ante cladem Samariæ, quam poſt eam præuidere, & ad viuum repræſentare. Itaque arbitror Ioelem ſub Ozia, viuo adhuc Ieroboamo II. ante Amos vaticinari cœpiſſe, vt iam num. 3. ex S. Hieronymo referebam.

*Auctoritas Bibliorum Latinorum.*

*Sub Ozia Ioel floruit & ſub Ieroboamo.*

## QVÆSTIO IV.

## *De tempore, quo prophetauit Amos.*

1. CErtum eſt eum prophetaſſe, *in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael ante duos annos terræ motus.* Amos 1. v. 1. Et rurſus de Ieroboam dubitare vetat cap. 6. v. 10. Sed quæſtio eſt, quoto anno regni Oziæ, quoto Ieroboami hic terræ motus contigerit. Arias, Ribera, & alij nonnulli contendunt hunc terræ motum, fuiſſe ante annum XV. Oziæ, ob rationem ſupra allatam q. 2. num. 2 & aiunt, interregnum 13. annorum fuiſſe in Iuda, Amaſia interim vel viuente, & in in Lachis commorante, vel potius eo mortuo, antequam Ozias ad regni faſtigium eueheretur. Ioſephum & Euſebium ſibi aduerſari fatentur quidem; *at nos,* inquit Ribera, *veritatem & concordiam tuemur, cuius nullam habuere rationem.*

*Quando fuerit iſte terræ motus.*

*1. Opinio.*

2. Verum & nos cum Ioſepho & Euſebio alijſque mox citandis veritatem atque concordiam, ſed aliter propugnamus ad 4. Reg. idque varijs quæſtionibus de annis Amaſiæ, Oziæ, Iorami propoſitis & diſcuſſis, tum Iſa. 7. q. 3. necnon paulo ante q. 2. de Oſee. Quam ad rem appoſitè hunc locum interpretatur Cornelius dum iſtum terræ motum tribuit anno 27. & ex conſequenti Amos hæc vaticinatum anno 25. eiuſdem Oziæ, quo adhuc in viuis degebat Ieroboamus II. rex Iſrael. Vnde vſque ad Samariæ regnique Iſraelitici excidium annos 70. ſupputat Iſaias cap. 7. v. 8. Et bene monet Cornelius hanc ſententiam eſſe communem Doctorum & interpretum, puta Hebræorum, S. Hieronymi, Cyrilli, Procopij, Remigij, Ruperti, Hugonis, Lyrani, Clarij & aliorum. Quod etiam Faſti Siculi tradunt.

*2. Opinio.*

*Iſte motus terræ fuit anno 27. Oziæ.*

3. Huius terræ motus meminit Ioſephus lib. 9. Antiq. cap. cap. 11. vbi refert Oziam regem Iuda ſecundis rebus elatum, munus ſacerdotale vſurpare, & in altari thymiamatis incenſum adolere voluiſſe, cui cum ſacerdotes obſiſterent, mortem eis minatabatur. *Et ecce tibi,* inquit, *terra vehementer concutitur, fiſſoque ſupernè templo radius Solis os regis improbum ferit, quod è veſtigio lepra contectum eſt.* Quod eo tempore lepra fuerit infectus, quo ſibi functionem ſacerdotalem arrogare

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17



præſumebat, fidem facit liber 2. Paralip. cap. 26. v. 19. *Iratuſque Ozia*
*manu thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus, ſtatimque*
*fronte eius coram ſacerdotibus.* Et verſ. 21. Fuit igitur Ozias leproſus vſque
mortis ſuæ. Interea, *Ioatham filius eius rexit domum regis, & iudicabat popul*
vt ibidem legimus & 4. Reg. 15. v. 5. Tunc regnare cœpit Ioatham
huc parente ſuo, *eratque viginti quinque annorum, & ſedecim annis regnauit*
*lem.* 2. Paralip. 27. v. 1. ſubaudi mortuo Azaria. Anni verò illi 25. quibus
perſtite regnabat Ioatham, Scriptura ſilentio prætetit, quia Chronolog
ſunt, ſed annis 52. Oziæ abſorbentur.

*Corollarium 1.* 4. Hinc colligo 1. communis ſententiæ auctores non ſolum Ioſephi
iam S. Hieronymo iure merito aſſentiri, qui in cap. 14. Zachariæ
tatur. *Terræ motus autem in diebus Oziæ regis Iuda illius temporis traditur*
*qui alio nomine Azarias dicitur, illicitum ſibi ſacerdotium vendicare conatus,*
*ſus in fronte eſt. De quo terræ motu & in Amos principio legimus.* Neque hactenus
nem vllam ab auctoribus propoſitam memini, quæ perſuaderet eam
rum traditionem eſſe falſam, qua multis Chriſtianorum aſſentientibus
terræmotum ad annum 27. Oziæ referendum putant.

5. Colligo *ſecundo*, nec Oziam lepra percuſſum anno 38. regni ſui
*Corollar. 2* finem anni 14. quicquid aliqui velint. *Tertiò*, Ioathamũ nec poſthumum
3. nec trium duntaxat annorum, quando parens eius in lepram incidit
no 16. ætatis ſuæ patre ſuo leproſo vitam priuatam agente, palatium
ſuſcepit gubernandum. *Quartò*, Interregnum 13. annorum non fuit
4. Amaſiam & Oziam: alias enim diceret quiſpiam, alijs etiam in locis
rio ponendum eſſe aliquod ſubinde interuallum in enumeratione regum
& Iſrael, quo mirum in modum Chronologiæ filum intricaret, vt
argumentatur. Sufficit autem, ſi Anarchia 12. circiter annorum inter
& Zachariam reges Iſrael inſeratur, ſerie regum Iuda nuſquam interrupta.

## QVÆSTIO V.

### *An Hebræi per annos 40. diuinis ſacrificijs abſ- nuerint in deſerto.*

*Hebræi aliqua ſacrificia Deo obtulerunt in deſerto.* 1. HOc indicare videtur Amos cap. 5. v. 25. *numquid hoſtias & ſacrificium*
*ſtis mihi in deſerto, quadraginta annis domus Iſrael?* E contrario verò,
non niſi 40. annos fuerunt in deſerto, vt ſuis locis probatum eſt, &
no primo Exodi ad Pentecoſten, *ædificauit Moyſes altare ad radices montis*
*ſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas*

*Domino, vitulos*. Exodi 24. v. 5 Ruſus anno 2. Exodi in deſerto oblata ſunt ſacrificia. Exodi 40. Leuit. 9. & 10. & latè refertur Num. 7. quando Principes ſua munera per 12. dies in dedicatione altaris obtulerũt. Poſt quas oblationes non ſunt in deſerto niſi 39. annis peregrinati, iiſque non integris. Quonam igitur modo eos Deus redarguit, quod 40. annos legitimis ſacrificijs abſtinuerint?

2. Reſpondet S. Hieronymus in hunc locum. Ex eo, inquit, tempore, quo aurum in caput vituli transformarunt, dicentes: *Iſti ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti*, omnia quæ fecerunt, non Deo, ſed idolis feciſſe monſtrantur. Et quod poſtea quædam Domino eos legimus obtuliſſe, non voluntate, ſed pœnarum fecerunt metu, & eorum interfectione, qui propter idola corruerunt. Deus autem non ea quæ offeruntur, ſed voluntatem reſpicit offerentium. Denique vbicumque occaſio fuit, ſemper corde reuerſi ſunt in Ægyptum, deſiderantes allia & cépe, & cucumeres & carnes Ægyptias, & manna quod de cœlo datum eſt, contemnentes. Quod ipſum exaggerat S. Stephanus Act. 7. quia nimirum totos illos 40. annos, quibus Hebræi per deſertum vagi fuerunt, tam exiguum apud eos ſacrificiorum ſtudium & exercitium erat, vt æſtimatione morali pro nihilo reputari poſſit, vt præter alios, hîc exponit Lyranus. Quæ expoſitio videtur eſſe etiam Chryſoſtomi & Bedæ Act. 7. Alberti, Hugonis, Menochij, Haræi in hunc locum, & meo iudicio minimè contemnenda eſt. *Paucula ſacrificia pro nullis reputãtur.*

3. Reſpondent Ribera, Cornelius & alij plures, hos annos de rigore Mathematico fuiſſe 38. imò ferè 39. vulgari tamen & ſacris literis vſitata computatione, dici 40. quia integri duntaxat numeri quandoque exprimuntur, licet aliquid eis, aut deſit, aut ſuperſit. Vt Iud. 9. v. 5. *Et occidit fratres ſuos, filios Ierobaal ſeptuaginta viros, ſuper lapidem vnum.* Et tamen, inquit Ribera, huic numero defuit Ioathan natu minimus, & ipſe Abimelech, qui occidebat, vt ibi videmus. Fuerunt igitur 68. omnes enim filios Gedeonis legimus cap. 8. fuiſſe ſeptuaginta. Hæc ille. Similia referebam alibi, & habet S. Auguſtinus q. 47. in Exodum, & 15. Ciuit. 24. alijque paſſim. Vide notas Num. 14. & Ioſ. 5. v 6. *Aliquando numerus rotundus ponitur omiſſis fractionibus.*

## QVÆSTIO VI.

## *De tempore Abdiæ Prophetæ.*

1. S. Hieronymus in Abdiæ cap. 1. ſic præfatur: *Hunc aiunt eſſe Hebræi, qui ſub rege Samariæ Achab, & impiiſſima Iezabel, pauit centum prophetas in ſpecubus.* Quam Hebræorum traditionem Euſebius & Lyranus expreſsè, alij ſaltè tacitè *1. Opinio*

ſequuntur, Dorotheus de vita & morte prophetarum, Epiphanius, [illegible] Rupertus, Hugo, Sanctius, Caſtrius, vt notant Ribera & Cornelius. [illegible] vt Epiphanius putant hunc S. Vatem fuiſſe tertium illum Pentacont[archum] qui cum ſupplex Eliam ad Ochoziam regem filium Achab acceſſerit, [illegible] tum effugit, in quem præcedentes Quinquagenarij miſerè incurrerunt.

*Cōmunis & vera ſententia.*

2. Alij communem regulam ſecuti cenſent Abdiam, cum in titulo n[on] tempus præferat, ſub illis regibus prophetaſſe, ſub quibus præcedens [illegible] prophetauerat, nempe *in diebus Oziæ regis Iuda & (forte) diebus Ieroboam [filij Ioas] regis Iſrael.* Ita Bellarminus, Ribera, Sa, Cornelius, qui bene in hanc ſent[entiam] laudant Theodoretum & Cyrillum, ſed & Hieronymum, qui hoc loco [He]bræorum opinionem recenſet, ſuam autem declarat, ad initium Oſe[e] [illegible] Oſee, Iſaiam, Ioelem, Amos, Abdiam, & Ionam, fuiſſe ſynchronos. [illegible]

*Abdias ſub Ozia propheta-uit.*

quit Remigius, *prophetauit eodem tempore & ſub iiſdem regibus, quibus [illegible] Amos quoque & Michæas.* Quam doctrinam opinioni præcedenti longe [præpo]nendam arbitror: quia Oſee primus prophetarum habetur, iuxta illud [princi]*pium loquendi Domino in Oſee.* Abdias autem ille, quem hiſtoria regis Achab memorat, non exiguo temporis interuallo præcedit Oſeam. Confirma[tur] qui 1. Nam ſi Abdias propheta fuiſſet regis Achab Pentacontarchus, [illegible] ret, id nullo vel in Scriptura indicio, vel apud Ioſephum indicari. 2. Abdias ſolum Idumææ cladem minatur, quam intulerunt Chaldæi: ſi vero [illegible] prophetaſſet, eam calamitatem, quæ fuit ſub Amaſia, quippe viciniorem [illegible] reticuiſſet, de qua 4. Reg. 14. v. 7. *Ipſe percuſſit Edom in valle Salinarum [illegible] & apprehendit petram in prælio.* Menochius ait, Abdiam propheta[ſſe] [illegible] tham, Achaz, & Ezechia: quod non de initio, ſed progreſſu propheti[æ] [illegible] poteſt.

3. Brito apud Lyram hîc in prologum S. Hieronymi, fatetur hunc [illegible] ctorem retuliſſe Abdiam ad tempus prophetantis Amos, ſecundum [re]gulam, quæ monet, vt ij prophetæ, in quibus tempus non præfertur [illegible] ſub illis regibus prophetaſſe cenſeantur, ſub quibus præcedentes qu[i] [illegible] notis Chronologicis inſignitos habent, prophetauerunt. Hoc, inquam, [illegible]

*Obiect. 1.*
*2.*

tur, ſed duo opponit. *Alterum*; S. Hieronymum videri non tam ex [illegible] quam ex Iudæorum traditione locutum. *Alterum*, dici poſſe, quod Abdias [illegible] Achab, fuerit valde iuuenis, ſub Ieroboam autem valde ſenex. Etenim [illegible] ex ſacris codicibus ſupputat, Ochozias filius Achab regnauit annos [illegible] 12. Iehu 28. Ioachaz 17. Ioas 16. quem proximè ſecutus eſt Ieroboam II. [illegible] bus colligitur numerus annorum 75.

*Ad 1.*

4. Hæc Britonis oppoſitio mihi parum idonea videtur. Nam quod a[d] [illegible] *effugium* ſpectat; S. Hieronymus iſtā regulam ſæpius adhibet, tanquam [illegible]

P. H. Philipp
Chronolog. Vet: Testam.
A IV
17a

adineundas temporis rationes de hiſce 12. prophetis. Vide in Ioelem. q. 3. num, 2. Alterum autem effugium, etſi non apertè periculoſum: attamen minus tutum videtur. Abdias enim ille, qui ſub Achab floruit, erat patronus prophetarum, & *diſpenſator domus regiæ*. 4. Reg. 18. ver. 3 & 4. quæ duo officia in ætatem valdè iuuenilem non cadunt. Illis 75. annis addendi ſunt aliquot alij, quibus Abdias ſub Ieroboam II. vaticinatus eſt, niſi fortè ariolando dicamus Abdiam ſub initium regni Ieroboam è vita exceſſiſſe: quod probari non poteſt, ſi negetur. Denique regula prædicta maximè intelligitur, de tempore illius regis, qui vltimus regnauit, quandó plurium regum tempora ſignauit præcedens propheta. Cum igitur Amos prophetauerit, non ſolum ſub Ieroboam rege Iſrael, ſed etiam ſub Ozia rege Iuda; oportet ad annos prædictos 75. addere 15. ſiquidem antequam Ozias regnaret, vixit Amaſias rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas parens Ieroboami, quindecim annis. 4. Reg. 14. v. 17. Iſtis autem 15. annis regnabat Ieroboam II. ita vt annus 16. iſtius, cum primo Oziæ congruerit, & à morte Achabi, vſque ad initium regni Oziæ, 90. anni numerandi ſint. Vide tabulas annorum expanſorum, quæ enthroniſmum Oziæ oſtendunt anno ante vulgarem æram Chriſti 812. Ad hunc annum appone 90. & exurget annus ante Chriſtum 902. qui cum anno vltimo regni Achab concurrit. *Ad 2.*

5. Bene autem aduertit Bellarminus de Script. Eccleſ. Abdiam ita in ſua prophetia loqui de bello Chaldæorum contra Ieruſalem, & Vrbis captiuitate, ac ſi res iam eſſet peracta: non quod poſt Michæam, & Ionam, & Vrbis excidium prophetauerit; ſed quod more prophetarum per verba præteriti temporis, futuram certò præcinat calamitatem. *5. Vates aliquando tẽpus præteritũ pro futuro vſurpant.*

## QVÆSTIO VII.

## *De tempore, quo Ionas de Niniue prophetauit.*

1. RVdolphus Gualtherus in Chronologia, quam præfixit homilijs in 12. minores Prophetas, ad annum ante Chriſtum 823. Oziæ 6. Ieroboami 33. *circa hæc tempora*, inquit, *Ionas Niniuen mittitur*. Annis deinde ſequentibus, notat Oſeam, Iſaiam, & alios prophetare cœpiſſe. Quod ipſum facit Chytræus & Alſtedius: à qua Chronographia, non parum diſſentio. Nam anno ante æram Chriſti 823. ordior 19. Amaſiæ, & quintum Ieroboami: anno verò ante eandem æram 807. ordior Oziæ ſextum & Ieroboami 21. vt latius declaraui lib. 4 Reg. vbi oſtendi annum primum regni Oziæ concurrere cum ſextodecimo Ieroboami. *1. Opinio.*

2. Melius philoſophantur alij, dum aſſerunt Ionam contra Niniuen vaticinatum, poſt Oſeam, vt Ribera, Cornelius & complures alij interpretes in *Concluſio.*

P. H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a



Oſee, vt ibidem annotaui. Quod ſub Ieroboamo Deus per Ionam ... euerſionem Niniues, eaque contigerint, quæ hic referuntur, probar... ex illo 4.Reg.14.v.25. *Ipſe* (Ieroboam) *reſtituit terminos Iſrael, ab intro...* *vſque ad mare ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael, quem locutus eſt per* *ſuum Ionam filium Amathi*. Hæc tamen ratio mihi parum efficax videtur... nim potuit, vt Ionas aliquot annis prius victorias Ieroboami prædiceret... ſubuerſionem Niniues minitaretur. In hac autem quæſtione, de pr... contra Niniuen diſputamus, quam editam eſſe, eo ferè tempore, quo... res prophetæ, nempe Amos & Abdias prophetauerunt, docent S. Hier... hic in prologo, Euſebius in Chronico & lib. 10. de præp. Euang. cap... guſtinus lib. 18. de ciuit. cap. 27. Bellarminus de Script. Eccleſ. Sa ad i... ius prophetiæ.

3. Eorum ratiocinia non probo, qui Ionæ hiſtoriam & vaticini... tuordecim primos annos Oziæ adſtringunt, perſuaſi Ieroboam ... annis cum Rege Ozia regnaſſe, idque probare nituntur ex illo 4... verſ. 23. *Anno quinto decimo Amaſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam* *regis Iſrael in Samaria quadraginta & vno anno*. Et cap. 15. *Anno vigeſimo* ... *regis Iſrael regnauit Azarias filius Amaſiæ regis Iuda*. Eorum, inquam, ... non probo: ſiquidem vt alibi dicebam, Ieroboamus in parentis ſu... tum ſucceſſit anno 15. Amaſiæ, vt colligitur ex illo 4. Reg. 14. verſ. 17. ... *tem Amaſias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz* ... *quindecim annis*. His 15. annis Ieroboam mortuo ſuo parente regna... ita Ozias mortuo patre ſuo Amaſia regno potitus eſt, anno 16. Ierobo... tea verò idem Ozias cum parente ſuo, alios vndecim annos regnauerat... circa primordia regni Oziæ tribuuntur anno 16. Ieroboami poſt ſui pa... obitum regnantis: hic autem annus 16. erat 27. eiuſdem Ieroboami ... patre ſuo ſuperſtite regis titulos adeptus fuerat, & de hoc poſteriori ... intelligitur initium cap. 15. lib. 4. Regum. Idem docet Cornelius ... mos 1. cum Caietano, Caſtrio, Torniello, quibus aſſentitur Pererius. ... ro 41. quibus Ieroboam regnaſſe dicitur, à morte parentis ipſius ... ſunt, nempe ab anno ante æram Chriſti 827. vſque ad 786. ante ... ram, quando Ieroboamus fatis conceſſit, Ozia annum regni ſui 27. ag... que Ieroboamus non tantùm 14. annos Ozia regnante regnauit, ſed ... anni Oziæ fuerunt ipſi cum Ieroboamo communes. Hinc Amos ... duobus annis ante terræ motum, hoc eſt, circa annum 25. Oziæ, ... *Ieroboam* Amos 1. v. 1.

*Ionas prophetauit de Niniue, non 14. primis annis Oziæ, ſed tardius*

4. Ratio probabilis, ob quam Ionæ prophetiam de Niniue ad anno... & Ieroboam refero, ducitur ex illa regula, quam plerique cum S. Hier...

vſurpant, vt nimirum prophetia, quæ certis temporum notis caret, reuocetur ad tempus ab alio vate antecedente proximè notatum: proximè autē Amos 1. v.1. exprimitur biennium ante terræ motum, (qui contigit anno 27 Oziæ) quādo adhuc in viuis degebat Ieroboamus. Vnde bene concludunt ſacri interpretes Amos prophetare cœpiſſe anno 25. Oziæ, *in diebus Ieroboā filij Ioas regis Iſrael.* Itaq; nō video, cur Ionas cōtra Niniuen intonuiſſe putetur ante 25. annum Oziæ, licet fortè prius de reſtitutione terminorum Iſrael ſit vaticinatus. Quod tamen valde incertum eſt, cum non conſtet, vtrum Ieroboamus illos terminos Iſraeli aſſeruerit ante annum regni ſui quadrageſimum, Oziæ viceſimum quintum.

*Ionas cōtra Niniuen nō ante ann. 25. Ozia prophetauit.*

*Latet tēpus quo de terminis Iſrael vaticinatus eſt.*

5. Si Ionas iſte, qui inter 12. minores prophetas locum habet, fuit Sareptanæ filius, ab Elia ad vitam reuocatus, vt nonnulli putarunt; neceſſe eſt, eum valde grandæuum fuiſſe, vt palam faciunt ea, quæ referebam q. 6. num. 4.

*Non videtur fuiſſe filius Sareptanæ.*

## QVÆSTIO VIII.

## *De tempore, quo euerſa eſt Niniue.*

1. HAc de re latè diſputat Cornelius Amos 2. & alij, quos laudabam in Tobiam q. 4. Quibus adde *primò*, iuxta meas rationes ab vltimo anno Ioatham regis Iuda, vſque ad decimum tertium Ioſiæ, colligi annos 115. non tamē idcirco aſſeruerim, Ninum anno 13. Ioſiæ deſtructam. Nahum enim fuit ſynchronus Michææ, ad quem ſermo Domini factus eſt, *in diebus Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda.* At vero non conſtat, vtrum ſub Ioathamo, an verò ſub Achaz, aut potius ſub Ezechia, contra Ninum prophetauerit, ac proinde Ioſephi auctoritas de interitu Niniues, non eſt magni ponderis, vt cum Petauio dicebam q. 4. in Tobiam. Imò Cornelius ait Ioſephum errare, dum ait Nahum cœpiſſe prophetare ſub Ioathamo, cum cœperit ſub eius nepote Ezechia. Vide notas in Nahum.

*Annus 13. Ioſiæ fuit 115. aut 116 ab obitu Ioathā.*

2. Adde 2. Annos 70. captiuitatis non eſſe ſupputandos ab anno 13. Ioſiæ aut vltimo Ioatham: ſed à primo Nabuchodonoſoris, vt latè declaraui ſub finem lib. 2. Paralip.

*Vnde computentur anni 70. captiuitatis Bab.*

3. Adde *tertiò*, illam ſupputationem mihi videri cæteris probabiliorem, quæ Cyrum anno 22. quàm in Perſide regnauerat, cepiſſe Babylonem, ita vt annus primus Monarchiæ Cyri Babylonicæ eſſet vigeſimus ſecundus regni Perſici.

*De annis Cyri.*

4. Adde *quartò*, ex multorum auctoritate præſtantium, ab euerſis Ieroſolymis, vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis colligi annos 70. vt latè alibi recenſui. Vnde fit, vt anni 70. captiuitatis, quam Cyrus anno 1. ſuæ Monarchiæ laxauit, non proueniant ab anno vltimo, ſed quarto Ioachimi. Itaque

*Exciſa Ieroſolyma annis 70. ante an. 1. Darij Hyſtaſpis.*

anni

P. H. Philipp
Chronolog Vet: Testam
A IV
17 a



anni 21. Cyri: 35. Aſtyagis, & 14. vltimi Cyaxaris, adæquate reſpond[illegible] 70. Babylonicæ ſeruitutis.

*Explicatur Euſeb.*

5. Adde *quintò*, Euſebium non ſatis ſibi conſtare (vt bene ad[illegible] nelius in cap. 2. Nahum) dum primordia Cyaxaris refert, ad annu[illegible] expugnationem Niniues inchoatè ad annum 28. eiuſdem Ioſiæ; co[illegible] rò, ad annum quartum Ioakimi filij Ioſiæ. Sic enim Cyaxares Nin[illegible] gnaſſet, anno regni ſui decimo tertio, aut ſaltem viceſimo circiter, co[illegible] teſte Herodoto, elapſi ſint anni 28. inter obſidionem Niniues, & e[illegible] nem eiuſdem, regnante Cyaxare: quo annorum interuallo Scythæ [illegible] Aſiæ vſurpabant.

*Niniue nō eſt euerſa à Cyaxare anno 24. Nabuch.*

6. Adde *ſextò*, calculos eorum non videri legitimè diſpoſitos, qu[illegible] Nabuchodonoſoris, Ægypto iam ſubiugata, putant Niniuen ab ip[illegible] regnante Cyaxare: Cyrus enim anno ante Chriſtum 560. aut po[illegible] gnum Perſarum adijt, cui ſi adijcias annos 35 Aſtyagis, conſurge[illegible] ante Chriſtianam epocham, quo inijt annus 15. Nabuchodonoſo[illegible] ro 24. eiuſdem Cyaxares iam pridem obierat. Adhæc anno 27. [illegible] tionis Iechoniæ, qui erat 33. aut 34. Nabuchodonoſoris, Ægyp[illegible] prædicit Ezechiel cap. 29. v. 17. Ergo necdum eam ſubiugauerat Na[illegible] noſor anno regni ſui 24.

*An Alexandria prius vaſtata fuerit quàm Niniue.*

7. Nec obſtat, quod Nahum 3. v. 7. & 8. Niniue dicatur ſubue[illegible] ut Alexandria. Nam in primis vtraque ciuitas ſæpius capta eſt. De[illegible] apertè Propheta fore, vt prius à Nabuchodonoſore Alexandria va[illegible] Niniue deſtruatur Aprie à Chaldæis deuicto: ſed fortè ſolum d[illegible] melius actum iri cum Niniue, quàm cum Alexandria. Denique c[illegible] tempore, quo Nahum iſta vaticinabatur, Alexandriam à Nabuch[illegible] captam non fuiſſe, ac idcirco S. Vatem aut de aliqua vaſtatione A[illegible] quæ tempora Nabuchodonoſoris præceſſerat, locutum, aut ſolum[illegible] Alexandriam & Niniuen pari calamitate affectum iri, ſiue illa an[illegible] ſa fuerit, ſiue non.

## QVÆSTIO IX.

## *Quo tempore Michæas prophetauerit.*

*Quando regnare cœperint, Ioatham, Achaz, Ezechias.*

1. HAnc ipſe quæſtionem in genere ſoluit initio ſuæ prophetiæ, [illegible] *Verbum Domini ad ſe factum in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechi[illegible] da quod vidit ſuper Samariam & Ieruſalem.* Ioatham regnare cœpit an[illegible] Chriſti 760. Achaz 744. Ezechias 729. quem anno 700. ante ean[illegible] obijſſe puto. Itaque ſi toto iſtorum regum interuallo Michæas pro[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eius prophetiæ ad annos fere 600. erunt protendendæ. Eſt autem incertum, quoto anno Ioatham inceperit, quoto Ezechiæ prophetare deſierit: ac proinde non conſtat, quot annos prophetæ munus obierit. Bellarminus initio regni Ioatham Michææ vaticinia adſcribit. Quod de quibuſdam intelligi poteſt. Quædam etiam vltra annum 6. Ezechiæ differri non poſſunt, quibus nimirum Samariæ calamitas denunciatur, cum illo ipſo anno 6. Samaria exciſa, atque adeo regnum Iſraelis euerſum. *Anno ſexto Ezechiæ, id eſt, nono anno Oſee, regis Iſrael capta eſt Samaria, & tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios.* 4. Reg. 18. verſ. 11.

2. Hinc bene notant recentiores huius prophetiæ interpretes, iſtum Michæam eſſe diuerſum ab illo Michæa, qui Achab regi impio cladem & interitum prædixit. 4. Reg. 22. ver. 17. Interempto enim Achabo, regnauit Ochozias filius eius annos 2. Ioram 12. Iehu 28. Ioachaz 17. Ioſias 15. Ieroboam 41. tum elapſo annorum circiter 12. interuallo regnauit Zacharias 6. menſes, Sellum menſem vnum, Manahem annos 10. Phaceia 2. Huic ſucceſſit Phacee, cuius anno 2. regnare cœpit Ioatham. 4 Reg. 15. verſ. 32. Sic annis 140. & eo amplius Michæas filius Iemla præceſſit Ioathamum, ſub quo Michæas Moraſthites vnus è 12. minoribus prophetis in Samariam & Ieruſalem detonare cœpit. Itaque diuerſi omnino Vates fuerunt communi Michææ nomine appellati, quorum poſterior paulo poſt Oſeam, Ioelem, Abdiam, & Ionam vaticinari aggreſſus eſt, & cum eis idem poſtea munus vſurpauit, vt bene monent Cornelius & Menochius, contra Epiphanium & Dorotheum in vita Michææ, qui ſcribunt eum ſub rege Achab claruiſſe. Cornelio præiuit Ribera præludio 2. in minores Prophetas numer. 22. vbi obſeruat Michæam initio ſuæ prophetiæ ſubticuiſſe nomen Oziæ: ſed tantum nominaſſe Ioatham, Achaz & Ezechiam, vt indicaret ſe poſt Oſee, Amos & reliquos, qui ad eorum tempora referuntur ad vaticinandum acceſſiſſe. *In quo perſpicuè cernimus*, inquit, *ordinem temporis fuiſſe ſeruatum, vt idem fieri intelligamus in cæteris, qui prophetiæ ſuæ tempora tacuerunt.*

*Hic Michæas eſt diuerſus à Michæa filio Iemla*

## QVÆSTIO X.

## *De tempore quo Nahum prophetauit.*

1. CErtum eſt Nahum, poſt Ionam vaticinatum eſſe: ſiquidem Niniuitæ ad Ionæ prædicationem pœnitentiam egerunt, *& miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Ionæ 3. v. 10. Sed cum poſtea in peccata proxima relapſi eſſent, & immani crudelitate, tum in alios, tum verò maximè in Iſraelitas ſæuijſſent, poſt Ionam, imminens ipſis interitus per Nahum denunciatur.

*Ionas fuit ante Nahū*

*Non prophetauit Nahū poſt Ezechielē.* 2. Sub quo autem potiſſimum rege prophetauerit, non eſt vna omnium ſententia. Apud Clementem Alexandrinum lib.1. Strom. Nahum poſt Ezechielem prophetaſſe legitur. Verum id paſſim ab auctoribus negatur. Ioſephus lib.9. Antiq.cap.11. ſub Ioatham id factum exiſtimat, Hebræi in Seder Olam, Arias, Genebrardus, Vatablus ſub Manaſſe, ſed eius vtpote regis impij nomen tacuiſſe.

*Sed ſub Ezechia.* 3. Alij probabilius Ezechiæ temporibus hanc prophetiam inſcribunt, S. Hieronymus, Theophilactus, Remigius, Haymo, Albertus, quos ſequuntur Neoterici, Ribera, Bellarminus, Sa, Caſtrius, Cornelius & Torniellus ad ann.m, 3521. opinatur Nahum prophetare cœpiſſe anno vno ante obſeſſam ab Sennacherib Jeroſolymam, nempe anno 13. Ezechiæ, Cornelius annum 6. eiuſdem. Annum illum quo primum ſuas prophetias Nahum edidit valde incertum puto: eſto plures & melioris notæ auctores, earum initium conſtituant, inter annum ſextum Ezechiæ quo 10. tribus abductæ ſunt, & annum quartum, quo Sennacherib Iudæam inuaſit: quia inter cauſas cur Niniue dicitur exſcindenda, aſſignatur ſæuitia Aſſyriorum, qua in 10. tribus debacchati. Hinc S. Hieronymus præf. in Nahum: Poſt Ionam Michæas ponitur, & poſt Michæam Nahum, qui interpretatur conſolator: iam enim 10. tribus deductæ fuerant in captiuitatem, ſub Ezechia rege Iuda, ſub quo etiam in conſolationem populi tranſmigrati aduerſus Niniuen viſio cernitur. Neque erat parua conſolatio, tam his, qui iam Aſſyrijs ſeruiebant, quam reliquis qui ſub Ezechia rege de tribu Iuda & Beniamin ab iiſdem hoſtibus obſidebantur, vt audirent Aſſyrios à Chaldæis eſſe capiendos.

*Quot annis Nahū ſit Iona poſterior.* 4. Cornelius cenſet ab initio Ionæ, vſque ad Nahum fluxiſſe annos 96. aut 97. contra Hebræos, qui non niſi 40. numerare volunt: initium autem Ionæ prophetantis componit cum exordio regni Oziæ, qui regnauit annos 52. Ioatham 16. Achaz 16. Ezechias ante vaticinia Nahum 6. vel forte 13. ex quibus prædictus annorum numerus conflatur. Mihi vero Ionas contra Niniuen haud videtur prophetaſſe ante Amos, cuius prophetiarum exordia ad annum 25. Oziæ reuoco: quicquid ſit de tempore, quo Ionas de victorijs Ieroboam vaticinatus eſt. Regi Achab non niſi 15. annos Chronologicos impertio. Annum 6. Ezechiæ completum arbitror anno ante Chriſtum 723. cui ſi apponas 65. vt perueniam ad annum ante Chriſt. 788. quo vigeſimum quintum Oziæ incœptum puto. Cum autem nos lateat, quoto anno Oziæ Ionas, quoto Ezechiæ Nahum prophetandi initium dederit; idcirco non auſim horum prophetarum diaſtema certo annorum numero definire, ſicuti, nec aſſerere quot annis Nahum prædixerit Niniues excidium antequam eueniret. Si Nahum cœperit anno 6. Ezechiæ, & Niniue anno 5. ab euerſis Ieroſolymis deleta eſt; non ...

Cor-

P. H. Philipp
Chronolo vet: Testam
A IV
17a

Cornelius iſto interuallo ſupputat annos 133. Annus enim quintus à deſtructione Ieruſalem, oritur mihi anno ante Chr. 586. cui additi 138. conficiunt annum ante Chr. 724. in quem ſextum Ezechiæ conijcio: at vero anno illo 5. dirutæ Ieroſolymæ Cyaxare iam vita functo regnabat Aſtyages, ac proinde Cyaxares non euertiſſet Niniuen, niſi inchoatè, quando necem parentis ſui vlciſcens, copias Aſſyriorum deleuit, annis vt minimum octo & viginti ante Niniue euerſionem.

5. Dictis non aduerſatur, quod ex S. Hieronymo Gloſſa ordinaria tranſcribit, videlicet; Nahum prophetam ante aduentum regis Aſſyriorum, qui populum Iſrael captiuum in ſuam regionem tranſtulerat fuiſſe Hebræorum traditio confirmat. Non enim id intelligitur de eodem rege numero; ſed tantum de principe eiuſdem regni, q. d. Prophetam Nahum oracula fudiſſe ante aduentum regis Aſſyriorum Sennacheribi in Iudæam anno 14. Ezechiæ, poſt tranſlatos à Salmanaſare 10. tribus rege eorundem Aſſyriorum anno 6. Ezechiæ, vt ſcitè monet Ribera prælud. 2. num. 14. *Explicatur Gloſſa.*

## QVÆSTIO XI.
## *De prophetia Habacuc.*

1. HAbacuc nullam temporis notam ſuæ prophetiæ imprimit, ſed hæc ſolum verba præmittit: *Onus quod vidit Habacuc propheta.* Ex ipſo vero prophetiæ decurſu bene plerique colligunt, hic prædici Chaldæorum euerſionē, *vt quomodo prior propheta Nahum*, inquit S. Hieronymus in huius prologo, *quem Habacuc ſequitur vaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios, qui vaſtauerunt 10. tribus, quæ vocabantur Iſrael, ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iuda & Ieruſalem templumq; ſubuerſa ſunt.* *Habacuc vaticinatus eſt cōtra Babylonem.*

2. Vnde certo colligimus hunc prophetam longe antiquiorem fuiſſe Aggæo, Zacharia, Malachia, qui poſt euerſum Chaldæorum imperium ſua vaticinia ediderunt. *Præceſſit Aggæum.*

3. Benè etiam aduertunt, Ribera, Bellarminus, Cornelius cum Epiphanio lib. de vita & interitu Prophetarum, Habacuc ante Vrbis Ieroſolymitanæ excidiū prophetaſſe. Neq; enim ſolent prophetæ prȩteritas hiſtorias per verba futuri temporis attexere: ſed è contrario verbis præteriti temporis denunciare futura, quod hic facit Habacuc cap. 1. v. 6. *Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poßideat tabernacula non ſua.* Et verſ. 10. *Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt.* Quibus verbis prædicit Chaldæorum potentiam & victorias ab illis de Iuda, alijſque gentibus reportandas. Neque enim Habacuc de vno Babyloniorum caſu agit, ſed etiam de gentibus, quas ipſe Nabuchodonoſor in ſuam poteſtatem *Stante adhuc Ieroſolyma claruit.*

redacturus erat. Sic nempe læta quædam triſtibus admiſcet, in conſolatione duarum tribuum, non quod iam captæ eſſent, inquit Ribera, ſed [illegible] manus hoſtium veniſſent, conſolarentur ſeſe, videntes eueniſſe [illegible] de ſe Dominus per Prophetam prædixerat, nec dubitarent de [illegible] Chaldæorum imperio, ſuaque libertate, ac futuro in patriam reditu, [illegible] dem Vatem prænunciato.

*Fortè ſub Manaſſe propheta uit: ſed in-cœpit ſub Ezechia.*

4. Aſt, ſub quo aut quibus regibus Habacuc propheta [illegible] Nonnulli abſolutè aſſerunt ſub Manaſſe, paulo poſt Nahum, & hanc [illegible] niorem eſſe ſententiam tradit Cornelius, conſentientibus Hebræis, [illegible] à Caſtro, Aria, Vatablo & alijs arbitrantibus hunc prophetam, [illegible] fuiſſe qui Manaſſæ impietatem redarguebant 4. Reg. 21. v. 10. Ego [illegible] uo meliori iudicio, hæc vaticinia ad illud tempus referenda puto, [illegible] ſuæ prophetiæ indicat Michæas, vbi ait, factum eſſe ad ſe Verbum Domini *diebus Ioatham, Achaz & Ezechiæ regum Iuda*, ita vt ad minimum ſub [illegible] rum regum, nempe Ezechia orſus fuerit vaticinari. Eſto etiam ſub [illegible] prophetandi officium non deſeruerit.

*Alius fuit Habacuc tempore Danielis propheta.*

5. Hinc colligimus iſtum, quo de agimus Habacuc diuerſum ab [illegible] pheta fuiſſe, qui Danieli in lacum Leonum deiecto prandium è Iudæa [illegible] lonem detulit. Dan. 14. v. 33. Hæc enim Danielis hiſtoria, poſt excidium [illegible] ſolymitanum accidit; Vaticinia autem hoc libello deſcripta, edita ſunt [illegible] zechia, aut ſaltem ſub Manaſſe, qui regnauit annos 55. Amon 2. Ioſias [illegible] kim. 3. tum ſecuta eſt captiuitas 70. annorum: ac proinde Habacuc ad [illegible] lis tempora non pertigit, eo præſertim vigore, quo meſſoribus cibum [illegible] Eſto aliqui, vt Remigius, Albertus, Hugo, Lyranus vnum eundemque [illegible] cuc fuiſſe putauerint. Quibus fauere videtur S. Hieronymus hic [illegible] verum non tam ex ſuo, quam aliorum ſenſu hanc refert opinionem. [illegible] enim: *ſi quis recipit ſcripturam illam, ſiue non recipit, vtrumque pro nobis eſt, [illegible] cipit, & iam poſt factam rem liber Habacuc texitur, aut non recipit, & quaſi propheta [illegible] bit quæ ventura cognoſcit.*

*Concluſio.*

6. Quocirca ſicuti duo fuerunt Abdiæ, & duo prophetæ Michææ [illegible] filius Iemla, de quo, 3. Reg. 22. ver. 8. alter qui vnus eſt è duodecim [illegible] prophetis: ita duo diuerſi vates communi nomine Habacuc diuerſis [illegible] bus floruere. Nec video cur ſenior Habacuc ad Ezechiam non referatur [illegible] xta regulam iam ſæpius vſurpatam, de prophetis, qui nullum in ſuis [illegible] pus aſſignant.

*Habacuc non fuit filius Sunamitidis.*

7. Ex dictis colligimus 2. hunc vatem non fuiſſe illum Sunamitidis filium, quem Heliſæus ad vitam reuocauit, 4. Reg. 5. Id enim ſi verum eſſet, [illegible] ſub Ioſaphat cum Heliſæo vixiſſet. Atqui poſt Ioſaphat regnauit Ioram [illegible]

P. H. Philipp
Chronolo Vet: Testam
A IV 17a

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Chronologicos, & octauum eiuſdem annum compleuit Ochozias, Athalia 6. Ioas 40. Amaſias 29. Ozias 52. Ioatham 16. Achaz vt minimũ 15. Ezechias 29. ex quibus facile conſiunt anni 195. ab obitu Ioſaphat, vſque ad initia regni Manaſſæ. Si ergo Habacuc ad Manaſſæ tempora peruenit, vt fert communis auctorum ſententia, idem ad annos circiter 200. vitam produxit, quod creditu non eſt procliue.

## QVÆSTIO XII.

## *De Sophonia.*

*Sophoniæ ſub Ioſia prophetauit.*

1. SOphonias clarè præfatur, *verbum Domini ad ſe factum, in diebus Ioſiæ, filij Amon regis Iuda.* Primordia regni Ioſiæ, qui 31. annis regnauit, refero ad annum ante Chr. 645. Cornelius ad 644. Aliqui vt Ribera Sophoniæ 1. numer. 3. putant Sophoniam vaticinatum ante annum 18. regni Ioſiæ, & ſuæ coniecturæ hanc afferunt rationem: quia Sophonias inuehitur in idololatriam duarum tribuum: Ioſias autem anno 18. regni ſui hortatus eſt Iudæos, vt abiectis idolis, Deum patrum ſuorum ſequerentur, acquieuitque populus monitis, confracta ſunt omnia idola. Verum hanc rationem certo concludere, bene negat Cornelius in Argumento huius prophetiæ. Nam Ieremias ab anno 13. Ioſiæ, cœpit, nec ſequentibus annis deſtitit in idola detonare: quia licet publicus idolorum cultus ab Ioſia ſublatus eſſet; non deerant tamen, qui priuatim ea detinerent, & colerent. Itaque non conſtat quoto anno regni Ioſiæ Sanctus hic Propheta ſuis vaticinijs dederit initium.

*Regno Iſraelis iam deſtructo.*

2. Opportunè autem occaſione huius loci monent aliqui cum S. Hieronymo ſub initium cap. 1. Sophon. hîc non fieri mentionem regum Iſrael: ſed tantum regis Iuda: iam enim 10. tribus deductæ erant in captiuitatem, ſub rege Ezechia, qui fuit parens Manaſſæ, auus Amonis, proauus Ioſiæ.

*Fuit ſynchronus Ieremiæ.*

3. Bene quidam monent 2. ſub eodem rege Ioſia vaticinatum Ieremiam, ab anno regni illius decimo tertio. Ierem. 1. v. 2. idcirco Sophoniam & Ieremiam fuiſſe ſynchronos. Quod verò Sophonias ordine temporis præponendus ſit Barucho, Ezechieli, Danieli, Aggæo, Zachariæ, Malachiæ, demonſtrant ea, quæ de ratione temporum cuiuslibet prophetæ ſuis locis in medium attuli. Baruch ſcriba Ieremiæ librum ſuum legit anno 5. ab euerſis Ieroſolymis. Ezechiel primum ſuorum oraculorum fudit, anno 5. tranſmigrationis Iechoniæ. Ezech. 1. v. 2. Daniel abductus eſt anno 3. Ioakim: idem ætate adhuc iuuenili exiſtens Suſannam calumnijs ſeniorum eripuit, primum ſomnium Nabuchodonoſori interpretatus eſt, anno 2. non regni ſed Monarchiæ ipſius, qua non tantum Chaldæis, ſed Ægypto, & multis alijs nationibus imperabat. vt ex Hieronymo, & Ioſepho notat Ribera illo prælud. 2. Denique Aggæus, Zacharias, & Malachias

*Præceſſit Baruchũ, Danielẽ, Aggæum, Zachariã, Malachiã.*

poſt relaxatam captiuitatem Babylonicam floruerunt; Sophonias ...
inchoatam.

*Ante casū Vrbis 9. propheta- runt poſt reliqui tres.*

4. Nouem primi è minoribus prophetis, nempe Oſee, Ioel, Amos, ...
Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, ante Templi & Vrbis ...
prophetauerunt. Vrbs enim ac Templum conflagrarunt ineunte ...
Nabuchodonoſoris; vltimus verò illorum 9. prophetarum, propheta...
Ioſia, qui triennio ante Nabuchodonoſoris enthroniſmum ornatus ...

# IN PROPHETIAM AGG...

*IN anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto, in die vna menſis, factum eſt Verbum ... in manu Aggæi Prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad ... Ioſedech ſacerdotem magnum. Agg. 1. v. 1.*

## QVÆSTIO XIII.

## *Quisnam fuerit hic Darius.*

*Non fuit Darius Medus.*

1. P*Rima opinio* eſt Philonis apud Annium, Genebrardi, Mercatoris ...
Chronologijs, Cyrilli Ieroſolymitani Catecheſi 12. Tertulliani ...
Iudæos tit. de Paſſione Domini, qui falſo errore decepti, putauerunt ...
ſub quo prophetauit Aggæus fuiſſe Darium Medum. Secus autem ...
bere conſtat ex 1. Eſdræ 4. v. 24. tunc intermiſſum eſt opus domus Dei ...
Ieruſalem, & non fiebat, vſque ad annum 2. regni Darij regis Perſarum ...
certum eſt ſermonem eſſe, de eo Dario rege, qui Cyro iam pridem è ...
to poſt Cambyſem regnabat; at verò Darius Medus Cyrum & Cambyſem ...
eſt ſecutus, ſed Baltaſſarem proximè excepit. Nam nocte interfectus eſt ...
ſar rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ...
duos. Dan. 5. v. 30. Adhæc Darius ſub quo templum reſtauratum eſt, ...
nimum annis Cyro ſuperſtes fuit (imo 36. regnauit) anno enim 6. ...
plum fuit abſolutum: quod Dario Medo minime conuenit.

*Neq; Longimanus.*

3. *Secunda opinio* eſt Ianſenij Conc. Euang. cap. 9. qui ſine idoneo ...
hunc Darium arbitratur fuiſſe Artaxerxem Longimanum: quia aliunde non ...
rebat ratio explicandi dictum illud Iudæorum, Ioan. 3. v. 30. *Quadraginta ...
annis ædificatum eſt templum hoc.* Verum quomodo hoc intelligendum ...
notis ad lib. 1. Eſdræ.

*Neq; Darius Nothus.*

3. *Tertia* eſt Sulpitij, Scaligeri, Sethi & quorundam aliorum maxime ...
riorum, qui volunt regem iſtum fuiſſe Darium Nothum: ſed hallucinantur ...
Etenim Cyrus, qui anno 1. ſuæ Monarchiæ ſoluit captiuitatē imperans ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9. Cambyſes & Smerdis 8. Darius Hyſtaſpis 36. Xerxes, vt minimum 20. Artabanus menſes 7. Artaxerxes Longimanus annos 40. Xerxes II. & Sogdianus menſes 9. & tum demum Darius Nothus capeſſiuit imperium: ac proinde ſupra modum longæui fuiſſent Zorobabel & Ioſue ſiue Ieſus filius Ioſedec, quorum meminit Aggæus, vt paulo poſt, clarius oſtendam.

4. Alſtedius prædictam opinionem Chronologia 17. quæ eſt Monarchiæ *Supputatio Alſtedij*
Perſarum, templi inſtaurationem Dario Notho attribuit, nec aliter probat, quam locis aliquot è libro 1. Eſdræ citatis. In fundamentis ſui theſauri Chronologici, loco 27. hoc conſtituit. *A primo anno Gyri ad 2. annum Darij Nothi, ſeu à ſolutione captiuitatũ Babylonicæ, ad inſtaurationẽ templi Zorobabelis, eſſe annos* 107. Huius interualli captiuitatem fatetur in ſacris codicibus nõ exprimi: *ex notatione tamen elapſum, apud Ptolomæum per annos Nabonaſſaris, indubitatò erui poſſe veritatem.* Triplex autem regnandi exordium tribuit Cyro. *Primum* regni Perſici, quod omnes ad vnum, inquit, referunt ad primum annum Olymp. 55. *Secundum* ait eſſe Babyloniæ expugnatæ anno Nabonaſſari 207. regni Perſici Cyri 21. *Tertium* initium vocat Monarchiæ Babylonicæ, & putat fuiſſe trigeſimum ſecundum regni Cyri in Perſia, illoque captiuitatem ſolutam, & ad hoc initium reſpexiſſe Danielem dum meminit anni primi & tertij regis Cyri.

5. Hæc Alſtedij ſupputatio mihi non probatur, *primò*, quia ſcripturæ teſti- *Refutatur*
monia quæ ad ſuam opinionem adſtruendam ex libro Eſdræ producit, regem 1.
iſtum non aſſerunt fuiſſe Nothum: ſed tantum vocant Darium, *Secundò*, quia re- 2.
clamant infiniti propemodum auctores, antiqui & recentes, qui ab excidio Ie-
roſolymitano ad templi Zorobabelis reſtitutionem ſub Dario factam, non niſi
70. annos enumerãt, vt latè receſui, q. 1. in libros Paralipomenon. *Tertiò*, ſi à ſo- 3.
luta captiuitate Babylonica vſque ad reſtaurationẽ templi ſecundi intercurrerent anni 107. nõ paucioribus annis Zorobabel genti ſuę præfuiſſet, & ſic facile ad annum ætatis 130. circiter acceſſiſſet. Ipſe enim ſub Cyro populum è captiuitate reduxit, & reſtaurationi ſecundæ Domus præfuit, vt ex diuinis literis colligimus. Imo ipſe Alſtedius initio 9. Chronologiæ, quæ eſt *Ducum apud Iudaos poſt captiuitatem Babylonicam*, triginta duos duntaxat annos Zorobabeli imputat, ſoluta captiuitate, eoſque deducit ab anno ſuo mundi 3421. vſque ad 3453. Chronologiæ verò 17. initium Darij Nothi refert ad annum 3527. Ergo Zorobabelis obitus plurimis annis enthroniſmũ Darij Nothi anteceſſit. *Zorobabel obijt ante regnum Darij Nothi.* Adhæc Ioſephus lib. 11. Antiq. cap. 4. & auctor libri 3. Eſdræ cap. 3. v. 4. referunt tres illos, qui coram Dario templi reſtauratore perorarunt, fuiſſe iuuenes & corporis illius cuſtodes: horum autem ſatellitum vnus erat Zorobabel ib. cap. 4. v. 13. Præterea Ioſue filius Ioſedec iam ſummum Pontificatũ gerebat, quando Cyrus Iudæis in patriam reditum indulgebat, nec eſt veriſimile eum ante 30. ætatis ſuæ

P.
H. Philipp
Chronolog
Vet: Testam
A IV
17a



annum ad eam dignitatem euectum. Sic anno 6. Darij Nothi, ...
quam 140. annorum. Denique Alſtedius *Chronologia* 14. nempe ...
*dæorum* ſcribit hunc Ioſue pontificatum iniiſſe, anno m. 3400. ...
50. ſucceſſiſſe Ioachim anno m. 3450. Ioachimo Eliaſibum an. m. ...
autem Nothi ſignat an. m. 3527. Qua ratione non ſolû Ioſue, ſed ...
multis annis obierunt ante imperium Darij Nothi, itaque hic ...
cum veritate pugnat, dum templi Zorobabelis reſtaurationem ...
tur vſque ad annum 2. Darij Nothi.

*Alſtedius ſecum pugnat.*

6. *Quartò*, mihi perſuadeo, veritatem ab Alſtedio indubitat...
notatione eclipſium, apud Ptolomæum expreſſa: ſiquidem *Fundam.* ...
ait *æras Olympiadium, Vrbis conditæ & Nabonaſſari, ritè connexas* ...
*columnas Chronologiæ ſacræ & prophanæ.* Quod vnanimi conſenſu Chr...
rum verum eſſe exiſtimo. At ille ipſe Alſtedius, iſto Fundam. XXI. ...
bonaſſari cum æra Christi non apte componit, dum anno primo æ...
Dionyſianæ copulat annum Nabonaſſareum 747. contra commun...
ram) harum ærarum concordiam, qua *annus* 749. *Nabonaſſareus* ...
*æra Christiana labente anno omnium Mathematicorum ſuffragijs, excepto* ...
Heluico) *qui ponit iſto loco annum* 748. vt totidem verbis ibidem con...
pondet nihilominus epilogiſmum captiuitatis ſolutæ, & 70. hebd...
Danielis cauſam eſſe, cur non retineat connexionem anni 749. Na...
cum primo æræ Dionyſianæ. Denique *ingenue fateor*, inquit, *m*...
*facere, in hac mea connexione.* Hebdomadas autem Danielis, ab anno ...
thi, vſque ad excidium templi ſecundi protendit. Nempe ex ...
ſuis & annorum Nabonaſſari ignorantia accidit, vt nec ipſe ſibi, ...
rum rerum peritis ſatisfaciat. Prætereà *Fundam.* XXXV. ...
Nabonaſſari à Ptolomæo ad annos Domitiani, Traiani, Adriani, ...
plicatis, aitque ibi eſſe nodum ἀδιάλυτον & concludit: ...
*ſolutionem.* Vnde colligimus hunc auctorem, ex notatione eclipſium ...
veritatem indubitatò: quod tamen *Fundam.* XXVII. fieri poſſe ...
nodus iſte quem inſolubilem aſſerit, facile expeditur, iis intellectis ...
tabam *Opuſc. de annis Domini, Nabonaſſari* &c. ſub finem cap. 11.

*Nec bene digerit annos Nabonaſſari.*

*Nec ſibi nec alijs ſatisfacit.*

7. *Quintò* mihi non arrident, quæ adnectit de initio tertio ...
nempe annum 32. regni illius Perſici, eſſe primum imperij Monarch...
regni Perſici, ſecundum & vltimum imperiorum & vitæ ipſius. N...
hoc pugnat cum ſcitis antiquorum, qui Cyro vniuersè, non niſi ...
cedunt. Imò falſitas doctrinæ Alſtedij deprehenditur, apud Ptolom...
notatione eclipſis Lunaris, quæ fuit anno 7. Cambyſis, Nabonaſſari ...
Phamenoth, hoc eſt, 16. Iulij, anno ante Christi æram 523. Cuius ...

*Malè ſupputat anno Cyri.*

annos Cambyſis proximè elapſos, & ex Alſtedij ratiocinijs 33. integros regis Cyri, conſurget annus ante Chriſtum 562. quo inijt tertius Olymp. 55. & bien-nio poſt acta ſit Olympias 55. *ad cuius annum primum omnes ad vnum* referunt exor-dia Cyri vt fatetur Alſtedius.

*Nec bene notat eclipſin Lunæ.*

8. Hanc petitionem declinare conatur *Chronologia IV. eclipſium*, vbi pag. 55. (2. editionis) §. Eclipſis X. iſtum Lunæ defectum notat cyclo ſolis 21. Lunæ 13. eumque pag 65. reuocat ad annum 4193. Periodi Iulianæ, qui eſt ante æram Chriſti Dionyſianam 521. conatur, inquá, ſed conatu prorſus irrito. Hæc enim Lunaris defectio incidit in 16. Iulij, fer. 4. vt omnes teſtantur, ipſo Alſtedio aſ-ſentiente, illa pag 65. Anno autem Periodi Iulianæ 4193 fuit quidem cyclus ſo-lis 21. lit. Dom. C. B. & cyclus Lunæ 13. Sed hoc modo dies 16. Iulij incurrit in ſabbatum aliquot diebus ante plenilunium. Aſt anno Periodi Iulianæ 4191. an-te Chriſtum 523. dies 16. Iulij fulgente Aureo numero 11. cyclo Solis 19. lit. Dom. E. epacta 25. dies 16. Iulij, fer. 4. plenilunio colluſtrabatur. Huic anno an-te æram Chriſti 523. adijce 6. annos Cambyſis, & 30. Cyri: ſic deprehendes an-no ante eandem æ1á 559. primum Cyri regis exordium labente anno 1. Olymp. 55. Annum 2. Darij Nothi opinor cœpiſſe anno ante Chriſti epocham 423. quo pariter aperiebatur annus 137. à primo Cyri regnantis initio: de his 137. annis tolle 21. quibus ante captam Babylonem Cyrus Perſis regnauerat & colliges annos 116. ab anno 1. captæ à Cyro Babylonis vſque ad annum 2. Darij Nothi. Verum ab anno 1. Monarchiæ Cyri, quo Iudæos libertati aſſeruit vſque ad tem-pli Zorobabelis inſtaurationem anno 2. Darij Hyſtaſpis reſumptam ſupputo annos 19. incluſiuè. Atque hæc dicta ſint in gratiam eorum, qui templi ſecundi reſtitutionem vſque ad Darium Nothum protrudunt, & Cyro plures annos regni quam 30. impendunt.

*Darius Nothus quando regnare cœpit.*

9. S. Hieronymus prologo in Aggæum, cum dixiſſet anno 2. Darij regis Perſarum filij Hyſtaſpis ſeptuageſimum annum deſolationis templi fuiſſe ex-pletum, & tunc temporis, prophetantibus Aggæo, & Zacharia templum de-nuo ædificatum, addit: *quo tempore apud Romanos, ſeptimus à Romulo regnabat Tarqui-nius Superbus, habens annum imperij viceſimum ſeptimum, qui poſt octo annos expulſus eſt à Bruto, ac deinde Rempublicam per annos quadringentos ſexaginta quatuor, vſque ad Iu-lium Cæſarem Conſules adminiſtrauerunt.*

*Sententia S. Hieronymi.*

10. Qua de Chronographia, mihi in primis legitima videtur ea computatio qua annum 70. à caſu templi completum aſſerit anno 2. Darij Hyſtaſpis. Tunc etiam apud Romanos Tarquinium Superbum regnaſſe, non inficior: quomodo autem annus 27. Tarquinij cum 2. Darij congruat, & poſt octen-nium Tarquinius à Bruto ſit expulſus; non aſſequor. Nam hoc modo regnaſſet annos 35. cum viceſimum quintum ex communiori ſententia delibauerit

*Explicatur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp
Chronolog. Vet: Testam.
A IV 17a



*Quot annos regnauerint reges Romanorum.*

tantùm. Romulus 37. annos vt minimum regnauit; tum poſt duor annorum interregnum, Numa Pompilius annos 43. Tullus Hoſtilius Martius 24. Tarquinius Priſcus 38. Seruius Hoſtilius 44. quibus ad 35. Tarquinij Superbi, colligerentur ab Vrbe condita, vſque ad exa anni ferè 254. cū non niſi 244. ſoleant numerari. Deinde annus 2. Da ſpis concurrit cum 1. Olymp. 65. qui eſt Iphiti 253. cui ſi 8. anni ſiue du piades addantur, conſurget annus 1. Olymp. 67. Vrbis 242. At vero Ta à Bruto expulſus eſt, inſtante anno Vrbis 245. labēte anno 4. Olymp.

*Duæ eclipſes Lunæ ſub Dario Hyſt.*

autem annus 2. Darij Hyſtaſpis componendus ſit cum 1. Olymp. bam lib. 1. Eſdræ, cum annus huius Darij ſupputarem, idque confir Lunares eclipſes, quarum prior commiſſa eſt anno 20. Darij Nabon. Chriſtum 502. Altera viſa eſt anno 31. Darij, Nabon. 257. ante Chr. bi ſæpius inculcaui. Vide *Opuſc. de annis Nabon. cap. 9. & de Olymp. 4. 5. Ta rum expanſorum, de Dario.* Vnde concludo annum Tarquinij Superbi

*Quando reges Vrbe exacti.*

ſimum ſeptimum, ſed bis ſeptimum, ſiue decimum quartum concur 2. Darij, tum poſt annos 10. exactos reges & primos Conſules Roma anno ante Chr. 509 Vrbis 244. deſinente: quibus appone 464. qu curſu Conſules Rempl. gubernarunt, & colliges annum Vrbis 708. Ca ſare III. & M. Æmilio Coſſ. cum Cæſar ante triennium Vrbem oc Marcello & Lentulo Coſſ.

11. Anno 5. ab exactis regibus celebratam eſſe Olympiadem 69. Dio nyſius, anno nimirum ante Chr. 504. Itaque reges exacti ſunt anno ante Chri

*Eſdras floruit ſtante templo 2.*

ſtum 509. qui erat 13. Darij Hyſtaſpis, cuius annum 2. memorat Aggæus Pro pheta. Quod fateri debent omnes, qui ad tempora Longimani reducunt Eſdræ & Nehemiæ aduentum in Iudæam: quia tunc iam ſtabat fabrica templi reædifica di, vt innuit Nehemias cap. 6. v. 10.

*Templum inſtauratum ſub Dario F. Hyſtaſpis.*

12. Gloriam templi reſtaurati Dario Hyſtaſpis filio diſertè tribuunt Cle mens Alexand. Hieronymus, Theodoretus, Albertus. Ioſephus, Euſebius, Pa migius, Ribera, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius. Tornellus, Salianus Vide in lib. 1. Eſdræ q. 3. Quando igitur Aggæus vaticinium primo ca ſcriptum cecinit, currebat, vt ſuppuro, annus mundi 3521. ante Chriſti epocham 520. Periodi Iulianæ 4194. inſtabat annus æræ mundi Græci Iudaici computi 3242. Semitæ primus. Tranſierant à primo certamine O

pico 64. Olympiades in ſolidum, ab Vrbe cond. 233. ab excidio H

roſolymitano 70. ab initio Monarchiæ Cyri 18. Tar

quinij Superbi 23.

## IN CAPVT I. AGGÆI.

VErſ.1. *Anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto in die vna menſis &c.* Tria hic diſputari ſolét.1.Quiſnam fuerit iſte Darius.2.Vnde computetur apud Hebræos ſextus iſte menſis. 3. Quomodo hæc notatio temporis cum annis & menſibus Romanis congruat:de primo actum eſt q præcedenti, de reliquis q. ſequenti agendum.

### QVÆSTIO XIV.

### *Quis hic menſis ſextus ſit Hebrais, quis Romanis.*

1. QVidam vt Lyranus initio cap.2.Aggæi, & Vatablus ad calcem cap. 1. hunc ſextum menſem putant eſſe anni ciuilis Adar dictum,ac proinde à Tiſri numerandum. Rationem afferunt,quod ad fabricas inchoandas menſis Adar aptiſſimus ſit,vt per æſtatem poſſit opus promoueri. *Quidam putant fuiſſe Adar.*

2. Alij numero & auctoritate longe ſuperiores,ad meliorem libellam huius temporis momenta exigunt, & cenſent hunc menſem eſſe anni ſacri ordine ſextum à Niſan. Ita Remigius, Albertus, Hugo, quos laudant & ſequuntur Ribera atque Cornelius. Conſentiunt Mariana, Sa, Menochius, in hunc locum. Salianus ad an.m.3533 n.30. Fauet Gloſſa ordinaria, dum ait hunc menſem non habere ſollemnitates, ſicut habet ſeptimus, nempe Tiſri. Ratio eſt, quia numerus menſium quem ſacra Scriptura præſertim in minoribus prophetis, exprimit de menſibus anni ſacri ſolet intelligi, niſi forte aliunde contrarium probetur. Enimuerò menſes à Niſan computantur, apud Zachariam, cap.1.v.7. & cap.7.v.1.vbi vndecimus menſis vocatur Sabat, & nonus Casleu. Imò Lyranus & Vatablus menſes apud Zachariam à Niſan deducunt, ſicut & menſem nonum ab Aggæo cap.2.v.11.notatum. Nulla autem ſubeſt cauſa cur à diuerſis originibus horum menſium fluxum deriuent, præſertim cum fateantur Aggæum & Zachariam eodem anno prophetare cœpiſſe:illum menſe 6. hunc 8. Vide comp.Eccl.cap.16.num.3. *Sed fuit Elul.* *Ratio.*

3. Commodè autem Propheta menſe Elul Iudæos ad templi ædificationē excitabat,vt hîc monēt nonnulli ſacrorum interpretum. Nam tunc experiebātur,quam ieiuna meſſis,quam paucæ fruges eſſent, cuius rei cauſam explicat Aggæus, quia nimirum Domo Dei neglecta, quiſque rerum tantum ſuarum ſatagebat. Idcirco *ſeminaſtis multum*, inquit, *& intuliſtis parum*. v.6. Inde ſumpta occaſione ſubdit v.8. *Aſcendite in montem, portate ligna, ædificate Domum, & acceptabilis mihi erit.* Non erat igitur aptior ad hoc negotium menſis Adar, quam Elul. *Cur menſe Elul perſuaſa Iudæis Templi reſtauratio.*

4. De *tertio* nō eſt magna difficultas, ſi memori mente ea repetantur, quæ dicebam q.præcedēti, & cap.16. Computi Viennenſis n.4. Inde etiā intelligimus *Quoto anno ante Christ. quo menſe.*

P.
H. Philipp
Chronolo
Vet: Testam
A IV
17a



*quo die Romanis.* eum annum fuiſſe 520. ante Chriſti Epocham, & ex Epacta inquirend
ſes Iudaicos populari ſupputatione. Tunc autem erat cyclus Solis 2.
A. cyclus Lunæ 14. litera æquationis H. epacta 28. quæ oſtendit Nou
6. menſis non procul abfuiſſe à 27. Auguſti, ſtylo Iuliano, fer. 1. quo di
increpabat Aggæus, quod ſpreta templi fabrica, ſuas ædes & propri
curarent ſine fructu. *Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſ.*

## IN CAPVT II. AGGÆI.

V. 1. *In die vigeſima & quarta menſis in anno ſecundo Darij regis.* Hæc temp
tatio ad finem capitis præcedentis referenda eſt, vt ex doctrina He
nymi docent hic plerique recentiores interpretes & Salianus ad ann.
31. præeuntibus Theodoreto, Ruperto, Haymone, Remigio, viri
populum Iudaicum templo reſtaurando manum adhibuiſſe, quod ad
*Fabrica templi manus adhibetur.* primi capitis ſacer textus his verbis exprimit: *Et ingreſſi ſunt, & facieb*
*domo Domini exercituum Dei ſui.* Nempe montem aſcendebant, luſtrabant
cræ locum, conſiderabant fundamenta ſub Cyro iaci cœpta à Iudæis
nio reuerſis anno 2. ſui reditus de quibus 1. Eſdræ 3. v. 8 & 10. ligna ca
pides conuehere incipiebant. Fundamentis verò ſuperſtruendis
re menſe nono, die 24. vt legimus hoc cap. v. 19. oraculo autem ſub fine
tis præcedétis deſcripto. Vates ergit animos Iudæorum, præſentem
affore prædicens, cuius monitis audientes Hebræi res fabricæ templi
rias congerere incipiunt.

*Corollarium 1.* 2. Ex dictis hoc & præcedenti capite deducimus *primò*, ex quo die
hortatus eſt Iudæos ad templum rurſus ædificandum, vſque ad diem
quo populus id facere aggreſſus eſt, tranſijſſe 22. dies ſeiunctis vtrinque
nis, nimirum à prima die menſis Elul, vſque ad 24. eiuſdem excluſiuè.

*2.* 3. Deducimus 2. hanc diem 24. ſexti menſis non procul abfuiſſe à
temb. Iuliani ad ea tempora reuocati: ſiquidem huius menſis origo
27. diem Auguſti.

*3.* 4. Colligimus 3. confirmari ea, quæ dicebam in Ierem. cap. 27.
6. Similem etiam diaſtolen reperiri Ierem. 28. v. 1. monet Cornelius
huius capitis.

*In vna die menſis*, hoc eſt, prima die menſis Elul.

Verſ. 2.

*In ſeptimo menſe, vigeſima & prima menſis, factum eſt verbum Domini &c.*

*Menſis Tiſri.* 1. Hunc menſem ſeptimum à Niſan acceſſo, Tiſri appellatum cum
& alijs auctoribus cap. præced. v. 1. num. 2 laudatis; contra Lyranum
blum. Aduertũt nonnulli, hoc oraculum vno ferè menſe tardius d

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

materia templi ædificandi cœpiſſet congeri. Prius contigit 24. ſexti menſis, poſterius 21. ſeptimi.

2. Celeberrima eſt hæc prophetia, qua Chriſtus venturus prædicitur, & ſua præſentia effecturus, vt templũ ſecundum glorioſius ſit templo Salomonis. *Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria*, v. 8. *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ quam primæ*, ver. 10. Hoc vaticinium puto editum anno ante Chriſtum 520. circa 16. Octobris, quæ tunc in fer. 2. incidit, vt ex dictis cap. 1. liquet.

*Editur hoc oraculum anno ante Chr. 520. circa 16. Octob.*

Verſ. 18.

*In vigeſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darij regis.* Hic menſis erat Caſleu, nonus anni iacti à Niſan inchoati, vt diſertè tradit S. Hieronymus in v. 19. huius cap. Quod ipſum indicare videtur S. Vates, dum canit: *A die vigeſima & quarta noni menſis, à die qua fundamenta iacta ſunt templi Domini, ponite ſuper cor veſtrum: nunquid iam ſemen in germine eſt, & adhuc vinea & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam.* Quæ verba conſentientibus alijs interpretibus ſic exponit S. Hieronymus: vtique nono menſe, vt diximus Decembri, futurarum nulla ſunt ſigna frugum. Ne igitur dicatis, hoc me prudentiæ ratione conijcere, & futuram fœcunditatem de floribus arborum, herbiſque ſegetum ſuſpicari: ecce nulla ſigna ſunt; & tamen prædico vobis, qui cœpiſtis ædificare templum meum frugum omnium fœcunditatem. Cum S. Hieronymo ſentiunt Ribera, Cornelius, Menochius. Ex quibus confirmantur ea, quæ annotabam ad cap. præced. ver. 1. num. 1. Sicut enim hic menſis nonus eſt Caſleu, & à Niſan locum nonum habet; ita menſis ſextus & ſeptimus, quorum iſte Propheta meminit, ſuum numerum ab eodem principio ſortiuntur. Sic dies iſta 24. menſis noni mihi incidit in 17. (aut circiter) Decembris, quæ tunc erat dies Solis ſiue Dominica, ann. ante Chr. 520. quando poſt reſumptam ſacræ ædis fabricam, Propheta pollicitus eſt, commodè actum iri cum Iudæis, quorum acta non erant Deo accepta, quamdiu noui templi ſtructuram non curabant.

*Menſe Caſleu.*

*Circa 17. Decemb.*

Verſ. 19.

*A die vigeſima & quarta noni menſis à die, qua fundamenta iacta ſunt templi Domini.* Quatuor diuerſis temporibus inchoata dici poteſt ſecundæ domus fabrica. Primò, ſub Cyro, quando Iudæi poſt ſuum è captiuitate reditum, neceſſariam templo extruendo materiam præparabant. Quo ſpectat illud 1. Eſdræ 3. verſ. 7. & 8. *Porrò templum Dei necdum formatum erat. Dederunt autem pecuniam latomis & cæmentarijs, cibum quoque & potum & oleum Sidonijs, Tyrijſque; vt deferrent ligna cedrina de Libano, ad mare Ioppe.* Secundò ſub eodem Cyro, quando locatæ fuerunt primæ partes fundamenti, vt refertur ibidem v. 8. *Anno autem ſecundo aduentus*

*Reſumpta fabrica templi primò.*

*eorum ad templum Dei in Ieruſalem menſe ſecundo cœperunt Zorobabel filius [...] & Ioſue filius Ioſedec. &c. & conſtituerunt Leuitas à viginti annis & ſupra, [...] opus Domini.* Tertiò, quando reſumpturi ſecundæ domus inſtaurationem [...]
3. Dario Hyſtaſpis, anno imperij eius ſecundo die 24. menſis Elul, [...] fabricæ opportunas comparabant: quo de initio Aggæus cap. 1. v. 14. [...] *ſunt*, inquit, *& faciebant opus in domo Domini*, nempe fodiendo, [...]
4. menta detegendo, ligna, lapides, cæteraque id genus congregando. [...] quando eodem anno die 24. Casleu fundamentis ſub Cyro ante annos [...] ter 17. inceptis, ſuperſtruere cœperunt, vt hoc 2. cap. v. 19. legitur, [...] iacta templi Domini fundamenta, ſubaudi, quoad eas partes, quæ [...] necdum fuerant collocatæ.

Verſ. XXI.

*Et factum eſt verbum Domini ſecundo ad Aggæum, in vigeſima & quarta [...]* ſubaudi Casleu: quo die Propheta ſub nomine Zorobabelis de Meſſia [...] cinatur; nimirum aliquando fore, vt regna gentium ſubuertantur, & [...] Chriſti ſit curæ Deo ſingulariter, ſicuti annulus ſignatorius eſſe ſolet [...] bus. Sic iſta die Aggæus bina reddidit oracula, & fundamentorum [...] ædificatio reſumpta eſt. Porro Aggæi prophetiæ huius libelli monimentis [...] ſignatæ, ad tres menſes non omnino integros porriguntur, ſcilicet à [...] ſexti menſis, vſque ad 24. noni.

*Initiū & finis prophetiarū Aggæi.*

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

# IN PROPHETIAM ZACHARIÆ

*Aggæus 2. ferè menſibus præceſſit Zachariam.*

ADuertunt plerique cum S. Hieronymo in cap. 1. Zachariæ, [...] Aggæum fuiſſe ſynchronos, ita vt Aggæus Zachariam duobus [...] tum menſibus præceſſerit. Ille enim prophetare cœpit menſe [...] hic octauo: vterque anno 2. Darij Hyſtaſpis. Quod ſi apud Aggæum menſes à Tiſri; apud Zachariam à Niſan computarentur, vt Lyranus [...] tablus opinati ſunt, magna æquiuocatio fingenda hoc loco foret, quia [...] tur: Aggæus vaticinari cœpit ſexto menſe, anni prophani, Zacharias [...] menſe octauo anni ſacri. Vnde ſequeretur, quod Aggæus Zachariam [...] menſibus aut circiter præceſſiſſet, aut, eum 4. ferè menſibus fuiſſet [...] Aut enim eodem anno periodi Iulianæ, (hoc eſt, à Calendis Ianuarij [...] pro) vterque Vates prophetare cœpit; aut diuerſo. Si eodem: Aggæus [...] Februarium, Zacharias circa Octobrem feciſſet initium vaticinandi. Si [...] diuerſo anno Iuliano ſuas prophetias auſpicati ſunt; dicendum erit quod [...] Zacharias circa Octobrem, tum Aggæus circa Februarium anni ſequentis [illegible]

P. H. Philipp[...] Chronolo[...] Vet: Testam[...] A IV 17a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rente adhuc anno 2. Darij, prophetare ſit adorſus. Ego verò ex communi ſententia in eundem annum Iulianum vtriuſque Prophetæ exordia conijcio, & bimeſtri ferè ſpatio Aggæum Zachariæ antepono.

## IN CAP. I. ZACHARIÆ.

Verſ. 1. *In menſe octauo, in anno 2. Darij regis, factum eſt verbum Domini ad Zacha-* *Menſe*
*riam.* Hic menſis erat Marcheſuan, ordine octauus à Niſan, vt fert communis *Marcheſuan.*
ſententia, cui ſubſcribunt Lyranus & Vatablus. Hortatur populum Zacharias ne prauos ſuorum parentum mores imitetur, qui cum Prophetas audire noluiſſent, iuſtas Deo pœnas exſoluerunt.

Verſ. 7. *In die vigeſima & quarta vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darij.* Hinc apparet Prophetam vſurpare menſes anni ſacri; in anno enim profano, menſis vndecimus eſt Ab, Octauus, Iiar. Cum autem dies 24. noni menſis inciderit in, vel prope 17. Decembris, vt notabam Agg. 2. ver. 11. conſequens eſt, vt *Anno ante*
hoc oraculum differatur in annum ſequentem Iulianum, qui fuit ante Chri- *Chr. 519.*
ſtum 519. cyclo Solis 23. lit. Dom. G. Cyclo Lunæ 15. lit. æquat. H. Epacta 9. *circa 14.*
quæ initium menſis Sabat conijcit ad diem circiter 22. Ianuarij, diem autem *Febr.*
24. Sabat ad 14. Februarij, fer. 4. Tunc Zachariæ oſtenſa ſunt, quæ hic, à verſ. 8. deſcribuntur. *Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum &c.* Hæc prophetia duas continet viſiones. Prior eſt equitis ſtantis in myrteto: hoc eſt Angeli conquerentis, necdum miſerijs Iudæorum finem eſſe impoſitum, anno ſeptuageſimo: cui bona verba & conſolatoria diuini reſponſi adiunguntur de templi & Vrbis inſtauratione. Poſterior viſio eſt quatuor cornuum & totidem fabrorum, ſignificantium opem cœleſtem Iudæis affuturam.

Verſ. 12. *Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem & Vrbium Iudæ, quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.*

## QVÆSTIO XV.

### *Quodnam iſtorum 70. annorum initium, quis finis.*

1. CErtum eſt, hæc verba: *iſte iam ſeptuageſimus annus eſt*, prolata fuiſſe ab An- *Hæc prolata ſunt*
gelo, labente anno 2. Darij, vt indicat verſ. 7. huius capitis, decimo, vt *anno 10.*
reor, ab obitu Cyri, qui anno 1. ſuæ Monarchiæ laxauit annorum 70. captiuita- *ab obitu*
tem. Quo fit vt annus ſecundus Darij, non ſit ſeptuageſimus captiuitatis Iu- *Cyri.*
dæorum, quam ſoluit Cyrus, vt fidem facit liber 2. Paralip. cap vltimo, & exordium primi Eſdræ. Quanam igitur ratione dicitur hoc loco iam ſeptuageſimus annus iræ Domini in Ieruſalem & Vrbes Iuda?

2. Prima opinio eſt eorũ, qui nõ diſtinguũt hoſce annos ab annis 70. ſeruitu- *1. Opinio.*
tis Babylonicæ, de qua vaticinatus eſt Ierem. c. 25. eoſq; anno 1. Cyri finitos eſſe

confi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philipp: Chronolog. vet: Testam. A IV 17a



confitentur: hunc autem Zachariæ textum per admirationem, vel in-
tionem legendum putant, q. d. Domine Virtutum, nunquid iſte eſt an-
tuageſimus ſeruitutis populi tui, à Ieremia prædictus: Imo iampridem
eſt, nec tamen miſertus es Ieruſalem, & Vrbium Iuda, nec vllus e[illegible]
paret noſtrarum miſeriarum finis. Ita Albertus, Hugo, Lyranus, Me[illegible]
lianus. Quibus fauere videntur ij, qui S. Hieronymum ſecuti in prolo[illegible]
& ad initium cap. 1. Zachariæ ſic ſcribentem: Secundo anno Darij [illegible]
ſeptuageſimum deſolationis templi annum qui ab Ieremia prædictu[illegible]
completum ipſe Zacharias teſtis eſt dicens: *Domine exercituum,* [illegible]
*miſereberis Ieruſalem, &c.*

2. Opinio probabilior.

3. Altera opinio, cui adhæreo eſt eorum qui fatentur quidem anno[illegible]
tionis templi, cum annis captiuitatis aliquando confundi: propriè [illegible]
ab illis diſtinctos. De annis captiuitatis, intelligendum eſſe illud tex[illegible]
25. v 11. *Et ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis.* De an[illegible]
tionis templi Angelum apud Zachariam locutum aſſerunt, & hos a[illegible]
excidio Ieroſolymitano. In hanc ſententiam conſpirant è Neoteric[illegible]
Christophorus à Caſtro, Sanctius, Mariana, Sa, Cornelius, Vatabl[illegible]
Clementem Alex. Hieronymum, Auguſtinum; quibus adde alios, qu[illegible]
ſebam in lib. Paralip. q. 1. cum enim Iudæi 70. annos templo caruerint, [illegible]
Deus Ieruſalem & Vrbibus Iuda dicebatur iratus, quod nullum in [illegible]
templum diuinis officijs celebrandis ædificatum eſſet. Sic enim c[illegible]
iacente, eueniebant illa, quæ Aggæus exaggerat, cap. 1. v. 6. *Semina[illegible]*
*intuliſtis parum, comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati* [illegible]
*& non eſtis calefacti: & qui mercede congregauit, miſit eas in ſacculum per[illegible]*
huic interpretationi Zacharias cap. 7. v. 5. dum anno 4. Darij de [illegible]
gens, *cum ieiunaretis,* ait, *& plangeretis in quinto & ſeptimo, per hos 70. ann[illegible]*
particula demonſtratiua *hos*, reſpexiſſe videtur ad annos haud pr[illegible]

Opinio Tornielli partim acceptatur, partim reijcitur.

4. Torniellus ad annum m. 3462. cum prædictis auctoribus [illegible]
annos 70. deſolationis, quos hîc promit Zacharias, ab annis 70. ca[illegible]
anno 1. Cyri abſolutis. In eo verò ipſi non aſſentior, quod annos Za[illegible]
diatur ab anno 27. tranſmigrationis Iechoniæ, qui fuit 16. ab exci[illegible]
lymorum. Nam ideo, à caſu templi vſque ad annum 2. Darij eſſent [illegible]
contra auctoritatem tot tantorumque Scriptorum, qui 70. d[illegible]
iſto temporis interuallo computarunt. Nec iuuat Torniellum, quod [illegible]
27. tranſmigrationis, Ægyptus à Nabuchodonoſore vaſtata fuerit, & [illegible]
rum reliquiæ, quæ eo confugerant, in Babyloniam deportatæ; Ang[illegible]
apud Zachariam loquitur, non de Iudæis vltimo Babylonem tradu[illegible]
Ieruſalem & Vrbibus Iuda, quæ ab eo tempore, quo ciuitas & [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conciderant, grauem offenſi numinis iram veteres incolæ ſentiebant, non minus ante populationem Ægypti, quàm poſt eam.

*S. Hieronymi doctrina explicatur.*

5. Ad teſtimonium S. Hieronymi pro priori opinione allatum reſpondet Ribera in c. 1. Zachariæ nu. 44. S. Hieronymum poſt explanationem 12 prophetarum, Iſaiæ, Danielis, & Ezechielis ſcripſiſſe commentarios in Ierem. vt ipſemet in prologo Ieremiæ præfatur, & ibi correxiſſe, quod in Zachariam dixerat. Duo autem dixerat, *primùm* 70. annos deſolationis templi, anno 2. Darij expletos fuiſſe: alterum, de hiſce annis prophetaſſe Ieremiam, & hoc tantum poſterius videtur correxiſſe; non autem prius. Reliqui auctores, qui tradunt 70. annos Ieremiæ eſſe eoſdem cum ijs, qui apud Zachar. exprimuntur, id ex S. Hieronymo tranſcripſiſſe, veriſimile eſt, nec attendiſſe ad commentarios eiuſdẽ in Ieremiam. Ego verba illa, *iſte iam annus ſeptuageſimus eſt*, lego ſimpliciter ſine vlla vel admirationis, vel interrogationis nota, & opinor ab Angelo prolata fuiſſe, anno 70. ab euerſione Ieroſolymorum expleto. Sic Gen. 11. v. 10. Arphaxad dicitur genitus, biennio poſt diluuium, ſiue altero anno, vt trãſtulerunt 70. nẽpe cõpleto, vt fert communis auctorum ſentẽtia. Prior nihilominus interpretatio meæ Chronographiæ non aduerſatur, cũ ſolum aſſerã, à templo diruto, vſq; ad annũ 2. Darij, decurriſſe annos 70. ſiue hi anni fuerint à Ierem. prędicti, ſiue nõ.

*Opinio auctoris.*

6. Ieremias c. 25. v. 11. ita cecinit: *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis, 70. annis.* Dubitauerit forte quiſpiã, vtrum hoc oraculum poſſit in ſenſu diuiſo bis accipi de 70. annis, q. d. terra hęc erit in ſolitudinem & in ſtuporem 70. annis, & gentes iſtæ ſeruient regi Babylonis, etiam 70. annis, non omnino iiſdem, ſed ex parte diuerſis. Si quis hanc interpretationem ſequi volet, ſolitudinem terrę, non tam ad hominum corpora, quàm ad Religionem & loca Deo ſacra ſpectare dicet. Stupendum enim erat, cernere regnum Iuda, poſt euerſum Salomonis templum toto orbe celeberrimũ, ſic ædificijs Religioni dicatis, per annos 70. deſtitutũ, vt beſtiæ potius quã Iudæi, illã terrã, quaſi ſolitudinẽ aliquã occupare viderentur. Si hic ſenſus admittatur, Zacharias poterit nõ incõmodè intelligi de annis 70. prioribus à Ierem. prædictis. Vtrũ autẽ hic ſenſus admitti debeat, aliorũ prudentũ & peritorum eſto iudiciũ, nõ ignorantiũ, vnius S. Scripturæ loci, plures quãdoq; ſenſus dari, etiã literales, ne hinc alię bonorũ auctorũ interpretationes excludãtur.

*Declaratur vaticinium Ieremiæ.*

*Per 70. annos regnũ Iuda omni tẽplo caruit.*

7. Vt clarius meam opinionem proponam, meminerit lector, eorum ſupputationem mihi probari, qui à templo incenſo, vſq; ad annum 1. Olymp. 55. quo labente Cyrus apud Perſas regnum adijt, numerant annos 30. & imperio eiuſdẽ Cyri tribuunt nouenniũ, Cãbyſi ſeptenniũ & 7. menſes. Magis 5. mẽſes, quibus 8. annus Cambyſis expletus eſt, vt cum Herodoto lib. 3. circa medium, plures docent, quorum nonnullos recitat & ſequitur Ribera in hunc locum n. 32. Magis interemptis, mox Darius Hyſtaſpis ad imperium euectus eſt.

*Quot anni à caſu tẽpli vſque ad initiũ Cyri.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
H. Philippi
Chronolog.
Vet: Testam.
A IV
17a



## IN CAP. VII. ZACHARIÆ.

VErſ.1. *Et factum eſt, in anno 4. Darij regis, factum eſt verbum Domini ... riam, in 4. menſis noni, qui eſt Caſleu.* Nota 1. hunc menſem eſſe ... cri à Niſan computati. 2. hæc contigiſſe, anno ante vulgarem æram ... cyclo Solis 24. lit. Dom. F. cyclo Lunæ 16. lit. AEquat. H. Epactis ... Neomenia mẽſis Caſleu incidit, in vel prope 2. Nouemb. fer. 7. ... in 5 Nouemb. Iuliani. 3. apud Aggæum & Zachariam non fieri ... tioné anni 3. principatus Darij: anno verò 2. adſcribi aliquot præclara ...

*Oracula anno 2. Darij edita.*

1. Fuit ſexti menſis die 1. Aggæi 1. v. 1.
2. Die 24. eiuſdem menſis. Ibid. v. 15. & cap. 2. v. 1.
3. Die 21. ſeptimi. Agg. 2. v. 2.
4. Octauo menſe. Zachariæ 1. v. 1.
5. Menſe nono die 24. Agg. 2. v. 11.
6. Eiuſdem menſis, eodem die, Ibid. v. 21.
7. Die 24. vndecimi menſis. Zach. 1. v. 7.

## IN CAP. VIII. ZACHARIÆ.

VErſ.19. *Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ... mi, erit domui Iuda, in gaudium & lætitiam, & in ſolemnitates præclaras ...* ſunt anni ſacri, & ſuo quiſque ordine procedit à menſe Niſan, ... menſis ſit Tamuz, quintus Ab, ſeptimus Tiſri, decimus Tebeth.

## QVÆSTIO XVI.

### *Quanam ſint iſta ieiunia.*

*Ieiunia 4. menſis, ſiue Tamuz.*

1. DIe 9. quarti menſis ſtatum erat Hebræis ieiunium, eo quod hoc ... pta fuerit ciuitas à Chaldæis, Ier. 52. v. 6. & 7. Rurſus die 17. ... rat, de quo S. Hier. in hunc locum: Cogimur, inquit, ad Hebræos ... ſcientiæ veritatem, de fonte magis, quam de riuulis quærere, præſertim ... prophetia aliqua de Chriſto, vbi tergiuerſari ſolent, & veritatem ... dacio, ſed hiſtoriæ ex præcedentibus & conſequentibus ordo ... 4. menſis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die 7. & 10. eiuſdem menſis ... bitrantur quando deſcendens Moyſes dè monte Sina tabulas legis ... que confregerit. Hoc die fractas fuiſſe tabulas cum S. Hier. docet ... Cornelius hic: ac proinde eorum auctoritate confirmantur ea, quæ ... c. 32. Exodi de prima & tertia Moyſis quadrageſima, quoad tempus ... runt, contra nonnullos, qui die 25. Tamuz, fractas tabulas ... 

*Menſis Ab*

2. Menſis quinti die 1. ieiunium erat, quod eo die Moyſes exceſſerit ... *Num. 33. v. 38.* Similiter die 6. ob raptas à Beniaminitis 400. puellas ... In 5. menſe qui apud Latinos appellatur Auguſtus, inquit S. Hier. ... exploratores terræ ſanctæ, ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aſcendere, ſed per 40. annos longis ad terram ſanctam circuire diſpendijs, vt exceptis duobus Caleb & Ioſue, omnes in ſolitudine caderent. In hoc menſe, & à Nabuchodonoſor, & multa poſt ſæcula à Tito & Veſpaſiano templum Ieroſolymis incenſum eſt, atque deſtructum: capta Vrbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum, aratum templum, in ignominiam gentis oppreſſæ à T. Annio Ruſo. Hebræi ſeditionem exploratorum referunt ad diem 9. quinti menſis illis eam ob cauſam eſurialem. Plerique etiam die 10. eiuſdem ſignant ieiunium, quia tunc incenſum templum à Nabuzardan, *palatium & omnes domus magnæ.* Ierem. 52. v 8. Die item 18. huius menſis annua recurrebat obſeruatio ieiunij, ob extinctam lucernam, in diebus Achaz regis, vt quidam autumant: alij hoc tribuunt diei 17. Torniellus die 26. notat ieiunium, ob cauſam de exploratoribus allatam.

3. Factum eſt autem in menſe ſeptimo, venit Iſmael filius Nathaniæ, filij *Tiſri.* Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo, percuſſeruntque Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Maſpha. 4. Reg. 25. v. 25. Ob eam rem Iudæis ſolemne ieiunium erat die 3. Tiſri, & aliud 5. die ob cæſos 20 Iſraelitas. Die 10. erat Scippur ſiue expiationis feſtum, de quo Leuit. 16. v. 29. *affligetis animas veſtras.*

4. Ezechielis cap. 33. v. 21. *Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta menſis tranſmigrationis noſtræ, venit ad me, qui fugerat de Ieruſalem dicens: vaſtata eſt ciuitas.* Ideo nonnulli tradunt indictum fuiſſe ieiunium die 5. menſis Tebeth. & huc reſpexiſſe Zachariam. Die octaua ieiunabant quod illo die lex in Græcum translata ſit à 70. interpretibus. Certum autem eſt, hoc loco non fieri mentionem iſtius ieiunij, quippe quod longo poſt Zachariam tempore inſtitutum eſt. Dies 10 eſurialis erat, eo quod tunc inchoata fuerit obſidio Ieroſolymitana à Nabuchodonoſore anno 9. Sedeciæ. 4. Reg. 25. v. 1. Ierem. 39. v. 1. & cap. 52. v. 4. Ezech. 24. v. 1. *Tebeth.*

5. Quæſtio autem inter authores mouetur, vtrum Propheta de quolibet *Status q.* horum ieiuniorum (quæ hæc tempora præceſſerunt vaticinetur?) Quidam, vt *Q, inte 1.* Cornelius in c. 8 Zach. v. 19. cenſent hic agi, non de antiquis ieiunijs, ſed de nouis & recenter inſtitutis: tum quia nonnulla ex ijs erant à Deo indicta, vt feſtum expiationis: quæ hoc loco aboleri, non eſt facile affirmare. Tum quia Iudæi c. 7. tantum quærebant, vtrum quarti & quinti menſis, ob Vrbis & Templi caſum ſancita, poſt vtriuſq; inſtaurationem eſſent obſeruanda: quibus diuino oraculo reſpondetur, non ſeruanda, ſed in ſolemnitates præclaras & lætas cōmutanda. Itaq; Cornelius ieiunium quarti menſis interpretatur illud, quod in diem nonam incidebat, ob murū Ieroſolymorum à Chaldæis tunc interruptū. Ieiunium quinti ait fuiſſe, die 10. Ab. quo templum conflagrauit. Ieiunium ſeptimi putat illud quod ob necem Godoliæ decretum fuerat, Ieiunium decimi

P.
H. Philipp
Chronolog
Vet: Testam
A IV
17a



aſſerit fuiſſe die 10. Tebet, quia tunc Chaldæus Ieroſolymam cinxit obſ
Hiſce diebus ieiunij aſſignandis Cornelio aſſentiuntur, Mariana, Sa
chius: qui tamen fatentur Hebræos alijs etiam diebus ieiunaſſe.

*Opinio 2.* 6. In alia ſententia videtur eſſe S. Hieronymus, quia ieiunium quarti men
ſis intelligit illud, quod ſtatutum erat die 17. Tamuz ob fractas legis tabulas.
Ieiunium quinti refert ad eam ſeditionem, quæ reuerſis ad Moyſen exploratoribus,
ribus, fuit excitata, & in cauſa, cur ſeditioſi prius in deſerto perirent, quam po
pulus in terram promiſſionis induceretur. Ieiunium ſeptimi refert ad cædem
Godoliæ, & diſſipatas Iudæorum reliquias. Ieiunium decimi ad calamitoſum
nuncium, quo Ezechiel à fugitiuo Vrbem dirutam accepit.

*Soluitur ratio prioris opinionis.* 7. Haræus S. Hieronymi doctrinam refert, eandem ſequitur Remig
latè propugnat Ribera, aitque Prophetam interrogatum quidem fuiſſe
de ieiunio quinti menſis: ſed inde ſumpta occaſione, de alijs etiam ieiunijs re
ſpondiſſe. Idem ſentit Salianus ad an. m. 3535. Cum enim prius Zacharias do
cuiſſet, ieiunia Hebræorum Deo non placuiſſe, quia mandatis eorum
temperabant, ac ideo patres eorum grauiſſimis affectos calamitatibus
dem concludit, ſi legis præcepta diligenter obſeruauerint, fore aliquando
ea conuertantur in gaudium & lætitiam & ſolemnitates præclaras.
hæc controuerſia magis ad S. Scripturæ interpretes, quàm ad Chronologos
pertinet: ac proinde ſuffecerit, hoc loco eam delibaſſe potius, quam ex

## IN IX. X. ET RELIQVA CAPITA HVIVS PROPHETIÆ.

HIs capitibus varia continentur oracula, nullis temporum characteribus
conſignata: ac idcirco non conſtat quando edita fuerint. Chriſtophorus
à Caſtro lib. 8. de Prophetis, vaticinia cap. 9. deſcripta, ad annum 5. Darij
uit reducenda, quæ 10. capite habentur, ad annum ſextum, quæ vndecimo
annum nonum, quæ duodecimo, & decimo tertio leguntur, ad decimum
duodecimum, quæ denique 14. capite contexuntur ad annum 14. &
Quæ coniectura diligentiam quidem redolet, ſed certo fundamento
tuitur, vt aduertit Salianus ad ann. m. 3535. num. 13.

# IN PROPHETIAM MALACHIÆ

## QVÆSTIO XVII.

### *De tempore huius prophetiæ.*

*An ſub annum 5. Lõgimani.* 1. SVb annum 6. aut 7. Longimani propheraſſe Malachiam, notat Co
Harmonia: quia inter populi & ſacerdotũ facinora maximè redarguit
dæorum cũ mulieribus alienigenis connubia; quæ Eſdras egregie diſſoluit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

annum 7. Artaxerxis Longimani; vt latè deſcribit ipſe Eſdras lib. I. cap. 10. v. 10. Et ſurrexit Eſdras ſacerdos & dixit ad eos: *Vos tranſgreßi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſuper delictum Iſrael. Et nunc date confeßionem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius, & ſeparamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et reſpondit vniuerſa multitudo, dixitque voce magna: iuxta verbum tuum ad nos, ſic fiat.*

2. Salianus ad annum 7. Artax. Longimani, occaſione eorũ quæ de repudio
*Vtrum anno 7. eiuſdem?*
vxorum alienigenarum præſtiterat Eſdras, agit de hac prophetia, ex æquo & bono, licet forte dubitauerit de anno quo hæc Malachias prophetarit.

3. Si hæc momenta temporis accuratius ad libellam exigantur: eorum trutina æquior eſſe mihi videtur, qui cenſent Malachiam paulo poſt Zachariam vaticinari cœpiſſe, vt bene aduertit Ribera, nempe ſub Dario Hyſtaſpis, ac deinceps in officio Vatis perſeueraſſe, vt diligentius ponderat Cornelius argumento in Malachiam, idque ex auctoritate S. Hieronymi, qui Hebræos ſecutus vſurpat canonem illũ de Chronographia horũ prophetarum iam ſæpius à nobis
*Cœpit Malachias ſub Dario.*
inculcatum. *In quibus* (Prophetis) *tempus non præfertur in titulo, ſub illis eos regibus propheta ſſe, ſub quibus & hi, qui ante eos habent titulos prophetarunt*, Atqui ante Malachiã Zacharias Darij tempus præfert in titulo; ſub eodem igitur principe Dario, ſua vaticinia exorſus eſt Malachias, vt diſertè tradunt Faſti Siculi, & notat Menochius. Quamdiu verò poſtea Vatis functiones obiuerit, non conſtat. Non incommodè fieri potuit, vt quæ de coniugio cum vetitis fœminis hîc narrãtur, ea ſub annum 5. 6. aut 7. Longimani. S. Vates Iudęis obijceret. Remigius procœm. in Malach. *Hic*, inquit, *prophetauit eo tempore, quo & Aggæus & Zacharias, nec tempus ponitur in titulo.*
*Canon vſitatus in his 12. prophetis.*

*Quædam ſtãte templo edidit Malach.*
5. Enimuerò Malachias aliqua ſaltem docuit, templo iam reparato, vtpote ea quibus caſtigat impietatem ſacerdotum, non ritè ſuis muneribus in templo fungentium. *Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuito?* cap. 1. v. 10. Quæ ſpectant ad illicita matrimonia, etſi longè probabiliſſimum ſit ea ante finem anni ſeptimi Artaxerxis pronunciata fuiſſe: id tamen certò confirmare non auſim. Forſitan Hebræi, poſt reformationem illam anno 7. vel 8. Lõgimani factam, vt canes ad vomitũ renerſi, ad ſceleratas illas nuptias redierunt.
*Iudæi in vetitas nuptias recidiui.*
Quo in facinore eos poſtea deprehenſos caſtigauit Nehemias ſub finẽ imperij Artaxerxis, qui annos 40. principatum adminiſtrauit. *Anno*, inquit Nehemias, *trigeſimo ſecundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem, & in fine dierum rogaui regem, & veni in Ieruſalem* 2. Eſdræ 13. v. 6. Et ſubdit v. 23. *Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filij eorum media ex parte loquebantur Azoticè, & neſciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgaui eos, & maledixi, & cecidi ex eis viros, & decaluaui eos.* Itaq; nõ liquet, quot annis poſt Aggæum & Zach. prophetijs ſuis, aut initium dederit, aut finem impoſuerit Malachias, quẽ inter Sanctos Eccleſ. tabulæ repræſentant die 14. Ianu.

P. H. Philippi
Chronolog. Vet: Testam.
A IV 17a



## *De ordine temporis horum* 12.*propheta[rum]*

*De quibuſdam conſtat.*

1. NOn eſt dubiũ, quin Aggæus & Zacharias, ſecuti ſint Sophon[iam]
quorum prophetiæ in Hebræo & Vulgato prius concipe[...]
Aggæus enim & Zacharias poſt ſolutam captiuitatem, alij ante[...]
minus certum eſt, Sophoniam Michææ poſtponendum: hic enim ſub
Achaz, & Ezechia cecinit oracula; Sophonias autẽ ſub Ioſia, qui ſu[...]
Ezechiæ. Amos & Oſee omnibus iam nominatis ſe antiquiores[...]
ſtrant initio ſuarum prophetiarum, dum ſuas viſiones referunt ad[...]
ziæ, qui fuit parens Ioathami.

*De quibuſdam quæſtio eſt.*

2. De alijs quibuſdam nonnulla eſt controuerſia. Funccius 1. loco[...]
nam: 2. Oſeam, 3. Abdiam, 4. Amos, 5. Michæã, 6. Nahum 7. Ioelem[...]
ſeruat ordinem Vulgatæ editionis, Gualth. Tigurin. primum locũ[...]
2. Amos, 3. Oſee, 4. Nahum, 5. Michææ, 6. Ioeli, 7. Habacuc, 8. Sopho[...]
diæ. Ab Alſtedio, hoc ordine collocantur. Ionas, Oſee, Ioel, Amos[...]
Habacuc, Nahũ, Sophon. Alij præſertim Heterodoxi, alios ordine[...]

*Concluſio.*

3. Exiſtimo prophetias hoc libro 12. Prophetarum cõtextas, eo o[...]
editas, quo in Vulgato & Hebræo conſcriptas habemus. In hac ſen[...]
Bellarminus & Ribera, nec puto Cornelium diſſentire, quippe, qu[...]
in Malachiam recipit cum S. Hieron. canonem illum vſitatũ de pro[...]
in titulo, ſui temporis notam omittũt. Quo admiſſo, fatendum eſt[...]
& Latinis codicibus, ordine tẽporis hasce prophetias diſponi. Ne[...]
iſta Hebræorum traditio tanquam falſa debeat explodi, aut ſuſpecta[...]
non prophetia aliqua de Chriſto, vbi tergiuerſari ſolent, & ve[...]
mendacio: ſed hiſtoria ex præcedentibus & conſequentibus ordo[...]

*Traditiones Hebræorũ nõ omnes falſa.*

ſimili ex S. Hieron. referebam in cap. 8. Zachariæ, q. 16. n. 1. Deinde[...]
ſuadet, vt *inſpiciamus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumq;* [...]
Inſpiciamus de Reg. iuris in. 6. Videmus autẽ in Oſee, Amos, Michæa[...]
nia, Aggęo Zacharia, Malachia temporis ordinem accuratè ſeruari[...]
plura vaticinatus eſt, quàm Aggæus & Aggæo nihilominus poſtpo[...]
nempe duobus menſibus poſt Aggæum prophetare cœpit, vt doce[...]
prooemio in Zachariam, vbi cum monuiſſet Aggæum menſe 6. Za[...]
8. prophetare cœpiſſe, addit: ac propterea decimo iure ille loco[...]
cimo conſtitutus eſt. Poſtremũ locum tenet Malachias, quia [...]
do templo vaticinatus eſt; reliqui ante illius inſtaurationẽ. Michæas[...]
ſuæ prophetiæ nullam regis Oziæ mentionẽ fecit, ſed tantum, Ioatham[...]
& Ezechiæ: quia Ozia defuncto, poſt Oſee & Amos, Michæas ora[...]
ſus eſt. Vnde bene colligit Ribera tẽporis ordinẽ inter eos non fu[...]
par eſſe de alijs iudiciũ, qui nullũ tẽporis characterẽ ſuis vaticin[...]

4. Duo ſolũ mihi nunc occurrunt, quæ ſub aliqua probabilita[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſent à nonnullis obijci. *Alterum* eſt, de Iona, qui Ieroboami II. victorias, prius occinuit, quam euenirent. Huic autem obiectioni occurrebam, cum de Iona eſſet diſputatio, q.7. *Alterum*, de Ioele, quem aliqui ſub Ioramo rege Iſrael conſtituunt: de quo reuolue, quæ ſupra de Ioëlis tempore notata ſunt, q.3.

*Duæ obiectiones alibi ſolutæ.*

5. Huc ſpectant quatuor illa corollaria, quæ in Manuali de minoribus prophetis attexebam. pag.269. *Primum eſt* Prophetas omnes tam maiores, quam minores eodem ordine ſua vaticinia his libris conſignata aggreſſos, quo ſunt in Hebræa, & vulgata noſtra editione, ſi maiores cum maioribus, minores cum minoribus conferantur. *Secundum*, ſi tempora omnium Prophetarum velimus complecti à primo Oſee, vſq; ad vltimum Malachiam, trecentos circiter annos in computum venturos. Initium regni Oziæ, ſub quo, Oſee & aliquot alij prophetauerunt appono ad annum ante æram Chriſti 812, finem Darij ſub quo Zacharias vaticinatus eſt, ad annum 485. quibus terminis anni ferè 327. continentur. Communis verò ſentẽtia eſt, Oſee incepiſſe anno 17. Oziæ. Zachariam ad annum 4. Darij, ſe perueniſſe indicat cap.7. Quanto poſtea temporis ſpatio Malachias annum 4. Darij Hyſtaſpis ſuperauerit, non conſtat. Putant nonnulli eum ad annum fermè 7. Artaxerxis Longimani perueniſſe. *Tertium*, ex Prophetis quoſdam floruiſſe ante 10. tribuum abductionem. Oſee, Iſaiam, Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, Michæam: quoſdam cœpiſſe prophetare, poſt eam quidem captiuitatem, ſed ante excidium regni Iuda, puta Nahum, Habacuc, Sophoniam, Ieremiam, Ezechielem: quoſdam in ipſa captiuitate ſublato Sedecia, vt Baruch, Danielem: alios denique ſoluta iam à Cyro captiuitate, nimirũ Aggæum, Zachariam, Malachiam. Hinc mirum non eſt, eadem à varijs prophetis inculcari, quia vel plures eodem tempore ſacri Vates, vel contra eadem crimina alijs atque alijs temporibus detonabant. *Quartum* non ſolum Samuelem (vt de Moyſe nihil dicam) Gad, Nathan & alios prophetas, quorũ oracula non extant; ſed illos etiam quorum vaticinia legimus, antiquiores eſſe ſapientibus & philoſophis à prophana gentilitate celebratis. Siquidem inter *ſeptem*, qui dicebantur *Sapientes*, primus fuit Thales Mileſius, nec ante Romulum floruit. Pythagoras autem qui ſibi primus philoſophi nomen adſciuit, Cyri demum temporibus claruit, qui regnum adeptus eſt apud Perſas anno poſt euerſa à Chaldæis Ieroſolyma trigeſimo, vt cum S. Hieronymo alibi dicebam.

## INDICVLVS LOCORVM HIC EX profeſſo declaratorum.

1. V*Erbum Domini quod factum eſt ad Oſee filiũ Beeri, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regũ Iuda, & in diebus Ieroboã filij Ioas regis Iſrael.* Oſee 1.v.1 *f.l.* 228
2. *Principium loquendi Domino in Oſee.* ibid.v.2. *ibid.*
3. *Nũquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto* 40. *annis* Amos 5.v.25. 234



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. H. Philippi
Chronolog. Vet: Testam.
A IV
17a



4. *Verbum Domini quod factum eſt ad Michæam Moraſthiten, in diebus Ioathan*
*& Ezechiæ regum Iuda.* Mich. 1. v. 1.
5. *Verbum Domini, quod factum eſt ad Sophoniam &c. in diebus Ioſiæ filij Amon*
*dæ.* Sophon. 1. v. 1.
6. *In anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die vna menſis.* Agg. 1. v. 1.
7. *In die vigeſima & quarta menſis in ſexto menſe &c.* Agg. 2. v. 1.
8. *In ſeptimo menſe vigeſima & quarta menſis.* Ibid. v. 2.
9. *In vigeſima & quarta noni menſis.* Ibid. v. 11.
10. *A die vigeſima & quarta noni menſis, à die qua fundamenta iacta ſunt templi.*
Ibid. v. 19.
11. *Et factum eſt verbum Domini ſecundo ad Aggæum, in vigeſima & quarta menſis.*
v. 21.
12. *In menſe octauo, in anno ſecundo Darij regis &c.* Zachar. 1. v. 1.
13. *In die vigeſima & quarta vndecimi menſis Sabat, in anno ſecundo Darij.* Ibid.
14. *Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.* Ibid. v. 12.
15. *Et factum eſt in anno quarto Darij regis, &c. in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu.*
cap. 7. v. 1.
16. *Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit do-*
*mui Iuda, in gaudium & lætitiam* Ibid. c. 8 v. 19.

---

## INDICVLVS QVÆSTIONVM.

I. *QVinam fuerint, & quibus ſub regibus vaticinati ſint hi 12. prophetæ.*
II. *Quando Oſee prophetare cœperit.*
III. *Quando Ioel prophetauerit.*
IV. *De tempore, quo prophetauit Amos.*
V. *An Hebræi per 40. annos in deſerto, diuinis officijs abſtinuerint.*
VI. *De tempore Abdiæ prophetæ.*
VII. *Quonam tempore Ionas de Niniue ſit vaticinatus.*
VIII. *De tempore, quo euerſa eſt Niniue.*
IX. *Quo tempore Michæas prophetauerit.*
X. *De tempore quo Nahum vaticinia edidit.*
XI. *De tempore Habacuc.*
XII. *De Sophonia.*
XIII. *Sub quo Dario prophetauerit Aggæus & Zacharias.*
XIV. *Quis fuerit menſis ille ſextus Hebræis, quis Latinis, de quo* Agg. 1. v. 1.
XV. *Quod initium, quis finis 70. annorum, de quibus* Zach. 1. v. 12.
XVI. *Quænam fuerint illa ieiunia, de quibus* Zachar. 8. v. 19.
XVII. *De tempore Malachiæ.*
XVIII. *De ordine temporis horum 12. prophetarum.*

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN